III - E - 38 -

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVIII
E
38
NAPOLI

ABBATIARUM ITALIÆ BREVIS NOTITIA.

QUARUM

Tam exciſarum , quam extantium, Titulus, Ordo, Diœceſis, fundatio, mutationes, ſitus, &c. exactiùs exprimuntur.

DICATA

Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo Principi

LEANDRO

Sanctæ Romanæ Eccleſiæ

CARD. COLLOREDO

Majori Pœnitentiario.

AUTHORE REV. ADM. P. AUGUSTINO LUBIN
Ord. Eremitar. S. AUGUSTINI, Aſſiſtente Generali,
Et Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Geographo Ordinario.

NAPOLI

ROMÆ, MDCXCIII.
Typis Jo: Jacobi Komarek Boëmi apud S. Angelum Cuſtodem.
SUPERIORUM PERMISSU.

Eminentiſſime, ac Reverendiſſime
PRINCEPS

AD ſuum, ut creatis omnibus innatum eſt, principium revertitur, & recurrit PRINCEPS EMINENTISSIME hæc brevis Abbatiarum notitia; quæ cum domicilia fuerint tot Imperatorum, Regum, Ducum, ac Prin-

n. 40.

Principum, qui jugum Domini, ipſo ſuadente, portantes ab adoleſcentia, pietati ſoli ſtudentes, ſcientiam amplexati Deique ſapientiam, mundo, Angelis, & hominibus ſpectaculum facti, & lucernæ ardentes in caliginoſo loco, plerumque à Summis Pontificibus, licet reluctantes ſuper candelabrum poſiti, ut omnibus lucerent qui in domo ſunt Eccleſiæ.

Recurrunt inquam hæc illuſtriſſima Eccleſiæ Sanctuaria, quorum aſcetæ, toto vitæ ſuæ, aut incolatus tempore, dignos Pœnitentię fructus facientes, aſpera Chriſtianę vitę redegerunt in vias planas, quos, in cavernis licet ac ſpeluncis latitantes domus Dei comedit zelus, & zelo zelati pro Domino, mundi, qui illis non erat dignus, ignorantiam, errores, & vitia facti fortes in bello devicerunt.

Recurrunt ad Te merito PRINCEPS EMINENTISSIME, qui à teneris annis antiquiſſimæ ac nobiliſſimæ Gentis Tuæ ſplendorem deſpiciens in Urbis Oratorio

Te

Te te abſcondiſti ſoli Deo cognitus eſſe deſiderans, quem, licet latitantem, ſed morum fulgetris toti orbi ſplendidum, quamvis renitentem, ad Purpuram ſolo, Tuæ pietatis intuitu, evexit Pontifex Maximus, nec alium ratus aptiorem, qui per totam Eccleſiam peccatores docere poſſet dignos facere fructus pœnitentiæ, pravoſque mores in directos, & aſpera converſionis itinera redigere in vias planas.

Recurrit denique qualiſcunque hic Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ manipulus ad Te, qui Oratorii anteceſſorum imitatus zelum, & adaugens, quidquid Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ deeſſe videbatur cupiens adimplere, anxiè dolebas, multa propter locorum obſcuritatem, ſive ſitus ignorantiam fucis illita remanere. Tibi occurrerant in Martyrol. Roman. breves meæ hiſtoricæ notæ, ac Geographicæ, avidè legebas, loca ſub oculis gaudens ſuſpiciebas ſanguine martyrum reſperſa, & eorum ſacræ mortis conſecrata compendio, Tu totus in

omnes religionum ordines optimè affectus, dolebas loca ſanctorum religioſorum lachrymis irrigata, eorum vitâ, ſeu longo pietatis in Deum martyrio ſanctificata, Abbatias videlicet, ut plurimum ignorari, Tuus Te angebat zelus, quo me huc accedentem monuiſti, hortatus es, & de viribus diffidentem animaſti, urſiſti, coegiſti, libros quot quot forent neceſſarios commodari procuraſti, nec ut in lucem prodeeret peperciſti ſumptibus, ita ut vere ſis totius operis, qui nunc complementum, ſic antea principium hæc, Tibi gratias referens immortales, orbi teſtatur

EMINENTIÆ VESTRÆ

Obligatiſs. Servus, & humillimus

Frater Auguſtinus Lubin
Auguſtinianus.

MONITUM.

ABBAS, *nomen, quod à Chaldæis acceperunt Hebræi, & Syri, Patrem, cum ſpecialioris teneritudinis filiali affectu, ſignificat, illud Orientis monachi, tàm Anachoretæ, quàm Cœnobitæ, ſuis rectoribus, ſeu directoribus indiderunt, quos Græci à Cœnobio, hoc eſt vitæ communis domicilio, Cœnobiarchas, aut à Mandra, quæ ovium ovile, utpote ſpirituales paſtores Archimandritas conſueverunt appellare.*

Nomen illud Abbatis, quod ſimplicis regiminis, ſeu paternæ directionis indicium erat, & officium charitatis, factum eſt titulus juriſdictionis, & nomen dignitatis, & fortaſſe aliquando ambitionis argumentum. Hinc accidit, ut monaſteria, Lauræ, Cœnobia, & Mandræ fuerint titulo Abbatiarum inſignita, quo à minoribus Aſcetarum domibus diſtinguerentur.

Monaſteria celebriora, ab illorum Illuſtriori Abbate, Abbatiarum nomen primitùs adepta, alia à Congregationum Generalibus Capitulis, alia poſtmodum à Summis Pontificibus in Abbatias erecta ſunt, ea nunc communiter lege, ut ex monaſterii redditibus commodè duodecim monachi Sacerdotes valeant ſuſtentari.

Recentiorum ſeculorum ingruente malitiâ, monachi à bonorum ſuorum invaſoribus ſe ſe tueri impotentes, alicujus potentis viri protectionem implorabant, ipſi curam ſuæ defenſionis commendantes; & pro laboribus aliquid reddituum ſuorum gratitudinis ergo tribuentes pro paterna protectione,

qui

qui dicti ſunt, apud Gallos Advocati, in Italia Abbates Commendatarii, ab Abbatia illis in Commendam data. Alii aliquando hanc protectionem uſurpaverunt. Jam à Summis Pontificibus Commendatarii dati ſunt Abbatiis, quorum aliqui plurimum in modum fuere proficui, alii per abuſum propriæ utilitati ſtudentes, pro Commenda non parvum attulerunt incommodum; Abbatis titulus ad ſolum aliquando devolutus eſt Commendatarium, Clauſtri Rectore manente ſub ſolo Prioris, aut Præpoſiti nomine.

Abbatiæ nomen factum eſt proprium monaſteriis, quæ à Prioratibus, Præpoſituris, Cellis, ſive Obedientiis, atque Grangiis, utpote ſibi ſubditis; diſtinguebantur; ſicut plurimæ Summorum Pontificum teſtantur Bullæ, & ſuffragatur Romanæ Curiæ ſtylùs, ubi Cœnobium erigere in monaſterium, idem eſt ac erigere in Abbatiam.

Aliquæ illuſtriſſimæ Abbatiæ, alias habebant ſibi ſubditas Abbatias à ſe dependentes, & ſub monaſterii nomine. Ut de Caſinenſi monaſterio conſtat ex Bulla Innocentii VIII. Papæ, data anno 1486. *vide Bullarium Caſinenſe, unde mirum videri non debet, ſi Caſinenſis Abbas in ſua nomenclatura, Abbas, Dux, & Princeps omnium intituletur Abbatum, &c. Similia ſunt monaſteria, quæ videbis in operis corpòre, Abbates nilominus reperiuntur abſque ſibi ſpeciali Abbatia, aliquarum videlicet Congregationum Superiores Generales, in quibus non paucæ reperiuntur Abbatiæ.*

Monaſteria fœminarum, ſeu Sanctimonialium penetravìt ille, ſive charitatis, ſive dignitatis titulus, quarum Antiſtita Abbatiſſa nuncupata eſt, & Gynæcium Abbatia, & etiam ab antiquis, nam, ut refert Ciaconius to. 1. *pag.* 403. *litt. B. in Litaniis Romæ à S. Gregorio Papa indictis, omnes*

Abba-

Abbates cum monachis ſuis, ab æde SS. martyrum Gervaſii, & Prothaſii ...... omnes Abbatiſſæ cum Congregationibus ſuis, ab æde SS. martyrum Marcellini, & Petri jubebantur procedere. Hinc neceſſarium ratus, Abbatiarum notitiam tentans, non virorum ſolummodo, ſed etiam fœminarum Abbatias recenſere, cùm aliunde cogeret plurimarum notitia, quæ modo fœminarum, modo virorum, & viciſſim fuere Cœnobia, nec defuere, quæ aliàs ſub ſe, ſive ſuo regimine domos haberent quaſi filias, quarum Superiores, aut Rectrices dicebantur, aut Prioriſſæ, ſic erat monaſterium Romæ S. Cyriaci dictum.

Mira fuit Abbatiarum viciſſitudo, quædam ſtatim ab origine, fundatorum dotatione munifica, factæ ſunt Abbatiæ, quædam ab exiguis principiis per aliquot annos Prioratus factæ, creſcente poſteà monachorum numero auctiſque redditibus, in Abbatias evaſere, aliæ ſuppreſſum Abbatialem titulum recuperaverunt, quod præcipue contigit in Congregatione Canonicorum Regularium Lateranenſis dicta, ejus etenim Superiores in ſua reformatione, non paucorum monaſteriorum titulos ſuppreſſerant Abbatiales; quos Sixtus IV. Summ. Pont. Bullâ datâ anno 1481. *reſtituit, ac reſtitui mandavit; verba ſunt Gabrielis Pennotti Hiſt. Tripart. lib.*3. *cap.* 31. *nu.*2. *pag.*68.

Quædam ſuppreſſo Abbatiali titulo, ad titulum redactæ ſunt Prioratûs, aut Decanatûs, aut Præpoſituræ, ſive etiam ſimplicis beneficii, quarum quædam vanum ſolummodo Abbatiæ titulum retinuere. Quædam ob nobilitatem, & opes in Cathedrales Eccleſias erectæ, aliæ in Collegiatas, reſervato pro Superiore Abbatis titulo, aliæ Eccleſiis quibuſdam Cathedralibus unitæ, aliarum redditus fundandis Seminariis, ſeu

Secu-

Secularibus Collegiis, aut Noſocomiis applicati, aut quorundam Equitum militarium Ordinis dati, Clauſtra, & muri ad habitandum fratribus mendicantibus fuere conceſſa.

Plurimæ tandem ſortem expertæ pejorem, edacis rerum temporis injuriâ, aut terræ motibus, aut alluvionibus aquarum, aut Barbarorum ſive militum furore, aut rapacitate latronum deprædatæ, aut effundatæ perierunt, quarum vix rudera, aliarum nullum veſtigium reſtat, plurium nec memoria.

Monaſteria, quæ antiquitùs nullo ſpirituali vinculo aliis jungebantur, ſenſim in diverſas coaluere ſocietates, quas Ordines vocaverunt, ſub alicujus Regula fundatoris, ſed quia extra Italiam non licet nunc expatiari.

Primus prodeat Ordo S. Baſilii, qui & in Aſia origine & in Italiam invectione cœteris omnibus antiquior, ſpiritualis Cœnobiorum ejus ſocietas clara eſt in Regula Inſtitutoris, & à Greg. XIII. ac Paulo V. Pontificibus hujuſce Ordinis aſſeritur prioritas. Is per totam magnam Græciam quam nunc Calabriam vocant multiplicatus, cujus monachi Græci medio tempore Iconomachorum perſecutionem fugientes à Sum. Pontificib. benigniſſima charitate recepti per totã diffuſi ſunt Italiã, & præcipuè per Siciliã cui dominabantur Græci Imperatores.

Secundus prodeat Ordo S. Benedicti, qui per univerſam Italiam mirificè propagatus ac diffuſus, adeo ut monaſteria quorum Ordo ignoratur, videantur Ordinis fuiſſe S. Benedicti.

De S. Equitii Ordine nullum irrefragabile apparet argumentum.

Celebris eſt Canonicorũ Regularium Ordo ſub Regula S. Auguſtini.

Ordines in varias poſtea diſtincti ſunt claſſes, ſive Congregationes, prima erat Nigrorum, & Alborum monachorum

rum ſub Regula S. Benedicti diſtinctio, quorum duo ſunt Ordines facti. Variæ poſtea ſub eadem Regula novæ factæ ſunt Congregationes, quas plerumque vulgus Ordines conſuevit appellare; de illis ſpecialiter, & ex profeſſo ſcripſerunt authores varii, quos conſule.

Abbatiarum numerus maximè in Italia tantus fuit, ut anno 1494. *Neapoli, in exequiis Ferdinandi Regis, adfuerint Abbates circiter mille, ſicut teſtatur Cæſar d'Engenio in Neapoli Sacra pag.* 220.

Ne tamen è Sanctorum titularium varietate illas enumeres, quæ diverſis temporibus titulares mutavere, neque ex diverſitate vicinarum diœceſeon, ad quas tranſiere ſimiliter, neque à varietate Ordinum, ad quos acceſſerunt, & ad ſuum priſtinum ſæpius aliquando reverſæ; nec denique à mutatione ſitus, una enim aliquando ex eremo ad civitatem translata eſt, retento ſitus nomine.

De Abbatum numero nil certi; nam triennales Abbates, toto plerumque vitæ ſuæ ſpatio, nomen retinent Abbatis, & qui actu regit, ad differentiam vocatur Abbas regiminis. His verò noviſſimis temporibus, tùm curialium vanitate, tùm adulatione amicorum, & plebis ignorantiâ, infinitus evaſit ut ſtultorum, ſic Abbatum numerus, adeo ut homo talari veſte indutus, ab omnibus Abbas æſtimetur, & appelletur, qui, fatuorum more, ſibi blandiens de hoc vano titulo gloriatur, & ex ſolius familiæ nomine, nova, ſed chimerica creditur Abbatia.

Hæc te breviter monitum velim dulciſſime Lector. Si me non omnes omnino Italiæ Abbatias retuliſſe repereris, conatus meos excuſes, ſciaſque quod ſolius Dei perfecta ſunt opera. Lege, fruere, vale.

M. F. FULGENTIUS TRAVALLONI
à Monte Elparo Georginas, totius Ordinis FF. Eremitarum
S. P. N. AUGUSTINI Prior Generalis.

CUM opus cui titulus eſt (*Abbatiarum Italiæ brevis notitia*) à Rever. Adm. P.F. Auguſtino Lubin Galliarum Aſſiſtenti noſtri ejuſdem Ordinis à reviſoribus per Nos deſtinatis approbatum ſit, publicique juris fieri poſſe judicaverint, tenore præſentium, noſtrique mun. auctoritate, ut in lucem edatur ſervatis ſervandis facultatem concedimus, & impertimur. Datum in Conventu noſtro S. P. Auguſtini de Urbe die 5. Martii 1693.

Fr. Fulgentius Travalloni Prior Generalis totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Noſtri mun. aff. Sig.

Mag. Fr. Nicolaus Seranus Ord. Secr.

Imprimatur

Si videbitur Reverendiſs. Patri Mag. Sacri Palatii Apoſtolici.

Horatius Fortunatus Epiſc. Neritonen. Vicesg.

CLariſſimi, ac Religioſiſſimi Viri P. M. Auguſtini Lubin monumenta jam edita, nihil non Catholicum, non eruditum, non doctâ, & peritâ manu elaboratum continere omnibus eſt in comperto. Quapropter ulteriori approbatione indigere non viderentur ea, quæ ab ipſius mente, & manu prodeunt. Nihilominus ex commiſſione Reverendiſs. P. F. Thomæ Mariæ Ferrari Sac. Apoſt. Pal. Mag. muneri meo ſatisfaciendo diligenter perlegi (*Abbatiarum Italiæ Notitiam*) nuper à ſe conſcriptam, & nihil in eâ inveni, quod ſanæ doctrinæ, & bonis moribus adverſetur, ſed eamdem ſingulari dexteritate contractam, ſacræque literaturæ jucundam utilemque futuram comperii, & proinde prælo digniſſimam cenſeo. Hac die 16. Martii 1693.

Marcellus Severolus.

Imprimatur

Fr. Thomas Maria Ferrari Ordin. Præd. Sac. Apoſt. Pal. Mag.

AUTHORIS PROTESTATIO.

DEcretis Urbani VIII. Sum. Pont. inhærens datis Sal. anno 1625. die Martii 13. & 5. Julii 1631. atque 5. Julii 1634. proteſtor, ea quæ à me in præſenti libro dicta ſunt, nullam habere debere fidem niſi humanam penes anthores à me citatos, quæ communiter hiſtoricis datur narrationibus, nec ullam iſtis propterea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ accedere authoritatem.

ABBA-

ABBATIARUM ITALIÆ BREVIS NOTITIA.

A

ABELLINUM vulgo *Avellino* Civitas Regni Neapolitani in Principatus ulterioris Provincia, ad Sabatum *Sabato* fluvium poſita.

I. In hac Civitate vetuſta olim Abbatia titulo Sancti Benedicti, & Ordinis ejuſdem Sancti, cujus Abbas Mitrâ, Annulo, & Baculo uti conſueverat. Anno 1374. Ludovicus ejus Abbas cuidam inſtrumento ſubſcribit, & anno 1423. Cicchus, ſive Franciſcus Monachus, & Abbas, factus eſt Abellinenſis Epiſcopus; Quam denique anno 1452. Paſtore, & Monachis deſtitutam, ac penitus deſolatam Nicolaus V. Summus Pontifex, extincta dignitate Abbatiali Capitulo Cathedralis Eccleſiæ univit. Vide Ferdinandum Ughellum in Italia Sac. to. 8. pag. 275. recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

II. Abbatia tit. S. Pauli Ordinis S. Benedicti Diœceſis Abellinenſis, in Terra tamen Laboris, hinc conſtat poſitam ab Abellino ad Occidentem, inter Abellinum, & Nolam Civitatem recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

III. Extra Abellinum, Abbatia ſive vetus Monaſterium ſub tit. Sancti Joannis Baptiſtæ, quod jam diu ſolo æquatum Aſcanius Albertinus Abellinenſis Epiſcopus anno 1550. Monachis Montis Virginis conceſſit, ut iterum illud ædificarent; quodque anno 1558. Maria de Cardona Marchioniſſa Padulæ, & Abellini Comitiſſa cæpit reædificare, ut refert Ughellus tomo 8. pag. 282.

Abbatia S. Mariæ de Accona vide infra verbo S. Mariæ de Oliveto.

Abbatia S. Joannis de Acerreta, vide infra verbo S. Crucis de Avellana.

Abbatia tit. S. Guillermi de Acherona, Ordin. ejuſdem S. Guillermi, Diœc. Cluſinæ in Tuſcia, ut refert Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia Adelmi, de cujus Abbate Doſio mentio fit ad annum 1543. in Hiſtoria Camaldulenſi, lib. 5. cap. 2. & cap. 3. ad annum 1571. Adelmum fuit poſtea Sacerdotium Vallis Elſæ unitum Monaſterio S. Antonii Fæſularum, & proinde in Statu Florentino, & Florentiæ ad meridiem apud Elſam fluvium.

Adria, ſive Hadria Civitas olim ſub Ravennatenſi Metropoli, in Æmilia Tranſpadana, ad Tartarum fluvium, non longè à Mari, cui nomen indidit Adriatici. Abbatia, ſive Monaſterium, quod anno 1143. cum Eccleſia ſub invocatione S. Petri in hac ſua Civitate condidit Vitalis Adriæ Epiſcopus, in quo poſtea ſedem fixerant fratres Humiliati nuncupati, quodque tandem

cum Civitate à Saracenis anno 1291. ſolo fuit æquatum, ut refert Ughellus tomo 3. pag. 398.

Abbatia S. Adriani Ordinis S. Baſilii Diœceſis Roſſanenſis, in Calabria citeriori: cujus Abbas, ſive Archimandrita erat Thomas, qui ann. 1307. Roſſanenſem recuſavit Archiepiſcopatum; ut obſervat Ughellus tomo 9. pag. 402. recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, forſan eadem, quæ infra verbo *Sant'Andreano*.

Abbatia S. Mariæ de Adriano. Vide S. Mariæ *del Boſco*, ſive de Nemore.

Abbatia tit. S. Andreæ de Adurga. Diœc. Beneventi recenſetur in Vetuſta Taxa Camerali, Ordinis Vallis Umbroſæ.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Ægidii, quod Giſolphus Dux gentis Longobardorum donat, ſimulque donationem jam à Patre ſuo factam confirmat Zaccariæ Abbati Monaſterii Sanctæ Sophiæ Beneventanæ Civitatis, ut exprimitur in Chronico ejuſdem Abbatiæ, apud Ughellum tom. 8. pag. 755.

Æſernia, quæ Eſernia, Iſernia, & Yſernia, aliquando Yſerga, Civitas Regni Neapolitani, in Comitatu Moliſii, non longè à Vulturno fluvio.

I. Abbatia, ſive Monaſt. in Civitatis loco, qui dicitur *Peteta*, ſub titulo Sanctæ Crucis, quod anno 1092. Rodulphus de Moliſio, Bovianenſis Comes, tradidit Cœnobio Caſſinenſi, ut conſtat ex ejus Chronico lib. 4. c. 12. idem refert Ughellus to. 6. pag. 497.

II. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Mariæ infra muros Civitatis ſitum, quod Raynaldo Æſernienſi Epiſcopo confirmat Lucius Papa III. anno Salutis 1182. Vide Diploma apud Ughellum tomo 6. pag. 499.

III. Abbatia tit. S. Spiritus, ſive S. Petri Cœleſtini de Iſernia, ab ipſo ante Pontificatum anno 1276. in loco ſolitario prope Civitatem extructa, quæ tandem, ne ultra prædonibus expoſita foret, à Monachis Cœleſtinis intra Civitatem translata, Eccleſiaque cum Monaſterio conſtructa, in eodem loco, qui prælaudati Sancti domus avita creditur anno 1652. tunc Abbate D. Donato Ramerio de Luceria. Sic teſtatur D. Cœleſtin. Guicchiardini in MSS.

IV. Abbatia tit. S. Viti de Iſernia, cujus Abbas erat anno 1337. Petrus de S. Helia, qui Campanarium fecit Abbatiæ Neapolitanæ SS. Severini, & Soſii, cujus olim fuerat Monachus; ut obſervat Cæſar *d'Eugenio* in Napoli Sacra, pag. 317. Veroſimile eſt, Ordinis fuiſſe S. Benedicti.

Apud *Ætna* montem Siciliæ, vulgò nunc *Mongibello*. Abbatia olim titulo Sancti Viti, extabat ante tempora Sancti Gregorii, qui privilegium Pelagii Papæ, in ejus favorem datum, refert lib. 8. cap. 21. & cap. 22. fuiſſe in Diœceſi Catanenſi, obſervat Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis pag. 155.

Æqua, ſive Equa, aliàs vicus vulgò *Vico*, quæ etiam Vicoæquenſis Civitas, ſita olim in montibus, non longè à Surrento, versùs Boream, nova verò in Regni Neapolitani Terra Laboris, & Neapoli ad Meridiem: in hac Civitate Abbatia titulo Sanctæ Franciſcæ, Ordinis, ſive Congregationis Montis Oliveti, 18. paſſuum millibus Neapoli diſtans. Fundator fuit D. Gaſpar Fratafio

tuſio ejuſdem Congregationis Generalis de Summi Pontificis licentia. Primus Abbas inſtitutus eſt D. Hiacynthus Pecorari, ut refert Bonaventura Tondi, in libro, cui titulus eſt, Oliveto dilucidato, pag. 204.

Æſis, ſive Æſium, & Eſium vulgò *Jeſi*, Civitas in Umbria, quæ tamen recenſetur inter Piceni Civitates ad fluvium Cognominem.

Ibi Abbatia titulo S. Apollinaris unita Prioratui Cathedralis Eccleſiæ, ut refert Oratius Avicenna in memoriis Oppidi *Cingoli*, pag. 333. & præcipuè in Indice.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo Sanctæ Agathæ, quod Gregorius illuſtris Romanorum Conſul obtulit Caſſinenſi Cœnobio, ut habetur in Chronico Caſſinenſi lib. 3. cap. 61.

Abbatia Sanctæ Agathæ, Ord. Sancti Auguſtini. Vide verbo Urbini.

Abbatia, olim titulo S. Agathæ exciſa, in loco, qui nunc Oppidum, ſive Terra, vulgò *S. Agatha* dicta, in Regni Neapolitani Provincia Capitanata nuncupata, ad fluminis Fortorii, ripam dexteram, inter Civitatem ad mare, & Oppidum *Serra Capreola* dictum, quæ tunc ad Abbatiam S. Mariæ in Inſula de Tremito ſitam pertinebat, ut aſſerit Gabriel Pennottus lib. 3. cap. 13. pag. 595.

Abbatia Agilitenſis, ſive Monaſterium *Agilit*, de quo loquitur S. Gregorius Epiſt. 8. & 9. lib. 3. & lib. 4. Epiſt. 2.

Abbatia titulo S. Bartholomæi de Aglata, Ordinis, ſive Congreg. Camaldulenſis, cujus Abbas ſubſcribit Concilio Piſano anno 1402. ut refert Ferd. Ughell. Italiæ Sac. to. 2. pag. 564.

Abbatia S. Mariæ de Agnano in Valle Ambræ Diœc. Aretinæ in Etruriæ Dominio Florentino, fuit primitus Ordinis S. Benedicti, deinde data eſt anno 1082. Ordini, ſive Congregationi Camaldulenſium, ut habetur in Hiſtoria eiuſdem Congreg. part. 2. lib. 2. cap. 1. ipſi unitæ ſunt tres Eccleſiæ; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, de ea ſæpe loquitur Ambroſius Generalis Camaldulenſium in ſuo Hodœporico. Concilio Piſano anno 1402. aderat Abbas de Agnano Ord. Camaldulenſis; ut refert Ughellus tomo 2. pagina 264.

Abbatia S. Hieronymi de Agnano Ord. S. Benedicti, Diœceſis Piſanæ, unita deinde Ord. ſive Congreg. Montis Oliveti, de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, fundator fuit Joannes Scarlatti Piſanus Archiepiſcopus, per teſtamentum ſuum, quod executioni mandatum eſt anno 1362. Dotem auxit anno 1374. Bartholomæus Teſti; & anno 1488. per Innocentium VIII. Summ. Pont. unitus eſt illi Prioratus Sancti Petri ad Vincula Piſanus. Vide Bonnav. Tondi in Oliveto elucidato. *Agnano*, vicus eſt Etruriæ, & Territorii Piſani quatuor millia paſſuum Piſâ diſtans ad pedes montium.

Abbatia S. Mariæ de Agraiano, aliàs Agriano, prope Fonticulum *Fontecchio*, in partibus Aquilanis, hoc eſt in Aquilæ Territorio, Monialium Ordinis S. Benedicti, ab Abbatia Farfenſi dependentium, & ejus Abbati ſubditarum, ut conſtat ex Synodo Farfenſi Cardinalis Caroli Barberini pag. 270. ubi debent eſſe triginta tres Moniales, & famulæ tres, ibid. pag. 272. diſtat ab Aquila Civitate undecim paſſ. mill.

verſus Orientem, apud Amiternum fluvium.

Abbas titulo S. Jacobi de Agriano, Ord. Sancti Benedicti, Diœc. Veronenſis, fuit è primis, quæ unitæ ſunt Congregationi Sanctæ Juſtinæ de Padua, ut aſſerit Sylveſter Maruli, in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 90.

Agrigentum, & Agrigenta, quæ vulgò *Girgenti*, Urbs Epiſcopalis Inſulæ Siciliæ in ora Auſtrali, ad oſtia fluvii Agragantis *Girgenti*, Vallis *di Mazara*. In hac Civitate olim Abbatia erat Monialium, ſub titulo Sancti Stephani, de qua loquitur Sanctus Gregorius lib. 7. indictione prima Epiſt. 24.

Abbatia titulo S. Agrippini, quæ priùs ſub titulo S. Mariæ de Aqua Frigida Ordin. Ciſtercien., & Diœc. Comenſis, ſupra lacum Comenſem, à quo tamen tribus paſſuum millibus diſtat versùs Occaſum, vulgò *Aqua fredda*, & 18. millib. paſſuum Como versùs Aquilonem. Fuit primitus à Sancto Agrippino Epiſcopo in Prioratum Monialium inſtituta, quam poſtea in Abbatiam erexerunt, & anno 1143. Ordini Ciſtercienſi attribuerunt, Ibidem anno 586. obiit, & Sepultus eſt prælaudatus S. Agrippinus, vnde Abbatia S. Agrippini nomen adepta eſt, nunc non ignobile ſtat membrum Abbatiæ S. Abundii Comenſis, eiuſdem Ordinis. Vide Ughellum tom. 5. pag. 242. de ea, ſic in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, Sanctæ Mariæ Montis Oliveti, aliàs Aqua frigida, Ordin. Ciſtercien. cui unitum eſt Monaſterium S. Benedicti ejuſdem Ordinis.

Abbatia SS. Petri, & Pauli de Agro, olim verò de Agrilla, Ordinis S. Baſilii, Diœceſis Meſſanenſis in Sicilia, poſita in aſperis rupibus Oppidi nuncupati Fortalitii de Agro, juxta fluvium Agrillæ. Ejus fundamenta jecit Rogerius Magnus, Comes Siciliæ, anno 1101. illamque anno 1117. Rogerius II. ejus filius conſtruxit, & pluribus prædiis, ac opibus dotavit. Ejus primus Abbas fuit quidam Geraſimus; forſan ab Abbate Italæ non diverſus, diſtat à Civitate Meſſana 24. millibus paſſuum, ab Oppido Savocæ unico milliario. Commendatarios habuit Abbates ab ann. 1446. qui ſunt Barones Oppidi Fortiæ de Agro, ita Rocchus Pyrrhus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitia xv. vulgò de Agro *della Forza*, de ea ad ann. 1613. Sylveſter Maruli in Oceano religionum Mundi lib. 1. pag. 67. Oppidum *la Forza* 22. paſs. mill. Meſſana diſtat, in Valle *di Demona*, perperam dicitur de Argo, olim de Argilla.

Abbatia titulo Sancti Benedicti de Alano, Ordinis Sancti Benedicti, Diœceſis Biſinianenſis in Calabria citerioris recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia S. Gabrielis de Airola. Vide de Ariola.

Alatrum vulgò *Alatri* Civitas antiqui Latii in Campania Romana, triginta paſſuum millib. Caſſino diſſita, 16. ab Anagnina Civitate, 5. verò à Verulis, prope Alatrum Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Sebaſtiani, ſub cura ſevandi Diaconi, cujus fundator fuit Liberius Galliarum Præfectus, de quo ſcribit Caſſiodorus lib. 11. cap. 1. pag. 174. Abbas erat Servandus,

ut

ut refert S. Gregorius Dialogorum lib. 2. cap. 25. de eo ſic in Codice Taxarum D. Paſſionæi. Unitum Eccleſiæ Alatrinæ Capitulo, per Nicolaum V. Pontific. anno 10. hodie verò dicitur unitum Eccleſiæ S. Agnetis de Urbe in Platea Agonali per Innocentium X.

Alba Pompeja vulgò *Alba*, Civitas Inſubriæ Ciſpadanæ, nunc in Ducatus Montisferrati parte, quæ vulgò *Monferrato di Savoia*, ad dexteram Tanari *Tanaro* fluvii ripam, ibi Abbatia titulo Sancti Frontiniani, Ordinis S. Benedicti, ubi primò ejuſdem S. Frontiniani Corpus conditum, quod anno 1455. in Cathedralem Eccleſiam translatum fuit. Pius II. Sum. Pontif. qui ſedere cæpit anno 1458. hanc Abbatiam Epiſcopali univit Menſæ. Vide Ughellum tom. 4. pag. 401. 411. & 412. ſita eſt prope Civitatem.

Albanetæ Abbatia, ſive Monaſterium; Albaneta mons eſt, in quo quidam Eremita in honorem B. Mariæ Virginis Eccleſiam ædificavit, quam Liutius Caſſinenſis Monachus ampliavit, & Opitulante Guaimaro Salernitano Principe, Monaſterium conſtruxit, & in eo cum triginta circitèr fratribus religioſiſſimè vixit, circa annum 1014. ita Chronicon Caſinenſe lib. 2. cap. 30. in notis ad idem Chronicon, ita Angelus de Nuce Albaneta, quingentis ferè paſſibus à Caſſinenſi Cœnobio in Occidentem diſſitus, ubi nunc quoque parvum Monaſterium ab uno, vel altero Monacho habitatum, cæptum inſtaurari anno 1581. abſolutum anno 1640. ubi ad exercitia ſpiritualia peragenda aliquandiu manſit S. Ignatius Societatis Ieſu fundator, apud Ughellum vocatur Alboneta tomo 6. pag. 396.

In Albano monte, ubi olim vetus Albanum Civitas ſteterat, via Appia in Latio, ſive Campania Romana, ibi Monaſterium in honorem S. Mariæ Virginis, & Sancti Pauli, quod anno 1282. in fundo Paterno Iacobus Diaconus Cardinalis Sabellus conſtruxit, & de propriis bonis fundavit, qui poſtmodum factus Papa Honorius IV. anno primo Pontificatus, videlicet 1285. Ordini Sancti Guillelmi dedit; ſed hæc Abbatia ſtatim ac in Commendam data eſt, Hieronymianis cucullatis, qui Romæ apud S. Alexium habitant, Apoſtolica diſpenſatione tradita eſt, ita Ughellus Italiæ Sacræ tomo 1. pag. 7. & 8. ſita eſt prope muros Albani Civitatis.

Abbatia Albarenſis Diœceſis Suanenſis *Soana*, ejus Abbatis mentio fit in Bulla Gregorii IX. data anno 1230. ut refert Ughellus tomo 2. pag. 816. *Albareſe* Oppidum eſt Etruriæ, & Senenſis territorii, ſeptem paſſuum mill. Groſſeto diſtans, versùs Meridiem in maritima Senenſi, vulgò *maremma di Siena*.

Abbatia S. Alberti, ſuper Padum dicta, quam Honorius II. litteris datis anno 1125. & Gregorius IX. litteris paritèr datis anno 1228. declarant eſſe ſub juriſdictione Ravennatis Archiepiſcopi, ut obſervat Ughellus tomo 3. pag. 366. & pag. 379. ſita erat in Inſula Pereum dicta, duodecim millibus paſſuum à Civitate Ravennæ, ſub titulo Sancti Adalberti, corruptè Alberti, ab Othone III. Imperatore conſtructa, anno 1001. cujus primus Abbas fuit S. Romualdus tunc Monachus Ordinis S. Be-

S. Benedicti. Huc poſtea introducti ſunt Canonici Regulares Congregationis Cellæ Volanæ; loco tandem effundato, nunc Prioratus eſt Secularis, cum Cura Animarum, ut obſervat Hieronymus Fabri, in libro, cui titulus *Sagre memorie di Ravenna*, pagin. 71. vulgò S. Alberto ad Comacchium Ravennæ ad Aquilonem.

Abbatia Sanctæ Trinitatis in Albibus, Ordinis Vallis Umbroſæ, Diœceſis Aretinæ in Etruria, forſan in Alpibus, hoc eſt Alpeſtri, ſive montuoſa Regione. Expedita fuit tempore Pii II. Summ. Pont. qui ſedit anno 1458. recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. In Cod. Taxarum D. Paſſionæi legitur *in Alpibus*.

Albingaunum vulgò *Albenga* Civitas Liguriæ in riparia occidua Status Januenſis, ad *Centa* fluvium. Abbatia Monialium tit. & Ordinis S. Claræ, ubi S. Caloceri mart. Corpus requieſcit, erat olim extra muros, ſed anno 1593. Lucas Fliſcus Albingauni Epiſcopus, Moniales intra Civitatem includendas curavit, ut refert Ferd. Ughellus tomo 4. pag. 1279.

Abbatia Sancti Albonici *S. Albonigo*, in finibus Ducatus Urbini, ut exprimit Anton. Maginus in ſuis tabulis Geographicis, Tabula 46. ad fines, ſimul Dominii Florentini. Decem paſſuum millibus Saſſena, *Sarzina*, diſtans verſus meridiem, & 16. à Monte Feretrano, hoc eſt à S. Leone Occidentem hyemalem verſùs.

Alebium, vulgò *Delebio*, ibi quondam Abbatia, Aqua frigida nuncupata, Diœceſis Comenſis, Ordinis Ciſtercienſis, in Regione Italiæ, quæ Griſonibus paret, vulgò Valliſtelina dicta, non longè à Septentrionali parte Lacus Larii, ſive Comenſis, versùs Orientem, diſtat triginta mill. paſſuum à Civitate Comenſi, versùs Boream, de ea Fortunatus Sprecherus in Pallade Rhætica lib. 10. pag. 290.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Juliani de Aleppia, Ord. Sancti Benedicti, Diœceſis Veronenſis, quam Eugenius Papa IV. anno 1434. recenſet inter Monaſteria Congregationis S. Juſtinæ de Padua unita. Vide Bullarium Caſſinenſe, tomo 1. pag. 59. in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ vocatur S. Juliani de Alepia.

Aletium, ſive Lycium, aut Licia, & Lupia vulgò *Lecce*, Civitas Salentinorum, media inter Brunduſium, & Hydruntum, utrinque viginti millibus paſſuum intervallo diſſita à parte Septentrionali, ſex mill. paſs. ab Adriatico Mari à parte Occidentali, quindecim paſs. mill. à ſinu Tarentino, ab Jonio Mari, quod ad Auſtrum eſt vigintiquatuor millibus paſſuum in terra Hydruntina, vulgò *d'Otranto* dicta.

I. Ibi extra mœnia Civitatis Abbatia titulo SS. Nicolai, & Cataldi anno 1180. à Tancredo Nortmanno, & Aletii Comite, pro Baſilianis, aut Benedictinis Monachis condita, fundata, & pluribus prædiis dotata, atque privilegiis nobilitata fuit: poſtmodum ex Indulgentia Alexandri VI. Summi Pontificis anno 1494. Congregationi Monachorum Montis Oliveti attributa, quæ aggregatio fuit etiam per Bullam Leonis X. datam anno 1513. confirmata. Jus habet Abbas conferendi quatuor Capellanias in Eccleſia Cathedrali; fundationis inſtrumentum, vide apud Ughellum tomo 9. pag. 96.

& pag. 107. ubi dicit fuiſſe olim Ord. S. Benedicti.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Georgii Monialium, in Civitate, cujus ad annum 1181. mentio fit apud Ughellum tomo 9. pag. 105.

Vide infra lit. L. Verbo Lycium.

Alexandria Stateliorum, prius Cæſaria dicta, Civitas Liguriæ in Statu Mediolanenſi, & ſui Territorii caput, ad Tanari, & Bormidæ fluviorum fluenta.

I. Ibi Abbatia tit. S. Michaelis Ordin. S. Benedicti, quæ anno ſal. 1458. unita fuit Eccleſiæ Cathedrali Alexandrinæ, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

II. Abbatia tit. S. Iacobi, Ordinis S. Auguſtini, recenſetur in Cod. Taxar. Cameræ Apoſtolicæ, Abbatem S. Jacobi ſe dicit Hieronymus Ghilini Alexandrinus Patricius, & author Annalium Alexandriæ ab origine Civitatis, ad annum 1659.

III. Abbatia S. Joannis *delli Capucci*, cujus anno 1611. Abbas Commendatarius erat Scipio Cardinalis Burgheſius; ut conſtat ex manuſcripto Codice Bibliothecæ Cardinalis Alterii Columna 13. litt. D. num. 4.

IV. Abbatia S. Mariæ de Caſtello Ordinis S. Auguſtini, ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Gabriel Pennottus lib. 3. cap. 32. pag. 697. loquitur de ea, tanquam de Præpoſitura Congregationis Mortarienſis, quæ à Sixto IV. Summo Pontifice fuit anno 1474. Congreg. S. Joannis Lateranenſis unita, cuique etiam adjuncta eſt Abbatia Monialium Ordinis Ciſtercienſis S. Stephani de Secedio dicta. Anno tandem 1629. die 12. Julii fuit per Urbanum VIII. in Abbatiam erecta, & primus Abbas inſtitutus Joannes Baptiſta Maſtrazzi, qui erat antea ultimus Præpoſitus. Sic refert Hieronym. Ghilini ad hunc annum, num. 13. in Annalibus Alexandriæ.

V. Abbatia S. Mariæ Annunciatæ Monialium Ordinis S. Auguſtini, cujus Eccleſia olim ſub titulo erat Sanctæ Monicæ, cjus pluries Abbatiſſa fuit Anna Ghilini, ut ad annum 1587. refert Hieronym. Ghilini, in Annalibus Alexandriæ, nu. 4. & ad ann. 1620. num. 2.

VI. Abbatia titulo S. Mariæ Angelorum, Monialium Ord. S. Franciſci, quam anno 1401. conſtruxit Corradinus *dal Pozzo*, Civis Alexandrinus in domo propria, cujus prima Abbatiſſa, de mandato Summi Pontificis Bonifacii IX. conſtituta fuit Agneſina *Trotti* Alexandrina, tunc S. Martini, in Villa *del foro*, Abbatiſſa. Abbatia nunc eſt ſub titulo S. Claræ, ita Hieronym. Ghilini in annalibus Alexandriæ, ad hunc annum.

VII. Abbatia S. Petri de Burgolio, ſeu de Bergolio, aliàs in Burgolio, olim extra muros, nunc intra, unde dicta eſt aliquando S. Petri de Alexandria, Ordinis S. Benedicti, ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, qui eam adhuc in Diœceſi Aquenſi collocat, quia Eccleſiæ Aquenſis, & Alexandrina per ducentos annos fuerunt unitæ. Anno 1518. Leo X. amandatis Monachis illam in Abbatiam Secularem, & Collegiatam, atque immediatè à S. Sede Apoſtolica dependentem inſtituit, & plurimis privilegiis nobilitavit, ut refert ad hunc annum num. 2. Hieron. Ghilini in Annalibus Alexandriæ.

driæ. Anno 1534. ejus Abbas Commendatarius erat Octavius Alexandriæ Epiſcopus.

VIII. Abbatia titulo S. Martini, Monialium Ordinis S. Benedicti, olim in Vico, *Villa del foro*, poſita, tribus paſſuum millibus à Civitate Occidentem hyemalem versùs, quæ bellorum motibus ſolo æquata anno 1401. ultima earum Abbatiſſa Agneſina *Trotti*, cum aliis Sociabus ſuis, jubente Bonifacio IX. Summo Pontifice, Alexandriam translata fuit, & in novam Abbatiam S. Mariæ Gratiarum, ſive Angelorum poſita, ut refert Hieronym. Ghilini in Annal. Alexandriæ ad hunc annum, num. 1.

Abbatia S. Mariæ de *Alfiolo*, aliàs, ut ſcribit Antonius Maginus in mappis de *figlivolo*, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Eugubinæ, eandem reor cum Abbatia S. Mariæ ejuſdem tum Ordinis, & Diœceſis, cujus anno 1432. Abbas erat Gabriel Sagonenſis Epiſcopus. Unita fuit Menſæ Epiſcopali Eugubinæ per Caliſtum III. Summum Pontificem, ut refert Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, ſita erat prope Eugubium, quinque videlicet mill. paſs. Orientem hyemalem versùs, nunc Palatium eſt æſtivum Epiſcopale, quod Federicus Cardinalis Fregoſius Epiſcopus Eugubinus magnificis decoravit ædificiis, ut notat Bonnav. *Tondi* in Hiſtoria Eugubina pag. 2.

Abbatia S. Salvatoris de Alina, ſive Alena. Vide infra de Lagna, ſive Lina.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Angeli de Algido, Territorii Tuſculani in Latio, quod oblatum eſt Monaſt. Caſſinenſi, circa annum 1060. ut refertur in Chronico Caſſinen. lib. 3. cap. 19. Tuſculo erat ad Solis ortum, aut in Monte *Algido*, in quo nives aſſervantur, aut apud Syluam dell'Algido, nunc *dell'Aglio* dictam.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Petri de Aliano, de qua ſic Urbanus V. Summ. Pont. in Bulla, qua anno 1369. Montem Flaſconem in Cathedralem Eccleſiam erigit. *In qua nullus eſt Monachus, nec à longis temporibus fuit, & quæ dudum per fel. memoriæ Papam Joannem XXII. prædeceſſorem noſtrum Cameræ Patrimonii B. Petri in Thuſcia unita fuit*, cujus omnes redditus, & proventus applicat Eccleſiæ Cathedrali Montis Flaſconis, qui erant in diſtrictu, & tenimento Caſtri Cannini, & Civitatis Tuſcanenſis. Vide apud Ughellum tomo 1. pag. 1054.

Abbatia SS. Trinitatis de Aliphano, aliàs de Alphiano, Ordin. Vallis Umbroſæ Diœceſis Senenſis, de qua fit mentio in Indice Bullæ Alexandri III. Summ. Pontif. datæ anno 1176. & in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ unita eſt Monialibus S. Mariæ Magdalenæ Senenſis per Julium II. Papam anno 1510. Ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia, ſeu Monaſterium in Territorio Aliphano, titulo S. Salvatoris, Sanctimonialium, quod cum Eccleſia conſtruxit, & inſtituit Arichis Dux Beneventi, atque plurimis poſſeſſionibus cumulavit, & Abbatiæ Monachorum S. Vincentii de Vulturno ſubdidit, ut refert Ughellus tom. 6. pag. 476. recenſeturque ſub his verbis; *Quod poſitum eſt in Aliſe*, in Bulla Sergii IV. Papæ Pontific. 3. Salutis verò 1011. ibidem pag. 489. Anno 1168. Alexander III. Summ.

Summ. Pontif. illud ſubdit regimini Fuſchæ Abbatiſſæ Sancti Victorini Civitatis Beneventi, Ord. S. Benedicti, ſalvo jure Abbatis S. Vincentii. Idem Ughellus tomo 8. pag. 186. erat in Regni Neapolitani Provincia, vulgò Terra Laboris dicta, ubi Aliſe, ſive Aliphæ, vulgò *Aliſi*, Civitas apud Vulturnum fluvium.

Abbatia S. Spiritus in Agro Aliphano. Vide infra verbo in Terra Pedemontis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ, & S. Petri in Aliphas, fundatum à Toccone Abbate ante annum 719. tempore Romualdi Ducis Beneventi in ipſius Ducatu: huic Abbatiæ ſua bona dederunt Juſtinianus quidam & Uxor ejus. Forſan apud Aliphanam Civitatem Abbatia poſita, in loco qui dicebatur Maſſanum, à poteſtate Epiſcopi illius bona eximit Giſolphus Dux Beneventi, cujus diploma vide apud Ughellum tomo 8. pag. 616. & Romualdi diploma ibid. pag. 617.

Abbatia tit. S. Mariæ in Alpibus Ordinis S. Benedicti Diœc. Sabinenſis in Latio, ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Benedicti in Montibus Alpibus nuncupatis, Ord. Vallis Umbroſæ, Diœceſis Feſulanæ, unita fuit Abbatiæ S. Mariæ Vallis Umbroſæ, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, ſitus ejus videtur eſſe, ubi nunc Terra *S. Benedetto* dicta ad fontes *Bocone*, fluv. & Apennini Montis radices 24. millibus paſſuum Feſulis diſſita, verſus Boream, de ea ſic Codex Taxar. D. Paſſionæi, Ord. Camald. olim Vallis Umbroſæ, unita Capitulo Eccleſiæ Sancti Laurentii Florentiæ, per Clementem VII. Papam anno 1531.

Abbatia S. Mariæ de Alpino. Vide Mons Marſicus.

Abbatia tit. S. Martini de Alpino, vide infra litt. P. de Pino.

Abbatia tit. S. Eraſmi de Altaripa de Cambrona, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Eugubinæ, dicitur unita Monaſt. S. Benedicti extra muros Eugubinos per Sixtum IV. Papam Pontif. anno 4. Sal. 1474. Ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia B. Mariæ de Altilia. Vide B. Mariæ de Calabro Maria.

Altini Abbatia, cujus Abbas erat quidam Dominicus filius Leonis Calopini ante annum 874. quo Petrus Patriarcha Gradenſis illum Torcellanum Epiſcopum conſecrare renuebat. Vide Ughellum to. 5. pag. 1433. Altinum verò Civitas olim Epiſcopalis, nunc deſtructa jacet, vulgò *Altino diſtrutto*, maritima, apud Silis fluvii oſtium, inter Tarviſium, & Venetias.

Abbatia S. Mariæ de Alto, ſive de Juniariis, aliàs Jumaris, ſeu Jummariis, aut Immariis, ſi non in maris, Ord. S. Baſilii, Diœc. Mazarienſis in Sicilia, vocabatur S. Mariæ de Mazara, non S. Andreæ (ut ſeipſum correxit Rocchus Pirrus) in diplomate Rogerii Regis dato anno 1145. in quo Rex illam ſubiicit Archimandritæ S. Salvatoris Meſſanenſis, de ea Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo, unita fuit Abbatiæ S. Mariæ de Gangiis per Eugenium IV. Summ. Pontif. anno Pontific. 14. Sal. 1444. ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. verbo *Meſſanen.* Ab ann. denique 1568.

facta eſt Commenda Religionis Equitum S. Joannis Hieroſolymitani, ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis, notitia 24.

Abbatia S. Mariæ de Altofonte, aliàs *del Parco*, in Sicilia, Ord. Ciſtercienſis, & Diœc. Montis regalis, fundata per Fridericum Regem anno Sal. 1306. Primus Abbas conſecratus fuit Frater Michael anno 1307. ſita eſt ad ſextum, à Civitate Panhormitana milliarium, Orientem hyemalem versùs, ſub magno fonte, à quo Alti fontis nomen eſt adepta, in Parco Guillelmi II. Siciliæ Regis, unde dicta eſt *del Parco*. Fuit primitùs ſubdita Monaſterio trium Sanctarum, Diœc. Barcinonenſis, multa illi contulit bona Joannes d'Obertus *di Camerana*, ut refert Ludovicus Lellus in Summa Privilegiorum Montis Regalis, pag. 67. Ibidem olim fuerat Monaſterium Lucuſianum à S. Gregorio Magno conditum, ut aſſerit Rocchus Pirrus li. 4. de Abbatiis pag. 160. Vide infra litt. L. verbo Lucuſianum.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nicolai de Alto Silice, Monachorum olim Ordin. S. Benedicti, à Stephano Protoſpatario, Bordæ filio conſtructum anno 1065. Eccleſiam conſecravit anno 1233. Marinus Barenſis Archiepiſcopus. Vide Nghell. to. 7. pag. 885.

Abbatia de Alviano, cujus Abbas erat Bernardinus Urſinus, factus anno 1503. Nuceriæ Paganorum Epiſcopus, ut refert Ughellus tomo 7. pag. 743. forſan Abbatia de Auliano Ordin. S. Benedicti Diœc. Aretinæ, quæ recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Amalphia, ſive Amalphis, vulgò *Amalfi*, quæ in veteribus inſtrumentis aliquando Malphia vocatur, Civitas Archiepiſcopalis maritima Regni Neapolitani, in Citeriori Principatu.

I. Abbatia tit. S. Petri de Canonica, quæ primitus vocabatur S. Petri de Tozulo, ſive de Toczulano, & plerumque S. Petri de Amalphia extra Civitatem, ſita à dextro latere, prope Eccleſiam S. Petri veteris; cum omnibus bonis ſuis Eccleſiam illam Conſtantinus Presbyter remiſit in manus Petri de Capua, ex Amalphia Oriundi, Cardinalis tit. S. Marcelli, qui ſub anno 1212. hanc Canonicam fabricavit, & Sancto Lateranenſi Ordini obtulit; ubi cum Priore poſiti ſunt quatuor fratres, qui per quinque annos ibi vixerunt. Idem poſtea Cardinalis, amotis Canonicis, à quibus Eccleſia nomen de Canonica retinuit, & Monachos Ciſtercienſes in Canonicam Regularem introduxit, & Innocentius III. Summ. Pontif. Bullâ tunc data Romæ 8. Kal. Maii, Pontific. anno 17. Juſſit Abbati Monaſt. Foſſæ Novæ illam acceptare in filiam; ubi primùm poſiti ſunt Ciſtercienſes ſub Priore, uſque ad annum 1223. quo Honorius III. Pontif. Max. Pontific. anno 3. Indictione 3. in Abbatiam erexit, primuſque hujus domus S. Petri de Amalphia procreatus eſt Abbas per Abbatem Foſſæ Novæ Nicolaus de S. Germano Foſſæ Novæ Monachus, qui eam per quinque annos rexit. Plura vide in Inſtrumento MSS. Bibliothecæ olim Domini de Altemps, nunc Petri Cardinalis Otthoboni not. R. VI. 29. hanc cum Manſo Fratre dota-

dotavit prælaudatus Card. de Capua, fundationi aſſenſum dedit Fridericus II. Imperator, fuit poſtmodum data in commendam. Semidirutum denique Cœnobium coacti ſunt Monachi derelinquere, nudaque Eccleſia Fratribus Cappucinis data eſt, redditus verò fuerunt Abbati Commendatario attributi. Vide Ughellum to. 7. pag. 283. & 287. de hac Abbatia ſilet Index Caroli de Viſch.

II. Abbatia S. Mariæ Amalphitanæ, de cujus Abbate mentio fit anno 1226. apud Ferdin. Ughell. tom. 1. pag. 1047.

III. Obſerva olim florente Amalphiæ Republicâ fuiſſe quinque Sanctimonialium Cœnobia, Ordin. S. Benedicti, nunc tantùm duo. videlicet Abbatia, ſive Monaſterium ſub tit. SS. Trinitatis, Monialium Ordinis S. Benedicti, ſecus littus maris, intra Civitatis mœnia, quod Nobilium Dominarum vocant, ab Archiepiſcopo Julio Roſſino, qui ſedere cœpit anno 1576. constructum, in quod tria earumdem Nobilium Dominarum translata, unitaque ſunt Monaſteria, videlicet S. Mariæ, S. Laurentii, & S. Baſilii: ejus Eccleſia plurimis decorata eſt Sanctorum reliquiis. Vide apud Ughell. to. 7. pag. 243.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium Monialium, titulo S. Mariæ Dominarum, ut refert Ughell. to. 7. pag. 277. huic unita olim fuere tria alia Monialium Monaſteria (priùs à Civibus Scalenſibus in Atrano condita) cum Sedis Apoſtolicæ authoritate, quando Atranum ab impio Manfredo Rege Saracenis traditum fuit ad inhabitandum, vide apud eundem Authorem pag. 443. fuit hoc poſtea unitum Monaſterio SS. Trinitatis.

V. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Laurentii, quod pro Monialibus Benedictinis Manſo Dux Amalphitanus conſtruxit, & ampliſſimè dotavit apud Amalphim, circa annum 987. Blactæ Abbatiſſæ, & Cœnobio plura bona paritèr dederunt Dux Antipatus Manſo Patritius, & Joannes Dux filius ejus. Vide Ughell. to. 7. pag. 249. & 254. ac 298. ſitum erat ſubtus inferius Caſtrum Scalarum, unitum poſtea fuit Cœnobio SS. Trinitatis. Sic idem Auth. pag. 243.

VI. Abbatia, ſive Monaſterium vetus, tit. S. Baſilii, nobilium Sanctimonialium Ordin. S. Benedicti extra Amalphitanam Civitatem, non longè à Canneto fluviolo, quod ad Cœnobium SS. Trinitatis poſtea translatum fuit, & perpetuò unitum. Ita Ughellus to. 7. pag. 243.

VII. Abbatia, ſeu Monaſterium ſub titulo S. Nicolai de Campo, Sanctimonialium Civium, ſed popularium Virginum intra Civitatem conſtructum, cui poſtea Cœnobium S. Helenæ unitum fuit. Vide Ughellum to. 7. pag. 244.

Abbatia tit. S. Anaſtaſiæ de Amandula, vel Sancti Anaſtaſii, crediderim legendum Anaſtaſiæ, hoc eſt Reſurrectionis, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Firmanæ, unita fuit Congregationi Lateranenſi; recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, de ea Ughellus: extabat ante annum 1409. Amandula, vulgò *Mandola*, Oppidum Marchiæ Anconitanæ, 22. mill. paſſ. à Civitate Firmana diſſitum, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Ambroſii, & S. Salvatoris, Diœc. Saſſennatenſis, quam anno 1028. Conradus Imperator dat Uberto Saſſennatenſi Epiſcopo. Donationis diploma vide apud Ughell. tom. 3. pag. 707. Abbatis hujus Monaſt. extat concordia cum Rufino Epiſcopo de anno 1235. in Regeſto Vaticano, Epiſt. 352. fol.48. locus vulgò dicitur *S. Ambrogio*, decem paſſuum millibus Saſſenâ *Sarſina* diſtans, Occidentem æſtivum versùs, ad ripam ſiniſtram, & Aquilonarem fluvioli *Borello* in Romandiola, & Statu Eccleſiaſtico.

Abbatia S. Eliæ de Ambula. Vide de Ebula.

Ameriæ Abbatia tit. S. Manni Monialium Ordin. S. Benedicti, ſub Juriſdictione, & Protectione Monaſterii S. Pauli de Urbe, cui Abbatiæ Bonifacius IX. Summ. Pontif. Bullâ datâ anno 1390. unit Abbatiam S. Mariæ de Canali, Diœc. Amerinæ Monialium ejuſdem Ordin. Vide Bullarium Caſinenſe tom. 2. pag. 288. Ameria, vulgò *Amelia*, Civitas Umbriæ, ſuper montem ſita, & Narnienſi Civitati vicina.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Marci de Amiano, in quo Corpus aſſervabatur S. Chriſtinæ, ſed temporum injuria everſum eſt, & Monaſterio S. Antonii Monialium Ordin. S. Benedicti Venetiis ſito unitum, atque ex ipſo anno 1431. licentiam dante Eugenio IV. Papa, Corpus ejuſdem S. Chriſtinæ Virgin. & Mart. deſumptum, & in præfato Monaſterio S. Antonii reconditum etiam nunc aſſervatur, ut refert Ughell. to. 5. pag. 1447.

Abbatia, ſive Monaſterium, tit. Mauri de Amiterno, quod corruptè de Emiterno; illud Alexander III. Papa Pontific. anno 6. Salutis 1166. & Cœleſtinus IV. Pontific. anno 1. Salutis verò 1191. confirmant Abbatiæ S. Clementis Inſulæ Piſcariæ, aliàs Caſauræ. Vide Ughellum tomo 6. pag. 1314. & 1317. Amiternum verò Civitas olim Epiſcopalis exciſa in Veſtinis, & Sabinorum finibus, nunc vicus *S. Vittorino* dictus, tribus paſſuum millibus ab Aquila Civitate, ad Aternum vulgò *Peſcara* fluvium in Aprutio inferiori.

II. Circa Amiternum Civitatem Abbatia, ſive Monaſterium, titulo S. Nicolai, in quo Beatus Placidus Ciſtercienſis Monachus per annum vixit, quique obiit anno 1248. ut refert Ughell. to. 6. pag. 899.

Abbatia in loco dicto S. Ammonis, ſive vulgò *la pietra del Demonio*, cujus anno 974. Abbas erat quidam Dionyſius, aliàs Dannoſus: ut teſtatur Ludovic. Jacobilli to. 1. de Sanctis Umbriæ pag. 115. erat in Status Eccleſiaſtici Provincia, *Sabina* dicta.

Abbatia S. Mariæ Amogii, vulgò *di tre modii*, in monte majori, Monialium Ordin. S. Benedicti, cujus anno 1205. Abbatiſſa erat quædam Beatrix, eratque ſub directione Monachorum Abbatiæ S. Bartholomæi de Campo Regio, ſita in Territorio, & Diœc. Eugubina, ut refert Ludovic. Jacobilli tomo 3. de SS. Umbriæ pag. 306. videtur eſſe locus, qui in mappis Magini ſcribitur *Pomeggio*, & *Romegio*, prope *fratta* ad Tyberim fluvium.

Abbatia de Ananis. Vide infra litt. H. verbo de Humanis.

Abba-

Abbatia SS. Anargyrorum, hoc eſt SS. Coſmæ, & Damiani, quia gratis Medicorum officio fungebantur, Diœc. Neocaſtrenſis, in ulteriori Calabria, dari ſolita in Commendam, de ea Ughellus tomo 9. pag. 556. eadem forſan, quæ corruptè in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ vocatur Harginæ Ord. S. Baſilii.

Abbatia S. Anaſtaſii de Valle, Ord. S. Benedicti, Diœc. Feretranæ, quæ anno 1459. mandata fuit uniri Feretranæ Eccleſiæ. Ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; illa eſt, quam in medio Feretranæ Diœc. ſitam, ante annum 1300. pro Epiſcopio, & Eccleſiam pro Cathedrali, ad hæc uſque tempora Epiſcopi Feretrani delegerunt, ut aſſerit Ughellus tomo 3. pag. 931. Feretranus, aliàs mons Feretranus, ſive Leopolis, vulgò *San Leo*, Civitas poſita eſt in Ducatu Urbini, & Urbino ad Occaſum æſtivum.

Abbatia titulo S. Anaſtaſii, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Meſſanenſis in Sicilia, recenſetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia S. Anaſtaſiæ, Ord. S. Benedicti, aut S. Auguſtini; ſic refert Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, Diœc. Cephaludenſis in Sicilia; illa haud dubiè, de qua Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis pag. 299. quam pag. 147. vocat S. Anaſtaſiam Caſtelli Boni, & Sanè, nam ſecundo, aut tertio milliario à *Caſtel Buono*, versùs Auſtrum ſtat vicus, ſive Terra vulgò *S. Naſtaſia* dicta, in Valle *di Demona*.

Abbatia S. Anaſtaſii, tantum, Vide litt. C. SS. Heliæ, & Anaſtaſii de Carbona.

Ancona, quæ olim Picena, Civitas, & Emporium maritimum, in ſinu Adriatico, ad Cumerum promontorium totius Piceni, ſive Marchiæ Anconitanæ Caput, in Statu Eccleſiaſtico.

I. Ibi olim Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Agnetis, Ordin. S. Benedicti, cujus mentionem facit Gregorius XI. In litteris ſuis, datis anno Pontific. 8. Salutis verò 1378. Vide apud Ughell. tomo 5. pag. 1626. hanc Eccleſiam ferè demolitam reſtruxit Eugenius IV. anno 1431. quæ nunc intra Clauſuram reperitur Monaſterii Monialium Ord. S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, S. Bartholomæi nuncupatarum, ut aſſerit Julianus Saracini, in libro, cui titulus, *Notitie d'Ancona*, pag. 250.

II. Abbatia S. Claudii, ut exprimit Jacobus Laurus in ſua Civitatum Topographia, priùs erat Eccleſia Parochialis, non longè à Porta dicta *di Capo di Monte*, quam anno 1546. Jacobus de Bonarellis Sacerdos, & Nobilis Anconitanus in titulum tenebat, quamque Canonicis Lateranenſibus ceſſit, qui in eam Abbatiam ſuam S. Joannis de Pinoclaria tranſtulerunt, & ſuppreſſo S. Claudii nomine, nunc S. Joannis Baptiſtæ dicitur, juxta quam erectum eſt Monaſterium Abbatiale S. Joannis de Capite Montis nuncupatum, approbante Paulo III. Bulla data pridie Idus Maii, ejuſdem anni, ita poſt Gabrielem Pennottum Julianus Saracini, *Notitie Iſtoriche d'Anchona*, pag. 298.

III. Extra muros Abbatia, titulo S. Joannis Baptiſtæ de Pinoclaria, Ordinis S. Benedicti, ut habetur in Codi-

Codice Taxar. Cameræ Apoſtolicæ, vulgò de *Penocchiaria*, extra Portam *del Calamo* dictam, à fonte vicino cognomine, ſub arce Civitatis poſita, quæ anno 1464. ferè demolita erat, Monachis deſtituta, & in Commendam data; de ea Gabriel Pennottus lib. 2. cap. 21. hanc Joannes Saccus Raguſinus Archiepiſcopus, Patria Anconitanus, & Abbas Commendatarius Canonicis Regularibus Lateranenſibus ceſſit anno 1504. à quibus totum Monaſterium ab imis fundamentis fuit renovatum, deinde ſub Paulo III. in Urbis munitione funditus everſum, tandem per litteras Julii III. Sum. Pont. nonis Decembris, Pontific. anno 2. Salutis 1551. datas, Congregationi Lateranenſi unitum, ut habetur in Taxarum Codice; intra Civitatem ad Eccleſiam S. Claudii, cum titularis nomine, & Abbatiæ translatum fuit, ut dictum eſt ſupra. Sita erat in loco, qui nunc vulgò vocatur *la Madonna degl'Orti*. Vide Julianum Saracini *nelle notitie d'Ancona*, pag. 253. & 298. anno 1436. Eugenius IV. Papa ſcribit Epiſcopo Anconæ, & Abbati S. Joannis de Penocchiara; Vide ibid. pag. 253.

IV. Intra Civitatem apud Eccleſiam S. Martini, ad quam ann. 1320. per Nicolaum de Ungaris Epiſcopum Anconitanum, tranſlata eſt Abbatia S. Mariæ Novi Portus, cum titulo Abbatiæ, & Monachis, & Capitulo; ita ut impoſterum Eccleſia S. Martini, quæ priùs ad prædictam pertinebat Abbatiam, appellanda ſit Abbatia S. Mariæ novi Portus; tranſlationis Inſtrumentum, ſive potiùs Hiſtoriam vide in notitiis hiſtoricis Anconitanis Juliani Saracini, pag. 162. & ſeqq. fuit tandem anno 1436. per Eugenium IV. Pont. Max. Capitulo, & Canonicis Cathedralis Eccleſiæ conceſſa. Eccleſia poſtmodum S. Martini Parochialis effecta fuit, ab eodem Capitulo retentis redditibus, ad inſtituendum mulierum pœnitentium refugium data, ut idem Author obſervat pag. 376. & 377.

V. Abbatia tit. S. Mariæ Novæ, quam primitus incoluerunt Moniales, Ordin. S. Benedicti, quibus recedentibus introductæ ſunt Tertiariæ Ord. S. Franciſci, per Bullam Eugenii IV. Summ. Pont. datam anno 1443. quæ poſtmodum Clariſſarum Regulam ſub Abbatiſſa ſunt amplexatæ, ut refert Franciſcus Gonzaga parte 2. pagin. 215.

VI. Abbatia tit. S. Pallatiæ, ſive Palatiatis Virginis Anconitanæ, & Martyris, Monialium Ord. S. Claræ, pro qua, ad inſtantiam Communitatis Anconitanæ Civitatis, extat Bulla Sixti V. data Romæ 21. Maii anno 1588. pro Abbatiſſa, & quadraginta, aut quinquaginta, vel alio Monialium numero, redditibus quibuſdam ad ſummam annuam mille ſcutorum, de bonis Montis Pietatis Anconæ applicandis. Vide apud Julianum Saracini in notitiis hiſtoricis Anconitanis pag. 430.

VII. Abbatia Monialium Cappucinarum nuncupatarum, quarum inſtitutionis Bulla Innocentii X. data eſt anno 1647. nonis Aprilis, pro Abbatiſſa, & duodecim Monialibus, empto Territorio, Eccleſia, & Monaſteriolo S. Sebaſtiani nuncupato, priùs à Patribus Ordin. S. Barnabæ inhabitato,

tato, in quem locum ſolemniter introductæ ſunt ex Abbatia S. Palatiæ, Alexandra Benincaſa prima nova Abbatiſſa, & Maria Franciſca Leoni ejus Vicaria, cum 12. puellis velandis, ſub Regula S. Claræ; fundator præcipuus Antonius Cocchus, & Confraternitas Roſarii. Vide Bullam, & inſtitutionem in notitiis hiſtoricis Anconitanis Juliani Saracini pag. 473. & 485.

Abbatia tit. S. Laurentii de Anderta, vel Andeſta, aliàs Lardenſeca, aliàs de Ardingheſca, ſive Civitella, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Groſſetanæ, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. cujus fundationis inſtrumentum extat de anno 1187. nunc iſta Abbatia juncta eſt Monaſterio S. Mariæ Angelorum Senenſi, Ordin. Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ut refert Ughellus tomo 2. pag. 758. Civitella Oppidum eſt Territorii Senenſis, viginti paſſuum millibus à Civitate Groſſettana diſſitum, versùs Septentrionem.

Abbatia S. Petri de Andolina. Vide Antognola.

Abbatia *Sant'Andreano* dicta, Ordinis S. Baſilii in Calabria, de qua ad annum 1613. loquitur Sylveſter Maruli, in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 67. fortè, quæ ſupra verbo *S. Adrian*.

Andria Civitas Epiſcopalis, Mediterranea, quæ, & Adria, vulgò *Andria, & Andri*, in Provincia, Terra Barienſis, *de Bari* dicta, inter Tranum, & Rubum, ad Montium pedes. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Bartholomæi, in quam, anno 1179. ſub Abbate Joanne à Civitella, tranſlata ſunt Corpora Sanctorum Eraſmi, & Pontiani martyrum. Tranſlationis inſtrumentum refert Ferdin. Ughellus to. 7. pag. 1255.

II. Abbatia tit. S. Mariæ, Ord. S. Benedicti, quam anno 1578. Gregorius XIII. Sum. Pont. univit Congregationi Sanctæ Juſtinæ, aliàs Caſinenſi, ut habetur in Indice MSS. Abbatiarum hujuſce Congreg.

Abbatia tit. S. Petri de Andolina, vide infra litt. L. de Landelina.

Abbatia tit. S. Laurentii de Aneſa, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Neapolitanæ, in ejus Regni Provincia, Terra Laboris dicta: eam recenſet Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo, & Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia S. Mariæ ab Angelo, Vide S. Mariæ de Faventia.

Abbatia tit. S. Mariæ de Angelis, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Panhormitanæ in Sicilia, ad radices Montis Acuti, vulgò tunc *Aguzzo*, poſt corruptè *Monte Cuccio*, à Civitate Panhormo, versùs Occidentem, quam cum Eccleſia, de conſenſu Urbani VI. Summ. Pont. anno 1388. conſtruxit, & redditibus dotavit Manfredus Comes Claromontanus, qua tandem injuriâ bellorum deſtructâ, Panhormitanus Antiſtes Territorium recuperavit, dictum *de Baida*, & ibidem Cappella in honorem S. Joannis Baptiſtæ conſtructa, dicta eſt S. Joannes *de Baida*, ita refert Ludovic. Lellus in Summa Privilegiorum Abbatiæ Montis Regalis num. 13. eam recenſet Carolus de Viſch. in ſuo Abbatiarum Indice.

Abbatia, ſive Monaſterium, ſub tit. S. Angeli, juxta fluvium Sangrum, quod

quod Barregium dicitur, cujus privilegia, juxta tenorem prædeceſſorum Caroli Magni, & Lotharii, Ludovicus Imperator confirmavit anno circiter 870. vide Chronicon Caſinenſe lib. 1. cap. 37. ubi Cellæ, loca, & alia bona ad hoc Monaſt. pertinentia recenſentur. Quod olim (ut ait Angelus de Nuce in notis ad hoc Chronicon) fuerat Monaſterium, in Caſtrum evaſit, *Vallis Regia* dictum, hinc *Varreja*, *Berreja*, in Saxea rupe collocatum, cujus dorſum Sangrus fluvius alluit, in ſpiritualibus tantùm Caſinenſi nunc Monaſterio ſubeſt, cum adjacentibus pagis Civitella, & Vitella. *Hæc ille* in mappis Antonii Magini Sangrus fluv. qui olim Sarus, nunc *Sanguine*, vel *Sangro*, quem recentiores Geographi malè *Lanciano* vocant *S. Angelo* ad ſiniſtram eſt fluvii *Barreja*, ad dexteram, versùs Occidentem, & *Civitella Alfidena* cognominatur, quæ omnia in Aprutio Citeriori poſita: fuit aliquando deſtructum, quod poſtea ab Azzone eſt reſtauratum, ita idem Chron. Caſinen. lib. 2. cap. 34. ubi vocatur Barregenſe Monaſterium.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Angeli de Marano, in Aprutio, cum omnibus Cellis, & rebus ſuis. Quæ omnia ipſi confirmat Ludovicus Imp. anno circiter 870. ut aſſerit Chronicon Caſinenſe lib. 1. cap. 37. in notis ſubjungit Angelus de Nuce. *Aprutium, tunc Civitas, non Regio, nec Provincia*. Citans hæc S. Gregorii verba lib. 5. Indict. 5. epiſt. 13. *de Aprutina Civitate diu Paſtore viduata*, immemor ſe dixiſſe priùs, per vocem *Civitatis*, plerumque non unicum locum muris circundatum, ſed omnes Pagos ad illum ſpectantes intelligi.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Angeli ad formas, ſive ad Arcum Dianæ, quia ejuſdem Deæ templum inibi fuit, de quo extat diploma Marini Summ. Pontif. qui Sedit ab anno 943. ad annum 946. Ordin. S. Benedicti, ſitum erat, aut apud Capuam, aut in ejus Diœceſi. Vide Chronicon Caſinen. lib. 1. cap. 57. oblatum poſtea fuit anno 1072. à Richardo Principe Capuano Abbati Caſinenſi Deſiderio, qui ibi Monaſterium amplum reſtruxit, & quadraginta, eoque amplius Monachos ibi victuros aggregavit. Idem Chronic. lib. 3. cap. 37. addit Ughellus tomo 6. pag. 395. hoc Monaſt. S. Angeli in Formis ſitum fuiſſe, prope Capuam, cujus Eccleſia extabat ante annum 943. Monaſt. verò anno circiter 1065. à prælaudato Richardo conſtructum, cujus primus Abbas inſtitutus quidam nomine Capuanus; poſtea Abbati Deſiderio datum, hinc factum eſt, ut non Abbates, ſed Præpoſiti Monaſterio præficerentur à Caſinenſi Abbate.

Abbatia S. Angeli de Pacia. Vide infra litt. I. Iſclana Inſula.

Abbatia titulo S. Angeli, Ordin. Ciſtercien. & Diœceſis Civitatenſis, fundata anno 1130. ut habetur in Indice Caroli de Viſch. Civitas deſtructa, olim Marſicum vetus, in Apulia, cenſetur in Capitanata, Apuliæ nunc in Baſilicata ad vicum, & Archipresbyteratum redacta.

Abbatia S. Mariæ de Anglaravia, aliàs de Anglaria, Ordinis, ſive Congregationis Camaldulenſis, Diœceſis Aretinæ, ut habetur in Codice Taxar.

Cameræ Apoſt. eadem ſanè eſt, quæ in Anglario Oppido, de qua meminit Ambroſius Camaldulenſium Generalis Abbas, ad annum 1432. in ſuo Hodoeporico pag. 14. huic Abbatiæ anno circitèr 1104. omnia bona ſua dederunt Bernardinus Sidoniæ nuncupatus, Anglarii Comes, & Imeldina Conjux. Cœnobium extruxit Rodulphus Prior Camaldulenſis, ibique Abbatem conſtituit; data eſt demum in Commendam, ut refertur in Hiſtoria Camaldulenſi lib. 1. cap. 63. in fine: vulgò *Angliari* Oppidum decem millibus paſſuum Aretio diſtans versùs Boream, non longè à Burgo Sancti Sepulchri in Dominio Florentino.

Abbatia tit. S. Veriani de Anglario, Ordin. ſive Congreg. Camaldulenſis, Diœc. Aretinæ tempore Alexandri V. Papæ, qui ſedebat anno 1409. de qua Codex Taxarum D. Paſſionæi diverſam facit à præcedenti, ſed veroſimile eſt eandem eſſe.

Abbatia S. Annæ. Vide litt. C. S. Annæ de Camprena.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Anſani, ubi ipſe Corpore requieſcit, ut habetur in diplomate Caroli Magni Imp. dato anno 795. in favorem Aretinæ Eccleſiæ. Conſtat S. Anſanum Mart. fuiſſe cæſum ad ripam Arbiæ fluvii, ubi poſtea ejus nomini erecta eſt Eccleſia; nunc Corpus ejus Senis aſſervatur, habes diploma apud Ughell. tomo 1. pag. 460.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Anthimi, & S. Sebaſtiani, Ord. S. Benedicti, in Senenſi Territorio fundatum circa finem octavi ſeculi, Diœc. olim Senenſis, ſed Monte Alcino, aliàs Ilcino à Pio II. Sum. Pont. ann. 1462. in Civitatem Epiſcopalem erecto, Cœnobium hoc, cum Oppidis priùs Abbati ſubditis, unitum fuit Cathedrali Eccleſiæ Montis Ilcini, & ſic extinctum, ut refert Ughellus tomo 1. pag. 1068. & in Appendice pag. 434. ubi conſtat fuiſſe à Carolo Magno Imp. conſtructum in Comitatu Cluſino, in loco, qui dicitur Vallis Startia.

Abbatia Sancti Anthimi, nobilis olim, nunc diruta, redditus tamen amplos etiam nunc habet, ab Urbe Roma viginti millibus paſſuum diſtans, ut habet Ven. Bedæ Martyrologium: ibi olim erat Epiſcopalis Eccleſia *Cures* dicta, ut aſſerit Lucas Holſtenius in Annotationibus Geographicis pag. 17. & in Italiam antiquam pagin. 107. ubi dicit *Cures* eſſe, quæ nunc *Correſe* ad cognominem fluvium, ſcilicet *Correſe*, in agro Sabinenſi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Antimi, Monialium Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Taurinenſis, & in Campeſtribus ſitum, in cujus Eccleſia Collegium erat Canonicorum cum Decano; ejus Abbatialem dignitatem, & ipſum ibi Ciſtercienſem Ordinem penitus, & omnino ſupprimit Julius II. Summ. Pont. & ejus proventus Menſæ Epiſcopali Salutiarum annectit, per Bullam datam anno 1511. Vide apud Ughell. to. 1. pag. * 139.

Abbatia nobilis S. Petri de Antognola; Diœc. Nucerinæ, in Territorio Peruſino, de qua Ughellus tom. 1. pag. 1116. forſan ea, quæ S. Petri de Andolina, de cujus Abbate Attone mentionem facit ad annum 1174. Ludovic. Jacobilli de Vitis SS. Umbriæ,

to. 2. pag. 39. Abbatia S. Petri quinque paſſ. mill. Nuceriâ diſtat Occidentem æſtivum versùs, ſuper *Raſina* fluvium. Vide S. Petri de Reſina, an eadem ſit, dubium.

Abbatia S. Mariæ de Aperrino, Ord. S. Benedicti, Diœc. Nucerinæ, in Spoleti Ducatu, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ dicitur etiam de Appenino, unita eſt Capitulo Eccleſiæ S. Venantii Terræ Fabriani, Diœc. Camerinenſis, per Eugenium IV. Sum. Pont. ann. 1441. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia S. Mariæ de Apinianici. Vide Mons Marſicus.

Abbatia S. Andreæ de Appio, Ord. S. Benedicti, Diœc. Caputaquenſis, in Regni Neapolitani Principatu Citeriori, cujus erat Abbas quidam Matthæus anno 1287. Vide Ughellum tomo 7. pag. 606. In Codice Taxarum D. Paſſionæi: intitulatur S. Andreæ de Apro, ſive Appio de Roſſigno, fortè *Rotino* vicus undecim paſſ. mill. à Cappaccio Novo diſſitus, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Martini Apium, Diœc. Aretinæ, in Dominio Florentino, quam recenſet Ferdin. Ughellus in Italia Sacra.

Abbatia de Aphne, Ordin. Ciſtercien. Diœceſis Venetenſis, in Venetiarum ditione fundata anno 1138. ut refert Carolus de Viſch. in ſuo Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Mariæ in Aprutio, de quo mentio fit in Inſtrumento Adelberti Comitis Aprutii, anno 894. Quod vide apud Ughell. to. 5. pag. 1479.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Agathæ de Apulia, Congregationis Montis Virginis, Ord. S. Benedicti, quod à Superiore ſub titulo Abbatis gubernari declaravit Paulus V. Summ. Pontif. Bulla data anno 1611. ut videri poteſt in Bullario Caſinenſi tomo 1. pagina 1424.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti, quod ſitum eſt in Comitatu Aprutinenſi, juxta fluvium Trontum *Tronto*, Ordin. S. Benedicti, & Caſinenſi Cœnobio ſubjectum, & oblatum à quodam Corbo Aprutinenſi undecimo ſeculo. Vide Chronicon Caſinen. lib. 2. cap. 73.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Petri ſuper Aquam, aliàs S. Petiti, aut Petiti in agro, & Ducatu Beneventi, cui donationem facit anno 709. Romualdus Dux Beneventanus. Ita Ughellus tomo 6.

Abbatiæ S. Mariæ de Aqua Cumina. Vide infra de Rivo Sacro.

Abbatia S. Mariæ de Aqua formoſa, Ordin. Ciſtercienſis, & Diœceſis Caſſanenſis, in Agro Altimonti in Calabria, olim Balbia dicto, de ea Gabriel Barrius lib. 2. de antiquit. & ſitu Calabriæ, extat ab anno 1195. in ea ſervantur plura Sanctorum Lypſana, quorum enumerationem vide in eodem Barrio. Fundatores fuere Ogerius. & Baſilia Conjux, Domini de Braballa, vulgariter de Alto Monte. Ampliatores Raynaldus de Guaſto, & Hugo Caſſanenſis Epiſcopus, & plures alii, quorum ſyllabum vide apud Ughellum tomo 9. pag. 469. fuit poſtea data in Commendam, anno etenim 1574. Abbas Commendatarius erat Marcus Antonius Compſanus Archiepiſcopus, ut refert idem Ughellus tomo 6.

tomo 6. pag. 1012. in Calabria eſt citeriori, à Civitate Caſſano duodecim mill. paſſ. diſtans Occidentem hyemalem versùs, & tribus paſs. millib. ab Alto Monte. In Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Abbatia Aqua Formoſa dicta, Ord. Ciſtercien. collocatur in Diœc. Caſtrenſi *Caſtro* Salentinorum in Hydrunti Terra; quam diverſam non arbitror, ſed errorem irrepſiſſe quoad ſitum.

Abbatia de Aqua frigida. Vide Abbatia S. Agrippini.

Abbatia de Aqua frigida. Vide litt. A. verbo Alebium.

Abbatia de Aqua frigida dicta, ſupra Novocomenſem lacum poſita, fundata eſt anno 1143. 5. Kal. Aug. ut refert Carolus de Viſch in ſuo Indice, Diœc. eſt Cumanæ, ſive Comenſis; hanc anno 1492. in Commendam habebat Aldellus Picolominæus Suanenſis Epiſcopus, ut obſervat Ughell. tom. 2. pag. 842. vulgò *Acqua fredda*, tribus mill. paſs. à Lario lacu, vulgò *di Como*, diſſita versùs Occidentem, & 18. paſsuum mill. à Como Civitate Septentrionem versùs.

Abbatia Aquæ longæ, Ordin. Ciſtercien. & Diœc. Papienſis, ut obſervat Ughellus, qui aſſerit unitam Menſæ Epiſcopali Viglebanenſi, de ea bis mentionem facit. Carolus de Viſch, ubique eam in Mediolanenſi Diœceſi conſtituens, ſed primo loco dicit fundatam anno 1203. altero loco anno 1240. hinc hujus Indicis vide quæ ſit authoritas; in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. aſſignatur Diœceſi Papienſi, antequam Eccleſiæ Viglebanenſi uniretur. Data fuit in Commendam; ejus Commendatarius Abbas erat Galeatius Petra Viglebanenſis Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 4. pag. 1135. Gaſpar Jongelinus lib. de Abbatiis aſſerit fundatam anno 1240. in Diœceſi Mediolanenſi, eſſeque filiam Abbatiæ Ripæ Altæ. Unio facta eſt Eccleſiæ Viglevanenſi, per Clementem VII. Papam, Pontific. anno 7. Sal. 1529.

Abbatia tit. S. Martini de Aqua Munda, aliàs Mundola, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Cajetanæ *de Cajeta*, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, in Campania, ſive Regni Neapolitani in Terra Laboris.

Abbatia tit. S. Thomæ de Aqua nigra *Acqua negra*, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Brixienſis. Ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. quam Ughellus to. 4. pag. 725. vocat S. Petri Aquæ nigræ, Ord. Cluniacenſis, ejus Abbas Commendatarius fuit Franciſcus Gonzaga Ferrantis Cardinalis, ut refert Ciaconius tomo 3. pag. 934. Aqua nigra, Villa, ſive vicus Agri Brixiani: in Codice Taxarum D. Paſſionæi, ſub utroque titulo ponitur Sancti Thomæ, aliàs S. Petri.

Abbatia Aquæ nigræ, Diœc. Mantuanæ, cujus circa annum 1564. factus eſt Abbas Commendatarius Joannes Franciſcus Gambara Cardinalis, ita apud Ciaconium tomo 3. pag. 939. *Acqua negra*, vicus eſt in Ducatu Mantuano, ad *Chieſe* fluvium, viginti mill. paſs. Mantua diſtans versùs Occaſum; & 8. mill. paſſuum à vico Gambara versùs Orientem hyemalem, reſtat tamen dubium, an eadem ſit cum præcedenti.

Abbatia tit. S. Sepulchri in Civitate Aquapendente, Diœc. olim Urbis

veteris *Orvieto*, de ejus Abbate mentio fit ad annum 1137. apud Ughell. tomo 5. pag. 1547. Aqua Pendens, ſive Aqua pendula, aut Aquapendentum facta eſt Civitas Epiſcopalis anno 1648. ab Innocentio X. huc translatâ Sede Epiſcopali Civitatis Caſtri, ſita eſt ad Peliam *la Paglia* fluvium, in Urbis veteris Territorio, & in Statu Eccleſiaſtico 55. paſſuum millibus ab Urbe Romana, Occidentem æſtivum versùs.

Aqua Sancta, Terra, ſive Vicus ſitus in partibus Aſculanis in Piceno, ibi olim Abbatia, nunc Beneficium ſimplex titulo S. Mariæ Magdalenæ, ab unitis Abbatiis Farfæ, & S. Salvatoris majoris dependens, & etiam nunc Abbatiæ nomine Gaudens, ut aſſeritur in Synodo Farfenſi habita anno 1685. pagin. 1059. 20. paſſuum millibus Aſculo diſtat, ad Occidentem hyemalem, non longè à *Tronto* fluvio.

Abbatia de Aqua Orta, vide infra de Aqua Sparta.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Aqua Pagana, & vulgò corruptè de Aqua Copána, Ordinis Camaldulenſis, & Diœceſis olim Camerinenſis, nunc Diœc. Spoletinæ, prope vicum *della Rocchetta*, ubi circa annum 1300. floruit B. Angelus; unita poſtmodum fuit Abbatiæ S. Crucis de Saxo vivo Fulginatenſi. Data quoque eſt in Commendam, denique unita eſt Cathedrali Eccleſiæ Camerini, cujus Canonici inſtituunt ibi unum Vicarium, ut obſervat Ludovicus Jacobilli tomo 1. de Sanctis Umbriæ pag. 711. ſita eſt in Umbria ad radices Apennini montis, undecim mill. paſſuum à Camerino Civitate versùs Meridiem.

Abbatia de Aquaria, vel Aquara, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Caput aquens *Capaccio*. Ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. malè Aquana legit. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Aquaria vulgò *Aquara* Oppidum eſt Mediterraneum in Regni Neapolitani Principatu Citeriori à Caputaquenſi Civitate veteri, decem mill. paſs. diſtans versùs Meridiem, ſub titulo eſt S. Petri.

Abbatia S. Petri de Aqua Sparta, ſive de Aqua Horta, aliàs Orta, vide litt. V. verbo in Urbe veteri.

Abbatia S. Mariæ de Aqua viva, Ordinis, ſeu potiùs Congregationis Florenſis, ſub Regula S. Benedicti, Diœc. Catacenſis *Catanzaro* à B. Joanne Joachimo Abbate prophetiæ dono celebri conſtructa circa annum 1195. ubi floruit Petrus eius diſcipulus, morum, & vitæ Sanctimonia illuſtris, ut refert Ughellus tomo 9. pag. 506. & aſſerit pag. 504. hanc Abbatiam fuiſſe quondam *Monacaria* vocitatam, in Calabria ſita eſt ulteriori.

Aquæ Civitas, ad aliarum diſcrimen, Statelicæ dicta, in Liguria vulgò *Acqui*, in Ducatu Montis Ferrati, ad ſiniſtram, & Septentrionalem Brumidæ fluvii *la Bormia* ripam: ibi.

I. Abbatia S. Petri de Aquis dicta extra Civitatis muros, Ordin. S. Benedicti, cujus anno 1277. Abbas erat Gandolphus Aquenſis Epiſcopus, ut refert Ughellus tomo 4. pag. 468. in Codice Taxarum D. Paſſionæi, vocatur S. Petri de Pareto.

II. Abbatia, ſive Monaſterium Monialium Ord. S. Benedicti, quod fundavit S. Vido Aquenſis Epiſcopus,

&

& ampliſſimis fortunis adauxit, qui mortuus eſt ann. 1070. ut aſſerit Ughel. tomo 4. pag. 466.

III. Abbatia titulo S. Stephani, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Aquenſis; tempore Clementis VII. Papæ circa annum 1528. de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Aquila in Veſtinis Epiſcopalis Civitas totius Aprutii primaria, in monte ad ſubterfluentem Aternum fluvium, ibi.

I. Abbatia titulo S. Spiritus, cujus Commendatarius erat ante annum 1547. Pompejus Zambecarius Valvenſis Epiſcopus, ut teſtatur Ughellus to. 1. pag. * 282. fuit unita Hoſpitali S. Spiritus in Saxia in Urbe Roma poſito.

II. Abbatia tit. S. Mariæ de Colle modio, aliàs de Colle madio, vulgò de *Colle maggio* Aquilenſi, hoc eſt prope Aquilam ad centum paſſus, Ord. S. Benedicti, ut aſſerit Cœleſtinus V. Papa in ſua Bulla, in qua dicit, in hac Eccleſia Diadematis impoſita ſuo capiti inſignia ann. 1294. Vide Ughell. tomo 1. pag. 426. in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. dicitur eſſe Ordinis S. Petri de Magella, & ipſi unitum Monaſter. Monialium B. Mariæ ad Grangianum; ſeu Grajanum Ordin. S. Benedicti per Nicolaum V. Pontific. anno 2. hoc eſt 1448. fundata eſt à prælaudato S. Petro Cœleſtino anno circiter 1287. & in tantam amplitudinem ab eo aucta, ut in ejus Eccleſia præſentibus Carolo Andegavenſi Neapolis, & Carolo Martello Ungariæ Regibus, ac incredibili populorum numero, in Papam coronari voluerit; hanc uſque ad annum 1530. incoluere Cœleſtini Galli, nunc Itali. Ibi aſſervatur Corpus ejuſdem Sancti, ſicut, & Beatorum Joan. Baſſandi, & Bonanni. Abbas Baro eſt Caſtri S. Benedicti in Perillis.

III. Prope Aquilam vetus olim Abbatia tit. S. Laurentii; Ord. S. Benedicti, ſupra collem 1500. paſſibus à Civitate verſùs Meridiem; nunc deſolata, & facta membrum Abbatiæ Collis Medii, ut refert oculatus teſtis.

IV. Prope Civitatem Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti, Ordin. Ciſtercienſis, de quo ipſe Ciſtercienſis Ughellus tom. 7. pag. 1286. anno 1303. dependebat ab Abbatia Caſæ novæ, Diœc. Pennenſis, nunc intra Civitatem ſub titulo S. Mariæ *della Riviera*, propter alluentem quemdam rivulum.

V. Extra muros Abbatia titulò S. Mariæ de Succurſu, Ordinis, ſive Congregationis Montis Oliveti, ſub Regula S. Benedicti, quam Civitatis incolæ anno 1472. ex piorum largitionibus conſtruxere, atque illi Alexander VI. Summ. Pontif. anno 1501. Abbatiam univit S. Mariæ de Picciano, fuit quoque aliquot Privilegiis à Summis Pontificibus, atque Regibus nobilitata, ut refert Bonaventura *Tondi* in libro, cui titulus Oliveto dilucidato pag. 97.

VI. Abbatia tit. S. Baſilii, Monialium Ordin. ſive Congreg. Cœleſtinorum intra Civitatem, ſub Regula S. Benedicti.

VII. Abbatia titulo S. Agnetis, Monialium Ordin. Cœleſtinorum intra Civitatem.

VIII. Abbatia, ſive vetuſtum olim

olim Monaſt. titulo Corporis Chriſti, quod deſolatum anno 1447. Nicol. V. Summ. Pontif. conceſſit Monialibus Ordinis S. Claræ, cujus prima Abbatiſſa fuit B. Antonia à Florentia, ut refert Ludovic. Jacobilli in Sanctis Umbriæ tom. 1. pag. 139. & Franciſc. Gonzaga part. 2. pag. 417.

IX. Abbatia titulo S. Mariæ *dalli raccomandati*, Monialium Ordinis Cœleſtinorum; in eadem Civitate.

X. Abbatia tit. S. Mariæ Magdalenæ, Monialium Ord. Cœleſtinorum intra Civitatem.

Aquileja Civitas Patriarchalis, & Carnorum Metropolis, vulgò *Aquilegia*, ad fluviorum *Turri*, & *Alſæ* confluentiam, nunc exciſa, ſub Venetorum Dominio, in Territorio Forojulienſi. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Martini, Ord. S. Benedicti à Belo conſtructa ex ruinis veteris Paganorum Fani, poſt annum 813. quæ poſtmodum unita eſt Abbatiæ S. Gervaſii Utinenſis. Ita Ughellus in Italia Sacra to. 5. pag. 43. à Belo cognominata eſt Abbatia Belinenſis, & in Codice Taxarum Cam. Apoſt. perperam Bellunenſis, ſive de Belluna, illam reſtruxit Patriarcha Maxentius.

II. Abbatia, ſive Monaſterium S. Mariæ, Ordin. S. Benedicti Monialium, à Popone Patriarcha anno circiter 1020. opulentiſſimè fundatum, & temporali etiam juriſdictione præditum, cujus Moniales, ob aeris inclementiam, Clauſuram non ſervant, eſtque immediatè ſubjectum Sedi Apoſtolicæ, quæ illius regimen commendavit Epiſcopo Tergeſtino *Trieſte*. Vide Ughell. to. 5. pag. 22.

III. Prope Civitatem Abbatia tit. S. Stephani Protomart. quam ſicut, & Eccleſiam ædificavit Goſobaldus Aquilejenſis Patriarcha, qui ſedit ab anno 1047. ad annum 1065. ut obſervat Ughellus tomo 5. pagin. 56. & ex pag. 209. colligitur fuiſſe Canonicorum Regularium.

Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ de Aquilis, forſan legendum de Aquila, quod Berardus ultimus Furconienſis Epiſcopus, & primus Aquilanus, Sede Aquilam translatâ anno circiter 1260. ab omni juriſdictione Epiſcopi liberum fecit: vide Ughellum tomo 1. pag. 425. ſita erat in Aprutio.

Abbatia S. Mariæ de Arabona, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Theatinæ, fundata anno 1208. cui primus Abbas Albimanus. Data in Commendam, viſuntur adhùc miſerabiles tanti Cœnobii ruinæ, fuit olim Theatinorum Civium nobile monumentum, quorum eleemoſynis, & pietate fuerat extructum: verba ſunt Ferdin. Ughelli tom. 6. pag. 884. vulgò dicitur Arambona in Piceno apud Polentiam. quæ nunc Monte Melone vocatur, in Aprutio citeriori. Filia erat Abbatiæ Caſæ novæ. Codex Taxarum D. Paſſionæi aſſerit unitam Collegio S. Bonaventuræ de Urbe Roma Fratrum Conventualium, per Sixtum V. Papam anno 1578.

In Oppido dicto S. Archangeli *S. Archangelo*, Abbatia titulo S. Joannis Baptiſtæ, Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, Diœceſis Ariminenſis, illis data eſt ſub Sixto IV. Sum. Pont. anno 1479.

cum

cum Cura Animarum. Ita Catalogus MSS. Abbatiarum hujus Congreg. quatuor paſs. mill. Arimino diſtat versùs Occidentem, ſuper *Luſo* fluvium. In antiqua Æmilia, nunc in Status Eccleſiaſtici Provincia *Romandiola* dicta.

Abbatia tit. S. Archangeli, Ord. ſeu potiùs Congregationis Floriacenſis ſub regula S. Benedicti, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, Diœceſis Sabinenſis, in Regione Sabina dicta in Latio, fortè locus *S. Angelo* dictus prope *Palumbaro*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo Sancti Archi Stratici, ut exprimit fundatio, ſive donatio Ugonis de Claromonte, & Grimargæ Uxoris ejus, facta anno 1077. Abbatiæ SS. Heliæ, & Anaſtaſii de Carbona, cujus finibus vicinum erat. Quia verò vox græca *Archi Straticos*, Principem exercitus ſignificat, & ab Eccleſia S. Michael dicitur Princeps exercitus Angelorum, ſive Cœleſtis militiæ. Vero ſimile eſt intelligendum eſſe de S. Michaele Archangelo. Videtur fuiſſe in parte veteris Apuliæ, quæ nunc *Baſilicata* vocatur, & Ord. S. Baſilii, ſicut Abbatia de Carbona.

Abbatia tit. S. Victoris de Arciano, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Auximanæ *Oſimo*, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. in Piceno, ſive Marchia Anconitana.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini in Colle Arcizzi, quod anno circiter 1080. Pandulphus Comes Aquinenſis obtulit Caſinenſi Cœnobio. Ita Chronic. Caſinen. lib. 3. cap. 61. aliud non videtur à S. Martino in *Arci*, vel *Arche*, cujus Abbas erat anno circiter 1120. Sparanus, qui eam offert Caſinenſi Cœnobio. Ita idem Chronic. Caſinen. lib. 4. cap. 71. Addit Angelus de Nuce in ſuis notis ad hoc Chron. eſſe *Arcanum* à Latinis dictum, ubi olim fuiſſe Ciceronis villam traditur. *Arce* Oppidum in Campania Felice, ſive Terra Laboris, ab Aquino Civitate ſeptem millib. paſs. versùs Aquilonem.

Abbatia S. Mariæ de Arcu Neti, Ordin. Ciſtercienſis, in Sicilia, quam Index Caroli de Viſch dicit fundatam anno 1208. & Diœc. eſſe Meſſanenſis. Rocchus Pirrus eam collocat in Diœceſi Syracuſana, in notitia Eccleſiæ Syracuſanæ, ubi in duas diſtinguit, videlicet S. Mariæ de Arcu, & S. Mariæ Neti, quas ipſe poſtea Patriâ quamvis Netinus confundit lib. 4. de Abbatiis pag. 69. ubi aſſerit datam fuiſſe in Commendam, in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. dicitur de Arcu Notti. In mappis Abbatia dicta *S. Maria dell' Arco* collocatur ad ſex millia paſſuum ab Urbe Nutienſi *Noto*, in cujus eſt Valle, ab Iſembardo Morengia fundata, ut aſſerit Sylveſter Maruli lib. 2. pag. 149.

Abbatia S. Mariæ de Arcu *del Arco*, Ordin. Ciſtercienſis in Diœc. Mazarienſi, fundata anno 1212. ab Iſembardo Morengio, & Cara ejus Uxore, juxta Neam Oppidum. Verba ſunt Gaſparis Jongelini lib. de Abbatiis Siciliæ, forſan Abbatiam 17. paſs. mill. Mazara diſtans versùs Boream; ſi non eadem cum præcedenti.

Abbatia, ſive Monaſterium Ardeæ vetuſtiſſimæ Rutulorum Civitatis, ubi nunc etiam extat templum Sanctæ Marinæ dicatum; in cujus Portæ limine

mine ſuperiori viſuntur hinc inde duo orbes Palmaris diametri, in quibus opere anaglypho Scalpti ſunt duo Monachi cucullati ſe invicem aſpicientes, cum hiſce titulis, in primo quidem Abbas, in altero autem orbe *Pater* Sanctæ Marinæ, ſub ipſo limine, parte qua terram aſpicit adſunt hi duo verſus.

Cencius eccleſiæ tunc Cancellarius Urbis.

Obtulit hanc portam Virgo Marina tibi.

Notitia, quam Illuſtriſsimus Dominus Raphael Fabretti ſuppeditavit D. Joanni Mabillono, cujus vide Muſeum Italicum tomo 2. pag. 166. vivebat Cencius de Sabellis Cardinalis ſub Alexandro III. Summ. Pont. anno circiter 1160. Ardea olim in Latio Roma diſtabat 160. ſtadiis versùs mare, à quo diſſita erat ſtadiis 70. cujus adhuc videntur ruinæ, & via reſtat Ardeatina dicta, 160. ſtadia æquivalent 20. paſs. mill. erat Romæ ad Meridiem, ſita eſt ad *Numico* fluvium.

Abbatia Ardinga dicta, cujus fit mentio in diplomate Henrici VI. Imp. ad annum 1191. apud Ughellum tomo 1. pag. 356. non aliam reor ab Abbatia, quæ in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. dicitur S. Andreæ de Ardinga, Ordinis, ſive Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Senenſis, Codex Taxarum D. Paſſionæi vocat etiam de Ardigna, & collocat in Diœceſi Ilcinenſi, nec non in Pientina.

Abbatia S. Laurentii de Ardingeſca. Vide Abbatia de Anderta.

Abbatia S. Mariæ de Ardorello, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Caſtrenſis. *Caſtro* Civitas Salentinorum in Regni Neapolitani Terra Hydruntina, *d'Otranto*, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. Capraſii Arelenſis, vulgò de *Arula*. quæ, ut conſtat ex Bulla Alexandri III. Summ. Pont. extabat ante annum 1130. quo Innocentius II. & Bullæ Honorii III. anno 1217, teſtantur, quod Monaſterium Arelenſe ad juriſdictionem Sedis Apoſtolicæ pertinebat, quodque cum pertinentiis ſuis Gualtero Lunenſi Epiſcopo, & per ipſum Eccleſiæ Lunenſi conceſſit, confirmavit, ſuique ſcripti privilegio communivit. Vide Ughell. tomo 1. pag. 912. & 919. in Diœceſi Lunenſi, forſan locus, qui in mappa Liguriæ *Arcola* ſcribitur prope *Magra* fluvium, quinque millibus paſſuum à Luna Civitate deſtructa.

Abbatia tit. S. Joannis de Arelano, perperam de Arclano, Diœc. Theatinæ *Chieti*, cujus Abbas Ugo commutationem quamdam facit cum Rainulpho Theatino Epiſcopo, qui ſedebat anno 1078. hujus mentionem facit Paſchalis II. in Bulla data anno 1115. apud Ughellum tomo 6. pagin. 870. quam Alexander III. confirmat Andreæ Theatino Antiſtiti, Bullâ datâ anno 1173. Ughellus ibidem pag. 876. ſita eſt in Aprutio Citeriori.

Abbatia tit. S. Petri de Aremia, Ordin. Ciſtercienſis, Diœceſis Nucerinenſis, hoc eſt Nuceriæ Paganorum nuncupatæ; de ea Gaſpar Jongelinus libro de Abbatiis Ordin. Ciſtercienſium. 44. ſita eſt in Regni Neapolitani Principatu Citeriori.

Abbatia S. Nicolai de Arena, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Catanienſis in

in Sicilia ad ſinum, ſive radices Ætnæ montis, cujus mentionem facit Ludovicus Lellus in Vitis Archiepiſcoporum Montis Regalis ad ann. 1342. Unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua, ſive Caſinenſi per Julium II. Summ. Pont. anno Sal. 1506. ſita eſt in Inſulæ Regione *Valle di Demona* dicta.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Petri de Arena, Ordinis S. Baſilii, Diœc. Militenſis *Mileto*, in Calabria ulteriori extabat ante annum 1291. recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. ſitum eſt Arena Oppidum ſeptem millibus paſſuum à Civitate Mileto, versùs Orientem ad radices montis Apennini.

Abbatia S. Laurentii de Arenis, Diœc. Miletenſis in Calabria ulteriori, ſic refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Diverſa eſt à præcedenti S. Petri. Abbatiæ S. Laurentii de Arena in Calabria mentionem facit Sylveſter Maruli in Oceano Religionum totius Mundi lib. 1. pag. 68. ad annum 1613. diſtinguntur in Codice Taxarum D. Paſſionæi; in veteri Codice *de Arenis*.

Aretium vulgò *Arezzo*, Civitas Etruriæ Epiſcopalis, in Territorio Florentino, non longè à *Glana* fluvio. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Bernardi de Aretio dicta, Ordinis ſive Congreg. Montis Oliveti, ſub Regula S. Benedicti, Vido Aretinus Epiſcopus ad ejus conſtructionem dedit Gymnaſium domus S. Donati, ad flumen Caſtri. Confirmavit ejus ſucceſſor Gentilis. Vide Ughell. tomo 1. pag. 479. unitus eſt ei Prioratus de Mama Abbatia nuncupatus, in Podio S. Martini Aretinæ Diœceſis; per Nicolaum V. Summ. Pontif. anno Pontificatus 4. ut conſtat ex Codice Taxar. Cameræ Apoſt. conſtructa eſt in loco, ubi antiquitus erat Theatralis fabrica, dicataque in honorem Dei, B. Mariæ Virg. & SS. Benedicti, Bernardi, & Donati, de ea loquitur Bonavent. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 7. Primitus Ordin. erat S. Benedicti, ut notatur in eodem Taxarum Codice.

II. Abbatia S. Michaelis de Aretio, Ordin. Camaldulenſis, ejus initia aſſignantur ad annum 1110. Locus olim extra Civitatem erat in ſuburbio, nunc ſtat in nobiliori Civitatis parte, erat primo Prioratus, deinde per Joannem Papam XXII. in Abbatiam erectus, cui unitum eſt Monaſt. Monialium tit. S. Benedicti ejuſdem Ord. Camaldulenſis, ejuſdemque Aretinæ Diœceſis per Nicolaum V. Pontific. Anno 6. Sal. 1452. ut refertur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. de ejus Abbate ad ann. 1431. loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis, in ſuo Hodœporico, data fuit in Commendam. Vide Hiſtoriam Camaldulenſem parte 2. lib. 2. cap. 16.

III. Abbatia S. Salvatoris de Aretio, Ordinis Camaldulenſis, Diœc. Aretinæ, quæ recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, *qua nuncupatur de Aretio videtur eſſe in ipſa Civitate*.

IV. Abbatia titulo S. Mariæ in Gradibus, Ordinis Camaldulenſis, ut conſtat ex Hodœporico Ambroſii Camaldulenſium Generalis, ad annum 1432. pag. 9. vocabatur olim S. Mariæ in Graticiata, eratque tan-

D tum

tum plebs, ſive Parochialis Eccleſia, uſque ad annum 1138. prædiis, & domibus dotata eſt per Guillelmum Theodoricum anno 1198. Vide Hiſtoriam Camaldulenſem, part. 2. lib. 2. cap. 1. & 2.

V. Abbatia titulo S. Clementis, Ord. Camaldulenſium: cui ann. 1269. Joannes ejuſdem Ordin. Generalis dat Oppidum Fraſſinetæ, ſibi reſervans jus patronatus Abbatiæ. Hiſtoria Camaldulen. lib. 2. cap. 46. de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi.

VI. Abbatia SS. Floræ, & Lucillæ, Ordin. S. Benedicti, de qua Codex Taxar. Cameræ Apoſtolicæ, quæ unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua, per Sixtum IV. Papam anno 1474. Videtur diverſa ab Abbatia SS. Floræ, & Andreæ. Innocentius II. Summ. Pontif. Bullâ data anno 1135. Martii die 23. Joanni Abbati Monaſt. S. Floræ Aretini omnia bona ad Monaſt. pertinentia confirmat, & enumerat, in quibus duo reperiuntur Monaſteria S. Petri majoris in Civitate Aretina, & Monaſt. S. Michaelis de monte Pinculi, ordinatque ut, Abbate mortuo, nullus præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum Sanior pars providerit eligendum. Vide Bullarium Caſinenſe tomo 2. pag. 148. Anno 1022. Henricus I. dictus II. Imp. ſuo in diplomate omnia hujus Abbatiæ bona enumerat, & confirmat. Vide ibid. pag. 73.

VII. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Benedicti, Monialium Ordin. Camaldulen. Diœceſis Aretinæ; unitum Abbatiæ S. Michaelis de Aretio ejuſd. Ordin. per Nicolaum V. Pontificatus anno 6. Salutis 1452. ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

VIII. In Comitatu Aretino, Abbatia titulo S. Floræ, & S. Andreæ, de quo Monaſterio fit mentio ad annum 979. in quodam Inſtrumento apud Ughellum tomo 1. pag. * 337. forſan eadem cum Abbatia S. Floræ Ordinis Camaldulen. de qua meminit ad annum 1432. Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico pag. 19. de ejus Abbate ad ann. 1142. mentionem facit Hiſtoria Camaldulen. lib. 2. cap. 11.

IX. Prope Aretium juxta muros, Abbatia Monialium titulo S. Sperandei, olim ſub titulo S. Mariæ de Valle Viridi, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Servarum B. Mariæ Virg. fundata anno 1266. per Beatam Sanctucciam de Eugubio, in loco dicto Poculo ſub tit. S. Mariæ de Valle Viridi, ubi primam conſtituit Abbatiſſam Margaritam diſcipulam ſuam, ut refert Ludovic. Jacobilli, de Sanctis Umbriæ to. 2. pag. 228.

Abbatia titulo S. Joannis in Argantella, prope Caſtrum Palumbarum, *Palumbaro*, Diœc. & Territ. Sabinen. Ordin. Sylveſtrinorum, aut alterius, ſic refert Codex alter MSS. Taxarum Cameræ Apoſt. qui aſſervabatur in Bibliotheca Reginæ Sueciæ, in Urbe Româ, à quo diſſitum eſt *Palumbaro* 21. paſs. mill. versùs Orientem æſtivum, & tribus paſs. mill. ab Aniene, aliàs *Teverone* fluvio.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Domnini in Curte Argellæ, non longè à Monaſt. S. Mariæ in Laurentiatico, de eo Chronicon Caſinenſe circa annum 1096. lib. 4. cap. 18. Monaſt. verò

verò de Laurentiatico erat ultra fluv. Gallicum.

Apud Argentium, Abbatia in Commendam dari ſolita; Argentium verò vulgò *Arienzo* Oppidum eſt Diœceſis S. Agathæ Gothorum, in finibus Provinciæ Terræ Laboris, ſex millibus paſſuum à Nolana Civitate diſſitum versùs Septentrionem: & à S. Agatha quinque paſs. mill. versùs Auſtrum, de hac Abbatia Ughellus tomo 8. pagin. 497.

Abbatia, ſeu Monaſterium S. Joannis de Argento, Congregationis Montis Virginis Ordin. S. Benedicti, quod ſub titulo Abbatis à Superiore gubernari conſtituit Paulus V. Bullâ data anno 1611. Vide Bullarium Caſinen. tomo 1. pag. 424.

Abbatia tit. S. Philippi de Argiro, aliàs Argirone, Ord. S. Baſilii, Diœc. Hieracenſis *Hierace* in Calabria ulteriori, dari ſolita in Commendam; de qua Ughellus tomo 9. pag. 546. ejus Abbas erat Joannes Thirſeus, anno 1312. factus Hieracenſis Epiſcopus; ibidem pag. 548. non recenſetur in Syllabo Abbatiarum hujus Ordinis extantium anno 1612. quam refert Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi, lib. 1. pag. 67. unde veroſimile eſt amplius non extare.

Abbatia titulo S. Pauli de Argon, aliàs de Argono. Ordin. S. Benedicti, ejus Eccleſiam anno 1198. dedicavit ejuſdem Ordinis Monachus Lanfrancus Bergomenſis Epiſcopus, ut refert Ughellus tomo 4. pag. 673. Illam anno 1493. Alexander V. Summ. Pont. univit Congregationi S. Juſtinæ de Padua, ut conſtat ex Indice MSS. Monaſteriorum hujus Congreg. poſtquam unita eſt Caſinenſi, Diœceſis, & Territorii eſt Bergomenſis, novem circiter paſſuum millibus Bergomo diſtat S. Paulus versùs Meridiem à vicino vico *Argone* unico circiter milliario ad eamdem Auſtri plagam.

Abbatia tit. S. Petri Arguani, quæ anno circiter 1140. unita fuit Eremo ad vivum dicto, Ordin. Camaldulenſis, ut exprimitur in hiſtor. Camalduleп. part. 2. lib. 2. cap. 13.

Abbatia tit. S. Philippi Agyrenſis, ſive de Agyrione, melius de Argirione, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Catanienſis in Sicilia, de qua Rocchus Pirrus in notitia Cataniæ, & paſſim lib. 4. de Abbatiis. Argira olim nunc vulgò *S. Philippo d'Argirone* Oppidum ad Terram *Taretta* fluvium, in *Valle di Demona* 37. circiter mill. paſſuum Cataniâ diſtans versùs Occidentem.

In Ariani Civitate Abbatia titulo S. Angeli, cujus Abbatialem Eccleſiam collabentem anno circiter 1551. reſtituit Diomedes Carafa Epiſcopus Arianus, poſtea Cardinalis factus. Vide Ughellum tom. 8. pag. 309. nunc amotis Monachis Eccleſia eſt Collegiata. *Ariano*, ſive *Ariano Reale* Principatus ulterioris, in trium montium cacumine poſita, in Apennino Monte.

Ariminum vulgò *Rimini*, in Status Eccleſiaſtici Romandiolæ Provincia, Epiſcopalis ad *Arimini* fluminis oſtia ad mare Adriaticum. Ibi.

I. Abbatia S. Thomæ, tempore S. Gregorii Magni Papæ, qui de ea loquitur lib. 4. epiſt. 41. & 43. Eccleſia dicata erat SS. Thomæ, & Andreæ, nec diverſa videtur à Monaſt. S. Tho-

mæ, & S. Euphemiæ infra Civitatem Ariminenſem, quod Gregorius V. Summ. Pont. confirmat Ravennatenſi Archiepiſcopo, litteris datis ann. 997. Vide Ughellum to. 3. pag. 350. idem præſtat Henricus IV. Rex anno 1063. & Fridericus Imp. anno 1160. ibidem pag. 361. & pag. 371.

II. Abbatia S. Juliani intra Civitatem, Ordin. S. Benedicti, ut habetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. ipſi unitum fuit Monaſterium S. Mariæ Montis Tiforum Diœceſis Feretranæ, ipſa verò Abbatia unita eſt per Eugenium Papam IV. Congregationi Sancti Georgii in Alega Venetiarum.

III. Abbatia titulo S. Gaudentii Ariminenſis Epiſcopi extra muros Civitatis, Ordin. S. Benedicti. De hoc Monaſt. mentionem facit Lucius II. Papa, in Bulla data anno 1144. confirmans illud Ariminenſi Epiſcopo, ut refert Ughell. to. 3. pag. 423.

IV. In Territorio Arimini, Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Petri in Maone, de ea fit mentio ad ann. 1067. quo habebat Abbatem, & Monachos. Lucius II. Papa. Bullâ data ann. 1144. aſſeverat hoc Monaſt. S. Petri ad Epiſcopum ſpectare Ariminenſem, ut obſervat Ughellus tom. 3. pag. 423. idem aſſerit Gregorius IX. Summ. Pont. Bullâ data anno 1228. ut idem Author ibidem refert pag. 379. poſtmodum ab Archiepiſcopis facta eſt Rectoria in Maone dicta, à loco ubi ſita reperitur, dicitur pariter de Baltonio à Caſtello, cui vicina eſt. Denique unita fuit Abbatiæ S. Bartholomæi Civitatis Rodigii; ut aſſerit Bonavent. Tondi in lib. cui tit. Oliveto dilucidato pag. 101.

V. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Lazari extra muros Ariminenſes, Ordin. ſeu Congreg. Canonicorum Regularium Lateranenſium. Extabat ante annum 1403. ipſi unita fuit Abbatia S. Maximi, aut Marini Monialium Ordinis S. Claræ. Ita Codex Taxar. Cameræ Apoſtolicæ: de utroque fusè loquitur Gabriel Pennottus lib. 3. cap. 30. dicitque unionem à Paulo II. factam anno 1464. ſub titulo S. Martini, de ea Pax Jordanus in Catalogo Abbatiarum, appellatque Abbatiam SS. Lazari, & Marini.

VI. Abbatia tit. S. Maximi, vel S. Marini, Monialium Ord. S. Claræ, à Paulo II. Summ. Pont. anno 1464. unita Monaſt. S. Lazari extra muros Ariminenſes poſito, ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, & apud Gabrielem Pennottum lib. 3. cap. 30. pag. 682.

VII. Abbatia titulo S. Gregorii, juxta fluv. *Concha*, in loco *fontana Necli* nuncupato, Ordin. S. Benedicti, Diœc. & Territ. Ariminenſis, à S. Petro Damiani Epiſcopo Cardin. Oſtienſi anno 1069. excitata, & à nobili viro Petro filio Bennonis fundata, cujus dotationem vide apud Ughellum to. 3. pag. 421. non diverſa ſanè ab Abbatia S. Georgii, Georgius enim paſſim pro Gregorio apud Authores legitur, & è contra cujus Abbati Urbano paulò pòſt mortem, anno videlicet 1080. idem apparuit Petrus Damiani, ut refertur in ejus vita apud Ciaconium pagin. 818. & ut obſervat Auguſtinus Florentinus in Hiſtoria Camaldulenſi, part. 2. lib. 5. cap. 14. ubi illam vocat *S. Gregorii*. Lancellottus lib. 7. Hiſtoriæ Olivetanæ aſſerit perpetuò unitam

Cœ-

Cœnobio S. Laurentii in monte Ord. Montis Oliveti, à Martino V. Sum. Pont. Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato eam in Marciano Territorio Ariminenſi collocat, dicitque fuiſſe unitam Abbatiæ S. Mariæ de Scholca, ſita eſt ſuper fluv. *della Concha* in Romandiola, & Arimino ad Orientem, qui à Meridie ad Aquilonem decurrens ſeſe in mare Adriaticum effundit; in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ vocatur S. Gregorii de Concha.

VIII. Abbatia S. Nicolai de Arimino, in Crepidine Portus ejuſdem Civitatis poſita, vetuſtiſſima, cujus mentio frequentiſſimè fit in monimentis Ariminen. tempore Friderici II. Imp. ac præcipuè, quod prope illam S. Antonius de Padua dictus piſces ad audiendum Verbum Dei, maximâ hæreticorum confuſione evocaverit. Monachis à fundatore ſub Regula S. Benedicti Cœleſtinis appellatis data eſt anno circiter 1488. à Dynaſtis Malateſtis tunc Ariminum moderantibus, illiſque indultum eſt, ut omne ſpatium terræ, quod mare recedendo liberum relinqueret eorum juris fieret. Primò fuit Prioratus, hoc eſt ſub Prioris regimine, donec D. Cœleſtinus Guicciardini Abbas Bononienſis, & poſtea Cœleſtinorum Generalis Abbas comperiens, quod tum ex receſſibus maris, tum ex aggregatione duarum grangiarum, videlicet S. Joannis in Marignano, & S. Mariæ de Monte florum commodè ſuſtentari in ea poſſent duodecim Religioſi, anno 1680. ut in Abbatiam erigeretur obtinuit, in ea ſervatur brachium S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi, è Bario à quibuſdam mercatoribus furto ſublatum; qui aut pœnitentia ducti, aut quod reſiſtentibus ventis navis à Portu ſolvere non valeret, illud Superiori hujus Monaſterii publico documento conſignarunt; ita relatio M. S.

Abbatia tit. S. Gabrielis, in Oppido de Ariola, ſive Airola, aut Ayola, Ordin. ſive Congregationis S. Benedicti, Montis Oliveti, Diœc. S. Agathæ Gothorum, in finibus Terræ Laboris, de qua Ughellus to. 8. pag. 497. & Codex Taxarum Cameræ Apoſt. duobus paſs. mill. diſtans à Valle Caudina, ejus initia ſumuntur ab ann. 960. quo à Civibus fuit ædificata; data eſt poſtmodum in Commendam, & anno 1545. urgente Franciſco Gatti Commendatario, data fuit Monachis ejuſdem Congreg. Olivetanæ, ibi aſſervatur Corpus B. Agani Abbatis ejuſdem loci, ut refert Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato, pag. 187. duobus paſſuum millibus à Civitate S. Agathæ Gothorum hoc Oppidum diſtat Orientem hyemalem verſùs. Codex D. Paſſionæi vocat etiam de Marola.

Abbatia S. Armani, quæ cum Abbatia S. Feliculæ unita eſt Congregationi Canonicorum Regularium Lateranenſium, Diœc. Parmenſis, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. Codex Taxarum D. Paſſionæi dicit nunc eſſe Prioratum.

Abbatia tit. S. Pauli ad Ripam Arni fluv. qui Piſas præterfluit. Vide verbo Piſis.

Arpinas Inſula, ibi olim celebris Abbatia, ſive Monaſt. S. Dominici Abbatis, unde locus, ſive Inſula nunc vulgò dicitur *San Domenico di Sora*, ubi

ubi adhuc Eccleſia ſupereſt, cum exiguo hoſpitio unius alteriuſve Monachi; conjunctum autem eſt hoc Monaſt. cum altero majori, & celebriori Caſæ Marii, in Agro Verulano. ut obſervat Lucas Holſtenius in notis ad Italiam antiquam pag. 222. poſita eſt ad ſiniſtram, & Orientalem ripam Liris fluv. qui nunc *Garigliano*, tribus paſs. mill. à Civitate Sora versùs Meridiem, totidem ab Arpino versùs Aquilonem.

Abbatia tit. S. Fortunati in Oppido Arpodium dicto, Diœc. S. Agathæ Gothorum in finibus Terræ Laboris, in Commendam data, de qua Ughell. tomo 8. pag. 497. meliùs Arpadium vulgò *Arpaja*, in Regni Neapolitani Principatu Vlteriori, prope terram Laboris, quatuor paſs. mill. à Civitate S. Agathæ diſſitum versùs Meridiem.

In diſtrictu Arronis *la Contrada d' Arrone* Abbatia tit. S. Savini, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Nucerinæ in Umbria, conſtructa anno 1006. per Comites Nuceriæ, & Tadiniæ *Taino* Regionis, ut refert Ludovic. Jacobilli tomo 3. de Sanctis Umbriæ pag. 252. fuit poſtea anno 1515. Epiſcopatui Nuceriæ incorporata, ut idem aſſerit ibid. pag. 304.

Apud Aronam Arcem, Abbatia tit. SS. Gratiniani, & Felini, in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. malè ſcribitur SS. Gratiani; ejus Abbas Commendatarius fuit S. Carolus Cardinalis Borromæus, qui ejus Monachos ad meliorem frugem reduxit, bona verò Patribus Societatis Jeſu attribuit. Ordin. eſt S. Benedicti, & Diœc. Mediolanenſis. *Arona* Oppidum 30. paſs. mill. Mediolano diſtat Occidentem versùs, & ad ripam Occiduam Lacus Majoris dicti.

Abbatia S. Mariæ de Arſinalis, cujus Abbati, & Monachis Eccleſiam S. Mariæ de Monticellis conceſſit Petrus Fundanus Epiſcopus, anno circiter 1136. ut teſtatur Ughellus to. 1. pag. 780. *Monticello* quatuor paſſuum millibus fundis diſtat versùs Occaſum, ex his clarum eſt hanc Abbatiam Fundanæ Diœc. fuiſſe, & in Latio.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Mariæ de Arſufia, quod anno 1094. Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ dedit S. Brunoni Cartuſianorum fundatori, & ſucceſſoribus ejus. Donationis Inſtrumentum profert Ughellus tomo 9. pagin. 589. hinc colligi poteſt fuiſſe in Calabria.

Abbatia tit. Aſcenſionis Ord. S. Benedicti, quam cum Eccleſia ſub hoc titulo anno 834. conſtruxit Perideus Gallus Comenſis Epiſcopus, qui ibidem ſuam elegit ſepulturam, hinc veroſimile eſt in Diœc. fuiſſe Comenſi, in Lombardia: de ea Ughellus tom. 5. vocatur in Privilegio Othonis Imp. dato anno 979. Abbatia S. Mariæ, quæ dicitur Monaſt. vetus. Ughellus tomo 5. pag. 251. & 272. & pag. 301. Abbatia *S. Mavæ* lege S. Mariæ, quæ Monaſt. vetus vocatur, nunc verò Monaſterium Pennile anno videlicet 1311. obſerva tamen titulum Veteris Monaſt. potuiſſe pluribus Abbatiis eſſe commune.

Abbatia tit. S. Petri de Aſciano in Territorio Sabinenſi, cujus Monaſt. nunc dirutum eſt, bona verò Clericis Secularibus commendata, ſub titulo tamen Monaſterii Ord. S. Auguſtini, ut

ut refert Gabriel Pennottus hiſtoriæ tripartitæ lib. 2. cap. 17. forſan Caſtrum *Arcione* ad fluv, Anienem vulgò *Teverone* poſitum.

Aſculum; ad alterius differentiam, Satrianum cognominatum, Civitas Apuliæ Dauniæ vulgò *Aſcoli* in Provincia Regni Neapolitani Capitanata dicta, apud Apennini montis radices, qua dirutâ conſtructa eſt nova Aſculana Civitas. Ibi.

I. Abbatia olim tit. S. Joannis, Monialium Ordin. S. Benedicti, intra mœnia novæ Civitatis Aſculi, ab Aſculano Epiſcopo fundata, quæ tandem nulla remanente nec Abbatiſſa, nec Moniali, fratribus Ordin. Minorum attributa eſt anno 1455. ut teſtatur Ughellus tomo 8. pag. 328.

II. Abbatia tit. S. Mariæ, Diœceſis Aſculi Civitatis Apuliæ, ſive Capitanatæ; quæ ab Archidiacono Aſculano poſſidetur, ut obſervat Ughellus tomo 8. pag. 319.

III. Abbatia tit. S. Benedicti, & S. Lazari, in Capitanata Diœc. Aſculanæ, dari ſolita in Commendam, ut aſſerit Ughell. to. 8. pag. 319.

IV. Abbatia tit. S. Michaelis Archangeli, Diœc. Aſculanæ in Apulia Daunia, ſive in Capitanata, ut refert Ughell. to. 8. pag. 319.

Aſculum in Piceno, vulgò *Aſcoli* Civitas Epiſcopalis in Marchia Anconitana, ad *Caſtellano* fluvium, ubi ſe Troento *Tronto* fluv. immiſcet.

I. In ejus Diœc. & Territorio Abbatia, cujus Eccleſia ſub tit. S. Benedicti, in loco Summotii dicto. Ubi Adam Epiſcopus Aſculanus Monaſterium extruxit, & primum Abbatem ordinavit Azonem Presbyterum circa annum 990. multaſque terras, ac prædia contulit, ejus donationem vide apud Ughell. to. 1. pag. 494.

II. Abbatia titulo S. Mariæ, & S. Georgii, Diœceſis Aſculanæ, cui nonnulla bona donavit Marcellinus Epiſcopus Aſculanus in Piceno, donationem confirmavit Gregorius IX. Papa anno circiter 1235. vide Ughell. tom. 1. pag. 254.

III. Abbatia, ſeu Monaſt. titulo S. Angeli, ſive S. Michaelis Archangeli, Monialium Ordin. S. Benedicti intus infra Civitate Aſculana Piceni. Donationem Bernardi II. Aſculani Epiſcopi anno 1061. Adelbergæ hujus loci Abbatiſſæ factam vide in Ughello to. 1. pag. 498. Hoc Monaſterium Epiſcopo Aſculano confirmaverat Conradus Imperator ann. 1037. de illo mentio fit in donatione bonorum Eccleſiæ Eſculanæ facta per Lotharium Imp. anno 1137. In confirmatione pariter Frederici Ænobarbi Imp. anno 1185. qui ut prædeceſſores ſubjungit, *quod juris noſtri dignoſcitur*. Raynaldus II. Epiſcopus anno 1208. quædam bona immobilia concedit Abbatiſſæ S. Angeli Magni, ann. 1266. Raynaldus III. Epiſcopus multa privilegia concedit iſtis Monialibus, quas Clariſſas vocat, quia anno 1239. à S. Benedicti ad S. Claræ inſtitutum tranſierant, & anno 1273. ab omni Ordinarii juriſdictione exolvit. Vide ibidem pagin. 526. His Monialibus anno 1460. permittente Pio II. Papa ad Monaſt. S. Mariæ *delle donne* translatis introducti ſunt Monachi Congregationis Montis Oliveti, vocatur vulgò Abbatia S. Angeli Magni, plures habet ſub ſe Parochias, de qua Bona-

vent.

vent. Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 91.

Aſeri Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Sylveſtri, cui Aſeri cognomentum eſt, in quo S. Dominicus Loricatus natus Fulginiæ, à Parentibus Deo fuit traditus, ita refertur in Codice Bibliothecæ Caſinenſis, cujus Author fuit Albericus Diaconus circa annum milleſimum, fuiſſe prope Fulginium in Umbria poſſet concludi.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Angeli de Aſino, recenſetur inter loca, quorum poſſeſſionem Eugubinis Civibus confirmat Henricus VI. Imperator anno 1191. ſimiliter Ottho IV. Imp. anno 1211. Vide apud Ughell. to. 1. pag. 682. & pagin. 688. Credi poteſt fuiſſe, ut Eugubium, in Ducatu Urbini, aut in finibus Umbriæ.

Aſſiſium vulgò *Aſſiſi* in Umbria, ſuper Montem Aſium Civitas poſita. Ibi.

I. Abbatia S. Petri de Aſſiſio, Ordinis S. Benedicti, ſic recenſetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſtolicæ: fundata creditur annno circiter 970. anno verò 996. illam poſſidebant Monachi Cluniacenſes. Poſtmodum anno circiter 1250. in ipſam introducti ſunt Ciſtercien. Monachi; ann. 1268. Eccleſiam ampliavit Ruſticus Abbas, anno tandem 1530. ejectis Monachis in Commendam data eſt ſecularibus Clericis. Sed anno 1613. Paulus V. Summ. Pontif. ibi Abbatem reſtituit Regularem, & ſex Monachos Congregationis Caſinenſis, quos alere tenetur Abbas Commendatarius, ut refert Ludovic. Jacobilli to. 3. de Sanctis Umbriæ pag. 298, & to. 1. pag. 630.

II. Abbatia, ſive Monaſt. S. Mariæ de Aſſiſio, Ordin. S. Benedicti cujus Aſcetæ unionem olim habebant cum Abbatia Caſinenſi: quod teſtantur hæc ejus Necrologii verba. *Sexto Idus Octobris Commemoratio fratrum noſtrorum S. Mariæ de Aſſiſio.*

III. Extra Civitatis muros, Abbatia S. Damiani Sanctimonialium, cujus S. Clara S. Franciſci Aſſiſinatis filia ſpiritualis prima Abbatiſſa fuit, & fundatrix Ordinis Clariſſarum, ſic ab ipſa nuncupati, hinc Moniales anno 1260. in Civitatem translatæ ſunt, ejus initium fuit anno 1217. ſub Regula S. Benedicti, & Statutis Congreg. Camaldulenſium; deinde anno 1224. præfixâ *ſibi* à S. Franciſco nova Regulâ, dictæ ſunt Minoriſſæ ſub obedientia Superiorum Ordinis S. Franciſci, hæc Eccleſia S. Damiani ferè milliario diſtabat à Civitate.

IV. Abbatia tit. S. Claræ Monialium Clariſſarum, quæ ab Eccleſia & Abbatia S. Damiani extra Civitatem poſita, intra muros translatæ fuerunt, & in Eccleſia priùs S. Georgio mart. dicata collocatæ anno 1260. unà cum Corpore ejuſdem S. Claræ, & cum Corporibus aliarum Sanctarum Monialium, quæ quidem translatio facta eſt die 3. Octobris, ſed feſtum celebratur 2. die. Vide Lud. Jacobilli de Sanctis Umbriæ to. 1. pag. 273. & to. 2. pag. 304.

V. Abbatia tit. SS. Jacobi, & Donati, Monialium Ordin. S. Benedicti, ab Abbatia Farfenſi *Farfa*, ejuſdem Ordinis dependentium, ſub Abbatis omnimoda juriſdictione; & regimine, ubi Moniales debent eſſe 23. & tres famulæ. Vide Synod. Farfen. Card. Caroli Barberini, pag. 270. & 272

Ab-

Abbatia S. Petri in Aſſu. Vide infra in Axo.

Aſta cognomento Pompeja, ſive Aſtenſis Civitas, vulgò *Aſti*, in Liguria. & ſui Comitatus Caput ad Tanarum *Tanaro* fluvium. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ novæ, Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, de quo Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 2. cap. 27. Primitus erat Prioratus Congreg. Mortarienſis, ſed anno 1473. fuit per Sixtum IV. Summ. Pontif. Congreg. Lateranenſi unitus, poſtea per Pium V. Papam anno 1566. Abbatiali dignitate ornatus, ut idem author ibidem teſtatur capite 28. & de hac Abbatia fuſiùs tractat lib. 3. capit. 32. pag. 696. ipſi unita eſt Abbatiâ SS. duodecim Apoſt. ejuſque membrum effecta vide infra num. 5.

II. Abbatia, ſive potius Monaſterium Monachorum Congregationis S. Bernardi, qui admiſſi ſunt ſub Præſule Iſidoro, qui ſedere cæpit anno 1618. ut aſſerit Ughellus tomo 4. pag. 580. fundatum eſt intra Civitatem, ſub invocatione B. Mariæ Conſolatricis, per Franciſcum à Ponte Equitem, & Aſtenſem Patritium, tit. ahuc retinet, licèt Eccleſiâ veteri excisâ aliam Marchio Ghiro Franciſcus Villa magnificentiùs erexerit, ut refert Carolus Morotius in Ciſtercio reflore ſcente part. 4. pagin. 229. hæc Congregatio Ordin. eſt Ciſtercienſis, quæ in Gallia Fulienſium, in Italia verò Ciſtercienſium Reformatorum appellatur, uterque tamen author de Abbatiali dignitate ſilet.

III. Abbatia in Eccleſia SS. Trinitatis, ſive S. Spiritus ad fontanellas, Monialium Ord. Ciſtercienſis, quas è Cœnobio S. Spiritus Genuenſi adductas huc introduxit Guiddottus Aſtenſis Epiſcopus anno circiter 1215. & redditibus auxit, quam inſtitutionem poſtmodum confirmavit Honorius III. Pontific. anno 5. Salutis 1221. & ab eo Jacobus Cereoſius Patritius Aſtenſis fundator declaratus, hoc denique Monaſterium cum vicino S. Annæ ejuſd. inſtituti Ciſtercienſis Monaſterio in unicum coaluit. Vide Ughell. to. 4. pag. 406. 536. & 571.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium nobile tit. S. Annæ, quod pro Sacris Virginibus Benedictini Ordinis Theodolinda Longobardorum Regina condidit, & amplis opibus dotavit; quæ Moniales ſub Innocentio IV. Summo Pontifice ſeſe Ciſtercienſium inſtituto ſubmiſerunt; tandem cum Monialibus Monaſterii SS. Trinitatis, ſive S. Spiritus in unicum Monaſt. coaluere. Vide Ughell. tomo 4. pag. 477. & pag. 571.

V. Abbatia titulo SS. duodecim Apoſtolorum extra muros Aſtenſes, Ord. S. Benedicti, in cujus Eccleſia à SS. Apoſtolis ſigna evidentiſſima Conſtantino Imperatori oſtenſa ſunt, ut aſſerit Liberius Summ. Pontifex, idemque refert Julius II. Papa in ſua Bulla data anno 1111. quam videre potes apud Ughellum to. 4. pag. 566. hujus Monaſt. Monachos à Saracenis Fraxineti martyres factos circa annum 919. ibidem aſſeritur, pag. 490. Abbatiam quoque eſſe affirmatur anno 1041. pag. 507. & 518. In ea anno 1244. hoſpitatus eſt Innocent. IV. & expenſis Monaſterii exceptus, hanc

Abbatiam, cujus Commendatarius Abbas erat Vaſinus II. Aſtenſis Epiſcopus, paucis, qui tunc erant, Monachis nigris ſuppreſſis, Canonicis Lateranenſibus anno 1523. uniendam curavit; hanc poſtea anno 1529. deturbavit Antonius de Leva, Sacello ibidem excitato. Denique à Julio III. Summ. Pontif. per Breve datum anno 1553. in Eccleſiam S. Mariæ Novæ, cui pridiem unita fuerat, tranſlata fuit. Vide eundem Ughell. eod. tomo pag. 574. Anno 1624. aſſeritur membrum Abbatiæ S. Mariæ Novæ, à Gabriele Pennotto lib. 3. Hiſtoriæ Tripartitæ cap. 48. pag. 764.

VI. Abbatia, ſive Monaſterium tit. Sanctorum Philippi, & Jacobi, Ord. ſive Congreg. Vallis Umbroſæ, cujus mentio fit in Bulla Alexandr. III. Summ. Pont. data anno 1176. vide apud Ughell. tomo 2. pag. 284. erat Abbatia, ut conſtat ad annum 1233. ex ejuſdem Authoris tom. 4. pag. 537. Illam denique Clemens VIII. Summ. Pont. ſuppreſſis anno 1597. Monachis Vallumbroſanis, conceſſit Carthuſianis. Vide loc. cit. pag. 559.

VII. In Burgo Civitatis Aſtenſis, Abbatia tit. S. Dalmatii, Ord. S. Benedicti, de qua fit mentio ante annum 1317. recenſetur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. unita tandem fuit Menſæ Epiſcopali Eccleſiæ Montis Regalis *Montdovi* in Pedemontio per litteras Calixti III. Summ. Pontific. anno 2. Salutis 1456.

VIII. Abbatia titulo S. Anaſtaſii mart. in Civitate Aſtenſi, Monialium, cujus Abbatiſſa Eliza confirmatur anno 1008. ut refert Ughellus tomo 4. pag. 501. hanc Abbatiam Petro Aſtenſi Epiſcopo confirmat Henricus III. Rex anno 1041. in eam munifici fuere Alricus, Petrus, Gilermus, & Ottho III. ibidem pag. 513. denique Guido Epiſcopus hinc circa annum 1300. duodecim Sacras Virgines in Monaſterium Montis Belli à ſe conditum tranſtulit. Vide ibid. pag. 551.

IX. Abbatia in Civitate, olim ſub tit. S. Seraphiæ, Monialium, teſte Ughello tomo 4. pag. 516. cujus initia refert ad annum circiter 1101. Ord. S. Benedicti, cujus Regulæ obſervantiam retinere ſemper teneantur, quamvis accedentes ad inſtitutionem Monialium incluſarum S. Damiani Aſſiſinatis anno 1243. apud eundem Authorem pag. 540. idem Monaſterium, mutato titulo, S. Agnetis dictum eſt, propter inſignem reliquiam ejuſdem Sanctæ Virg. & mart. à quodam Summo Pontif. receptam, ibid. pagin. 547. tandem 1289. Moniales, exemplo S. Claræ, Minorum Regulam ſunt amplexatæ. Ibid. pag. 550.

X. Prope Civitatem, Abbatia Monialium tit. S. Mariæ de Gratia, ſive Gratiarum, cujus Abbatiſſæ Wiliæ, & Monialibus Willelmus Aſtenſis Epiſcopus, & Canonici circa annum 1182. dederunt unum hoſpitale cum Eccleſia S. Magdalenæ, juxta rivum plagiæ, ut refert Ughellus tomo 4. pagin. 531. Data fuit circa annum 1516. Auguſtinianis Eremitis de obſervantia nuncupatis; denique novem poſt annis ſolo æquata. Ibidem pag. 569.

XI. Abbatia Sanctimonialium S. Claræ nominis Jeſu nuncupatarum, quæ, concedente Clem. VII. Summ. Pontif. in Aſtenſi Civitate initium habuit

buit anno circiter 1529. ut aſſerit Ughellus tomo 4. pag. 569. huic perpetuò unita eſt Eccleſia S. Marci per Scipionem Aſtenſem Epiſcopum ejuſdem Eccleſiæ Commendatarium, quam deſeruerant Cruciferi ann. 1529. unde Moniales S. Marci ſunt appellatæ, ſeu potius ad Eccleſiam nominis Jeſu translatæ. Vide ibid. pag. 571. & pag. 572.

XII. In Territorio Aſtenſi, Abbatia, ſive Monaſterium ſub titulo S. Benedicti, cujus Monachos circa annum 919. Saraceni Fraxineti in ſuis excurſionibus martyres effecerunt, ut obſervat Ughellus tomo 4. pag. 490. anno poſtea circiter 1164. per Fridericum Imp. Monaſt. hoc S. Benedicti ſpoliatum fuit, & ſuccenſum, ſacra Vaſa prophanata, & rapinis expoſita, ſimulque Monachi cæſi. Ibidem pagina 525. Combuſta pariter Bibliotheca, in qua librorum erant pluſquam quinque millia, apud eundem eodem tomo pag. 526.

XIII. Abbatia, ſive Monaſterium Diœc. aut Civit. Aſtenſis, tit. S. Michaelis, cujus Monachos Ubertus Comes Aſtenſis ſubſtituit Canonicis Cathedralis Eccleſiæ ſi deficiant pro celebratione duodecim Miſſarum, & pro alendis ſex pauperibus circa ann. 938. Vide Ughell. to. 4. pag: 493.

Abbatia tit. S. Sepulchri de Aſtino, Ord. S. Benedicti, ut habetur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. Diœc. Bergomen. nunc Ord. eſt Vallis Umbroſæ, quam anno 1107. fundavit Bertarius Bergomas ejuſdem Ordin. Monachus, ejus Eccleſiam conſecravit anno 1112. Ambroſius Epiſcopus Bergomenſis. Ut refert Ughellus tomo 4. pag. 644. in Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur unita Congregationi Vallis Umbroſæ per Alexandrum VI. Papam anno 1493.

Abbatia tit. S. Gregorii de Aſtuaſan, Ord. S. Benedicti, Diœc. Aquilejenſis, ſic recenſetur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. ſed Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo ſcribit S. Georgii, forſan in Terra, ſeu Vico *S. Georgio*, qui ad alterum circiter milliarium vicinus eſt Civitati Foro-julienſi *Cividal di Friuli*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mauri, infra Atinenſem Comitatum, ab Abbatia S. Vincentii de Vulturno dependens, ut declaratur in Bulla Sergii IV. Papæ Pontificatus ann. 3. Salutis verò 1011. apud Ughell. tomo 6. pag. 489. hinc conſtat Ordin. fuiſſe S. Benedicti, & Atinæ Diœc. Atinum verò in Terra Laboris jacet, non longè ab Apennini Montis radicibus.

I. Apud Atranum Oppidum, Abbatia tit. SS. Cyriaci, & Julittæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Amalphitanæ, quæ nunc ſupra Atranum ſemidiruta cernitur ſubtus montem, ejus Monachus, & Abbas fuerat Leo I. Summ. Pontif. anno 987. Amalphitanus Archiepiſcopus factus. Eccleſia nunc relicto priori titulo, Sanctæ Mariæ *delle Donne* vulgò nuncupatur. Atranum ſitum eſt prope littus maris Tyrrheni, in Valle, habens ab Occaſu hyemali Amalphiæ Civitatem, à Meridie verò mare, ab Oriente Civitatem Ravellum, ejuſque montem, ab Aquilone, & Occaſu æſtivo Civitatem Scalarum, apud Ughellum tomo 7. pagin. 250. & 251.

II. Abbatia S. Georgii de Atrano, cujus anno 1129. Abbas erat quidam Sergius de Terra Falcone. Vide Ughellum tomo 7. pag. 265. qui addit hanc Abbatiam nunc eſſe prophanatam, ſitum Atrani vide ſupra.

III. In Atrano Oppido, Abbatia tit. S. Angeli Monialium, cujus Abbatiſſa Truda ann. 1219. venditionem facit cum Joanne Epiſcopo Sanctæ Sedis beatiſſimæ Trophimenis Chriſti mart. de Reginnis Minoris, hoc eſt Epiſcopo Minorenſi, verba ſunt Ughelli tomo 7. pagin. 413. ſita erat intra Atranum prope arenam maris.

Abbatia tit. S. Mariæ de Attamerica, Ord. Ciſtercien. Diœc. Salernitanæ, in Regni Neapolitani principatu citeriori, de qua in regiſtro Julii II. Papæ fol. 91. circa annum 1504. de ea Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Petri de Avellana, ſive Monaſt. de Sangro, quod precibus Comitis Burelli majoris anno 995. conſtruxit S. Dominicus Loricatus. Locus ab enormi arbore Avellana, quæ olim juxta conſtiterat S. Petri de Avellana nuncupationem accepit; ut habetur in Codice Bibliothecæ Caſinenſis nu. 101. ab Alberico Diacono conſcripto. Oblatum fuit, & ſubditum Caſinenſi Cœnobio circa annum 1060. ut refert Chronicon Caſinen. lib. 13. cap. 19. ibi nunc Caſtrum eſt ejuſdem nominis, ut aſſerit Angelus de Nuce; videtur eadem cum Abbatia S. Petri de Lavellana Ord. S. Benedicti, Diœc. Triventinæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. Triventum Civitas in Comitatu Moliſii, & in finibus Aprutii. & Apuliæ.

Abbatia tit. S. Crucis de Avellana, ſive fontis Avellanæ, Ord. S. Benedicti, fuit primùm Eremus, quam anno 1019. Monachis Camaldulenſibus fundavit Ludolphus Eugubinus Epiſcopus, ut refert Ughell. to. 1. pag. 677. dicitur pag. 744. Congregationis Columbæ, dicitur pag. 685. tit. S. Benedicti de Avellana, recenſetur inter Abbatias Diœc. Eugubinæ tanquam Ord. S. Benedicti, in Codice Taxar. Cameræ Apoſtolicę ubi vocatur etiam S. Joannis de Acerreta, & attribuitur Diœc. Faventinæ: fundator Abbatiæ Landulphus natione Germanus. Monaſticam vitam ibi incœpit Petrus Damiani poſtea Cardinalis, anno 1000. inchoatum eſt ædificium inter montes Catriæ, & Corni ſub tit. S. Andreæ Apoſt. poſtea circa annum 1080. tit. S. Crucis accepit. Vide Hiſt. Camaldulenſem part. 2. lib. 5. cap. 12. & ſeqq. data eſt in Commendam, & redditus ejus fuere Collegio Germanorum quod Romæ eſt à Gregorio XIII. Sum. Pont. attributi, quatuordecim mill. paſs. Eugubio diſtat, à Saxoferrato decem, & totidem à Callio, facta eſt Abbatia ann. 1325. per Joann. XXII. Primus Abbas fuit Ubaldus, ut aſſerit Ludov. Jacobilli tomo 2. de SS. Umbriæ pag. 198. & to. 3. ubi hujus Abbatiæ Hiſtoriam refert à pagin. 332. & deinceps.

Averſa Civitas, quæ etiam Anverſa, in Regni Neapolitani Terra Laboris, ſive in Campania Felice, in colle poſita, à Sancta Sede immediatè dependens, octo paſs. mill. Capuâ diſtans, versùs Meridiem. Ibi.

I. Abbatia S. Laurentij de Averſa, Ordin. S. Benedicti, in illius jus ceſſit Monaſt. S. Laurentii in Capua, ſita eſt,

eſt, ut teſtatur Angelus de Nuce in notis ad cap. 21. lib. 2. Chronici Caſinenſis; prope Averſam, fluxerat è Cœnobio S. Uincentii ad fontes Vulturni fluvii; hoc deſolato Capuam demigrarunt Cœnobitæ, demùm Averſam commigravere, conſtructores fuerunt Aloara, & Landenulphus filius Princeps anno 986. quo ab Archiepiſcopi Capuani juriſdictione fuit exempta. Vide Ughellum to. 6. pag. 391. de ejus Abbate mentionem facit Richardus à S. Germano, in ſuo Chronico ad annum 1225. apud eundem Ughellum to. 2. pag. 986. anno 1093. Saxo Nolanus Epiſcopus ejus Abbati tres Eccleſias conceſſit. Vide eundem tomo 6. pag. 297. de Abbate S. Laurentii de Averſa mentionem facit Honorius II. in Bulla data anno 1126. anno 1144. hujus Monaſt. Abbas erat quidam Gualterius, ibid. tomo 6. pagin. 142. denique per Leonem X. Summ. Pontif. unita fuit anno 1514. Congreg. S. Juſtinæ de Padua aliàs Caſinenſi. Innocentius III. hanc Abbatiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjectam eſſe declarat, ejuſque omnia bona confirmat Bulla data anno 1202. Vide Bullarium Caſinen. tomo 1. pag. 23.

II. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Blaſii in Civitate Averſa, cujus ad annum 1030. mentionem facit Peregrinus, Stemmate primo Principum Nortmannorum; poteſt credi fuiſſe Ord. S. Benedicti, & Monialium; ſic enim in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. verbo *Adverſa* legitur; Monaſterium Monialium S. Blaſii; unitum Monaſt. S. Laurentii.

III. Abbatia S. Petri de Averſa, in Suburbio Civitatis, ad Portam, quæ ducit Capuam, poſita, quam ea lege Carolus Andegavenſis II. Rex anno 1309. inſtituit, ut in Eccleſia Palatii Regii Civitatis Averſanæ viginti Monachi ex ordine S. Petri Cœleſtini Papæ V. ad fundendum Deo preces aſſiduè morarentur, quod obſervatum eſt uſque ad annum 1364. Joanna deinde Regina I. extincto Rege Andrea Conjuge, in eodem Palatio Patrati in eum tanti facinoris memoriam exhorrens, Palatium integrum prælaudatis Monachis dono dedit, quod poſtea in formam Monaſterii fuit redactum, ſed non adeò abominabilis Regicidii memoria deleri potuit, ut à parte poſtica modernæ Eccleſiæ, etiam nunc non ſuperſit feneſtra, è qua Uxoris dolo Rex infelix, ſive priùs occiſus, ſive ad eam ſuſpenſus pependit; ita refert D. Cœl. Guicciardini in relatione MSS.

IV. Abbatia S. Angeli de Averſa, cujus Abbas erat Marius Carrafa anno 1565. factus Neapolitanus Archiepiſcopus. Vide Ughellum tomo 6. pag. 233.

V. Abbatia, ſive Monaſterium S. Agathæ in Averſa, quod Jordanis Princeps confirmavit Caſinenſi Cœnobio; ut legitur in Chronico Caſinen. lib. 3. cap. 61. & lib. 4. cap. 52. de hoc Monaſt. tanquam ad Abbatiam Caſinenſem pertinente mentio fit in Bulla Calixti II. anno 1123. data. Vide Bullar. Caſinen. to. 1. pag. 14.

VI. Prope Averſam Abbatia tit. S. Mariæ Caſtri Caſalucis *Caſaluce*, Ordinis Cœleſtinorum, fundata, & dotata fuit anno 1363. à nobili Viro Raymundo de Baucio, ſive *del Balzo*,

Sole-

Soleti Comite, qui cum ad loca Sancta Hieroſolymorum perrexiſſet, incolumiſque rediiſſet ad propria, Iconem B. Virginis Mariæ à S. Luca depictam, & duas ex Hydriis aquæ in vinum à Chriſto converſione celebratis, ſecum aſportavit, hocque in loco in formam munitiſſimi Caſtri redacto venerandas collocavit. Ludovicus deinde, & Joanna Reges Neapolitani Caſtrum ipſum aliquando incoluerunt, & Monachis cum mero, & mixto imperio in perpetuum conceſſerunt tam ipſum Caſtrum, quàm vaſſallos ab omni impoſitione, & ſervitio Regali exemptos; prout etiam nunc religioſiſſimè obſervatur; ita MS. relatio D. Cœl. Guicciardini. *Caſaluce* tribus paſs. mill. Aversâ diſtat versùs Septentrionem, ad ripam ſiniſtram, & Auſtralem fluvii *Clanio*, ſive *Patria* dicti.

VII. Abbatia S. Mariæ Virg. de Averſa, Congregationis Montis Virginis, Ord. S. Benedicti, quod Monaſterium à Superiore ſub tit. Abbatis gubernari concedit Paulus V. Summ. Pontif. Bullâ data anno 1611. quam videre potes in Bullario Caſinenſi to. 1. pag. 424.

Auguſta Prætoria vulgò *Aoſta*, olim Oſtia, quaſi Oſtium Italiæ, ad Duriam fluv. in Valle cognomine, ibi prope Urbem Abbatia, ſive Monaſterium Canonicor. Regularium S. Auguſtini, ſub titulo S. Urſi, ut refert Ughellus. In Codice Taxarum Cameræ Apoſt. legitur S. Viti in Algani, aliàs Elvang. Ughellus dicit Abbatia S. Viti Helganen Ordin. S. Benedicti; an eadem, an diverſæ? hæret aqua. Vide Ughellum tomo 4. pag. 1533. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo legit in Elgan Provinciæ Maguntinæ.

II. In Auguſtanæ Diœceſis limitibus Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Virg. & S. Nicolai, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, quod mutatis titularibus dicitur S. Bernardi à B. Bernardo Mentoniæ Archidiacono ædificatum, ac paternis patruique opibus dotatum, & ſuis Canonicis Regularibus anno 966. traditum; ut refert Ughellus in Italia Sacra to. 4. pag. 1533.

Apud Avilianum Oppidum, Abbatia tit. S. Michaelis, à cujus Abbate Adamus Clericus Mortarienſis anno circiter 1080. Monachos obtinuit, ut ſuam Congregationem S. Crucis Mortarienſem fundaret; ut obſervat Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 2. cap. 46. putatque fuiſſe Abbatiam de Laſtella apud hoc Avilianum Oppidum.

Abbatia de Auliano; vide ſupra de Alviano.

In Civitate Auſtria dicta Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ Monialium Diœceſis Aquilejenſis, quod Alexander III. Sum. Pont. confirmat Valrico Patriarchæ Aquilejenſi; ut refert Ughell. to. 5. pag. 59.

Abbatia S. Mariæ de Auſtro, vide S. Mariæ de Maſſa.

Abbatia tit. S. Nicolai Auximanæ Civitatis, Ordinis S. Benedicti, de ejus Abbate in Auximanum Epiſcopum electo mentionem facit Martinus V. Sum. Pont. litteris datis Pontificatus anno 5. Sal. 1421. Vide apud Ughellum tomo 3. pagin. 1016. unita fuit Menſæ Epiſcopali Auximi, per Bullam Innocentii VIII. Papæ anno Pon-

Pontific. 4. Salutis 1487. Ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. Auximum vulgò *Oſimo*, Civitas Marchiæ Anconitanæ, ſuper collem poſita, ſuper Muſonem *Muſone* fluvium.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Petri in Axo, ſive in Aſſu, Diœc. Aretinæ, ut exprimitur in inſtrumento quodam apud Ughellum tomo 1. pagin. 457. & 465. extabat ante annum 735. in Dominio Florentino.

Abbatia SS. Felicis, & Fortunati de Aymonis, vide S. Felicis de Baſſano.

Abbatia tit. S. Gabrielis de Ayola, vide ſupra de Ariola.

Abbatia tit. S. Bartholomæi de Azano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Aſtenſis, ipſa eſt, quam ſub nomine Abbatiolæ S. Bartholomæi in Angiano Eccleſiæ Aſtenſi confirmat Ottho Magnus Imper. anno 969. apud Ughell. tomo 4. pagin. 496. dicitur etiam de Aziano. Illam Eugenius III. Papa anno 1156. ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipit; ibidem pagin. 518. illam pariter prioribus nigris Monachis ſuppreſſis Philippus Catheranus Commendatarius Abbas, Sixto IV. Summ. Pontif. comprobante, ceſſit Caſinenſibus Monachis, ſeu potius Congregationi S. Juſtinæ de Padua anno 1479. vide ibidem pag. 565. & Indicem Monaſteriorum Congregationis S. Juſtinæ MS.

B

ABBATIA apud Caſtellum Baccanici S. Aroncii. Vide Braccarici.

Abbatia, ſive Monaſt. Badulariæ ſupra Pharum in Calabria ulteriori, de quo fit mentio in Anonymo Authore de rebus Frederici Imperatoris, apud Ughell. Italiæ Sacræ to. 9. pag. 818. videtur fuiſſe Diœc. Rheginenſis, & Ord. S. Baſilii: extabat anno circiter 1230.

Abbatia titulo S. Mariæ *de Baggio*, aliàs *la Certoſa*, ſive S. Mariæ *di Mont' Oliveto*, Ordinis, ſive Congregationis Montis Oliveti, Diœc. Mediolanenſis, quam anno 1400. fundavit Balzarinus Poſterlio Mediolanenſis Patricius, dotemque auxit Urſina ejus Uxor. Locus vulgò *Certoſa* quinque paſs. mill. Mediolano diſtat Occidentem æſtivum versùs, de ea loquitur Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 54.

Abbatia S. Mariæ Caſtri *di Baldo*, Diœc. Auximanæ *Oſimo* in Marchia Anconitana, cujus anno 1664. Abbas erat Petrus Philippus *Fiorenzi*. In Abbatiam erecta fuit per Pium V. Summ. Pontif. qui ſedebat anno 1566. locus olim vocabatur Mons Ubaldus, ſive Gebeardus, à Sede Apoſtolica immediatè dependens, ut aſſerit Hieronym. Fabri lib. *delle Sagre memorie di Ravenna* pag. 47.

Abbatia tit. S. Mariæ de Balnearia, Canonicorum Regularium, Ordinis S. Auguſtini, Diœc. Miletenſis in Calabria

labria Ulteriori; ut refert Ughellus. Codex tamen Taxar. Cameræ Apoſt. habet S. Mariæ de Bagnaria Ordinis S. Benedicti, Diœc. Miletenſis.

Abbatia tit. S. Mariæ Balnei, Ord. Camaldulenſis, Diœc. Ficoclenſis, ut videtur, in medio Oppidi Balnei, in loco qui dicitur Aqua calida prope antiquiſſimam Eccleſiam S. Salvatoris, conſtructa eſt Eccleſia in honorem B. Mariæ Virginis anno 860. à Joanne Epiſcopo Ficoclenſi, qui ab Hadriano II. Papa (is ſedit anno 862.) obtinuit facultatem, juxta iſtas vicinas Eccleſias in unam redactas, conſtruendi Cœnobium Ordin. S. Benedicti, à ſola Sancta Sede Apoſtolica dependens; deſtructum poſtea, & recedentibus Benedictinis, locum tenuerunt fratres Auguſtiniani, & poſt illos, Sacerdotes Seculares, & Eccleſia ſub titulo Plebis fuit, ſive Parochiæ, tandem Camaldulenſibus data, quorum denique Prior, nomine Benedictus, à Sixto IV. Summ. Pont. obtinuit, ut Abbatiali dignitate ornaretur (ſedebat Sixtus anno 1471.) antiquiores nihilominus reperiuntur Abbates. Anno 1412. Lazarus Venetus Abbas. Anno 1449. Michael Abbas. Hinc Abbatialem dignitatem abrogatam à Sixto IV. reſtitutam conjectat Auguſtinus Florentinus, in hiſtoria Camaldulenſi par. 2. lib. 3. cap. 21. & ſeq. Ficoclenſis veriùs Ficodenſis Civitas in Æmilia, ea eſt, quæ nunc *Cervia* in Romandiola, ad oram littoream ſinus Veneti.

Abbatia tit. S. Mariæ de Balneo, Ord. S. Baſilii, Diœc. Brundusinæ, in Regni Neapolitani Provincia Terra Hydruntina dicta; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Mariæ de Balneo, Diœc. Gallipolitanæ in Regni Neapolitani Provincia Hydruntina vulgò *Terra d'Otranto*, ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Petri in Balneo, ſita in Tuſcia, & juriſdictione Sarſinatis Epiſcopi; de cujus Abbate ad annum 1568. meminit Franciſcus Gonzaga, in hiſtoria Seraphica parte 2. pag. 259. *Sarzana* ad fines Liguriæ in Regione ſita eſt Lunigiana nuncupata.

Abbatia, ſive Monaſt. Balneum Ciceronis nuncupatum, cui præfuit Fortunatus S. Equitii Abbatis diſcipulus, locus vocatur etiam Ciceronis aquæ, ſitus eſt in Campania Felice, ſive Terra Laboris, prope Bajas, & lacum Avernum, ex adverſo Puteolorum, vocatur nunc vulgò *i Bagni di Tritoli* ſupra collem.

Abbatia, ſive Bandinum Monaſt. aliàs Bandinenſe; cujus anno 1100. Abbas erat quidam Urſo, cui ejuſque Monaſterio Robertus Loretellenſis Comes confirmat donationem Eccleſiæ S. Laurentii, in Valle, & vicini Tenimenti in Diœc. Bibinenſi, ſeu Bivinenſi, aliàs Bovinenſi poſitæ. Donationem vide apud Ughellum to. 8. pagin. 355. Bovinum Civitas in Regni Neapolitani Provincia Capitanata dicta.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti apud Caſtrum Baniolum, in loco qui dicitur Molinum Vetulum, quod cum Eccleſia S. Luciæ fuit Caſinenſi Abbatiæ oblatum, ſub Abbate Atenulpho, ut refertur in Chronico Caſinenſi lib. 2. cap. 31.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Be-

S. Benedicti in loco Banlarola nuncupato, quod Vir nobilis Joannes Iſerniensis obtulit Caſinenſi Cœnobio, circa ann. 1060. ut habetur in Chron. Caſinen. lib. 3. cap. 39.

Bantium ubi Abbatia tit. S. Mariæ Ordin. S. Benedicti, Diœc. Acheruntinæ, non longè ab Acheruntiâ in Apulia à Nortmannis extructa, & ab Urbano II. Summ. Pont. Romanæ Eccleſiæ reſervata; ut narrat Cardin. Baronius ad annum 1090. in qua idem Pontifex vitam profeſſus eſt monachalem, & in ſuo diplomate illam vocat S. Mariæ *de Panſo vulgariter nuncupata Devenentuum*. Vide apud Ughell. tomo 7. pag. 40. & 44. forſan eadem cum *Vanze*, ſive *Banze*, de qua infra. In Codice veteri Taxæ Cameralis legitur S. Bartholomæi de Bancio Ord. S. Benedicti, Diœc. Acherontinæ; ſita erat in Regni Neapolitani Provincia, Baſilicata dicta.

Abbatia Barbana dicta, tit. S. Mariæ, non procul à vicina Inſula cognomine, quam Aquilejenſis Patriarcha Helias, qui ſedit ad annum uſque 589.) conſtruxit, & Barbanam appellavit, quia vir Barbanus nomine, qui cum Tarileſſo ſocio ſuo è Tarviſio illuc confugerat, conſtitutus eſt ibi primus Abbas; ut refert Ughell. to. 5. pag. 38. dicitur etiam Barbiana Inſula, & attribuitur Gradenſi Patriarchæ. Maximus quoque Gradenſis Patriarcha aſſeritur fundator Monaſterii S. Mariæ de Barbano apud Tergeſtinos. Sedebat anno 650. Vide eundem Ughell. ibid. pag. 1175.

Abbatia tit. S. Mariæ de Barbano, Diœc. Sipontinæ, in Apulia Daunia, nunc in Capitanata, cujus ante annum 1580. Abbas erat D. Scipio Floccaris Neapolitanus Regius Sacellanus; ut aſſerit Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 135.

Abbatia titulo S. Petri de Barbata, cujus anno 1606. Abbas Commendatarius erat D. Petrus Donatus Cæſius, qui poſtmodum factus eſt Cardinalis. Vide Ciaconii tom. 4. pag. 606.

Barium, & Baris, ſive Barenſis Civitas Archiepiſcopalis, vulgò *Bari* in Apulia, caput Regionis, quæ ab ipſa Terra Bariana *di Bari* eſt appellata, in ora littorali Maris Adriatici. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti, extabat ante annum 815. ſub ditione Caſinenſis Cœnobii, quam tempore Deſiderii Abbatis, qui poſtea Victor III. Papa ſedit anno 1086. Cives Barenſes ſubduxerant, & juſſu Imperatoris Lotharii reddiderunt, Petro Diacono probante, quòd Pipinus, & Carolus Magnus ejus filius, & omnes ſuccedentes Imperatores eam B. Benedicto, & Caſinenſi Cœnobio conceſſerant. Vide Chron. Caſinen. lib. 4. cap. 117. data eſt poſtea in Commendam; ut dicit Ughellus tomo 7. pag. 883.

II. Abbatia, ſive celebris Eccleſia tit. S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi, ejus ſacri Corporis depoſitione notiſſima, cujus primus Abbas fuit Helias, Ordin. S. Benedicti Monachus è Monaſterio Cavenſi aſſumptus, & anno 1089. factus Barenſis Archiepiſcopus, poſt ipſum ſecundus, & ultimus Abbas fuit Euſtachius, Abbatiæ omnium Sanctorum fundator, Archiepiſcopus pariter Barenſis, & Heliæ ſucceſſor, qui vixit uſque ad ann. 1123. ei ſucceſſit quidam Melus Monachus

Prior omnium Sanctorum, & ex tunc Eccleſia S. Nicolai incæpit eſſe Collegiata ſecularium Canonicorum ſub Priore, & relicto Abbatiæ titulo fuit prædiis & redditibus Regum, & Principum liberalitate locupletata. Vide Ughellum tomo 7. pagin. 856. 862. & 872.

III. Abbatia, ſive Monaſterium tit. SS. Trinitatis, quod extabat ante annum 1107. ut conſtat ex inſtrumento apud Ughellum to. 7. pag. 1269.

IV. Abbatia titulo S. Scholaſticæ Monialium; vetuſtiſſimum hoc Cœnobium fundatum fuiſſe, temporibus Pipini Francorum Regis, circa annum 755. Vetus eſt traditio. Hanc anno 1308. Romana Caſamaſſima Abbatiſſa pluribus ditavit redditibus, & ædificiis auxit, & ornavit. Anno 1579. Eccleſiam conſecravit Antonius Puteus, & paulò poſt, totum ferè Cœnobium igne conſumptum eſt, ſtatimque Barenſium Civium, & Archiepiſcopi pia liberalitate priſtino ſplendori reſtitutum, ut refert Ughell. to. 7. pag. 905. & 922. Codex Taxar. Cam. Apoſt. aſſerit unitam Eccleſiæ Barenſi, per Bullam Pauli II. anno Pontific. 2. Sal. verò 1465.

Abbatia tit. S. Barontii, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Piſtorienſis *Piſtoja*, in Etruria, dicitur etiam S. Baronti; recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. & de ea Ughellus tanquam extante ante annum 1456. ejus Abbas fuit D. Conſtantius Cajetanus Scriptor illuſtris; unita eſt Congreg. Caſinenſi, aliàs S. Juſtinæ de Padua per Gregorium XIII. Summ. Pont. anno Pontific. 6. Sal. 1577. Ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia Barona nuncupata, Ord. Ciſtercien. in Diœc. Mediolanenſi, in Lombardia, fundata anno 1189. ut obſervat Carolus de Viſch in ſuo indice, milliario diſtat ab Oppido *Caſal Puſturlengo* versùs Solis ortum, & paulò longiùs ab Oppido *Codogno* versùs Aquilonem.

Abbatia Barregenſis. Vide Verbo S. Angeli ſuper Sangrum litt. A.

Barulum vulgò *Barletta*, Oppidum in Apulia Peucetia, nunc Terræ *di Bari* maritimum, Diœc. Tranenſis, ubi ſedes fixa eſt Archiepiſcopi Nazareni. Ibi.

I. Abbatia S. Samuelis de Barulo, Ordin. S. Benedicti, cujus Monachus erat Richardus ante annum 1200. factus Minerbinenſis Epiſcopus: Vide Ughellum to. 7. pag. 1011. tranſiit poſtea ad Canonicos Regulares Ordin. Præmonſtratenſis, ut conſtat ex hujus Ord. Cercaria Italiæ, in libro Bibliotheca Præmonſtratenſis dicto.

II. Abbatia, ſive Eccleſia Abbatialis titulo S. Bartholomæi, ad quam anno 1567. Pii V. Pont. Max. authoritate ex Eccleſia S. Mariæ de Nazareth translata fuit Metropolitana Sedes Nazarena, cum omnibus juribus, & privilegiis ſuis; ut obſervat Ughellus to. 7. pag. 1037. & 1059. & Eccleſia S. Bartholomæi poſtea dicta eſt S. Mariæ Nazarenæ. Annò 1556. ejus Abbas erat D. Auguſtinus Baglioni Alexandrinus; ut refert Hieron. Ghilini in Annalib. Alexandriæ.

III. Abbatia titulo SS. Trinitatis de Barulo, fundata, & erecta fuit anno 1324. à Nobilibus Viris Galexo, Iſerio Illuſtris D. Principis Tarentini Ciamberlano, & Aldegiſe della Marra ejus

ejus Conjuge, extra, & prope Oppidum, ad littus Adriatici maris, verùm, cum Piratarum excurſionibus nimis expoſita eſſet, Gonſalvus Corduba, vulgò magnus Dux dictus, intra Oppidum novâ conſtructâ Eccleſiâ, titulo Prioris ſub vocabulo Sancti Eligii ſuppreſſo, SS. Trinitati dicavit; & Monachis commodum locum, & facultatem novum conſtruendi Monaſterium attribuit. Congregationis eſt Cœleſtinorum Ordinis S. Benedicti. Ita Relatio MS. D. Cœleſtini Guicchiardini.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S.Stephani Protomart. Monialium Ord. S. Benedicti, in cujus Eccleſiam anno 1276. Translatum fuit Corpus S. Rogerii Cannenſis Epiſcopi, quod etiam nunc ibidem honorificè aſſervatur; ut obſervat Ughellus tomo 7. pag. 1068. & 1077.

Abbatia tit. S. Mariæ in Baſilica, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Theatinæ, ſita in Valle Sagii. Ita Codex Taxar. Cameræ Apoſt. quam Alexander III. Papa, Bullâ datâ anno 1173. confirmat Andreæ Theatino Archiepiſcopo, & ibi collocatur in Ortona; unde adverte ab eodem Codice Taxarum malè collocatam in Diœceſi Reatina. Ortona perperam apud Antonium Maginum *Orſogna* locus Mediterraneus citerioris Aprutii; undecim mill. paſſuum à Theate diſtans Orientem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Baſilii, Ord. ejuſd. Sancti, Diœceſis Militenſis, in Calabria ulteriori; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia tit. S. Baſilii, Diœceſis Squillacenſis in Calabria ulteriori, quam anno 1096. Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ dat pro dote latini Epiſcopi ejuſd. Civitatis, ut conſtat ex donationis inſtrumento apud Ughel. tomo 9. pag. 952. hujus Abbatiæ Monachus, & Abbas erat Hieronymus Muños factus anno 1524. Gallipolitanus Epiſcopus. Ibid. pag. 140.

Abbatia S. Fortunati de Baſſano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Vicentinæ, quæ à Martino Papa anno 1417. unita fuit Congreg. S. Juſtinæ de Padua, & inter unitas erat Ordine tertia; tandem extincta fuit, ejuſque bona unita fuere prædicto Monaſterio S. Juſtinæ. Sic index MSS. De ea Sylveſter Maruli in ſuo Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pagin. 90. non diverſa ſanè ab Abbatia SS. Felicis, & Fortunati de Aymonis, quam idem Martinus V. anno 1429. in ſua Bulla dicit, cum duabus aliis facere unum corpus cum Abbatia S. Juſtinæ de Padua. Vide Bullarium Caſinenſe tomo 1. pag. 48. Baſſanum Oppidum celebre Agri Vicentini, ſuper Meduacum, vulgò *Brenta* fluvium tredecim mill. paſſuum Vicentia diſtans, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Mariæ de Baura, Congregationis Montis Oliveti, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Ferrarienſis. Primùm Eccleſia Parochialis erat; anno 1560. ſub Pio V. Summ. Pontif. unita Abbatiæ S. Georgii Ferrarienſis, anno poſtea 1564. ejuſdem Sum. Pont. authoritate in Monaſterium, ſive Abbatiam erecta, cujus primus Abbas fuit D. Benedictus de Tombeſi Ferrarienſis; ut obſervat Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 186.

Abbatia olim tit. S. Mariæ de Angelis;

gelis, nunc tit. S. Joannis de Bayda, quod Oppidulum eſt, ſive Caſale prope Panhormum, & in ejus Diœceſi ad Orientem, Ordin. S. Benedicti; à Manfredo de Claramonte Panhormitanæ Regionis Præſide fundata, tanquam Prioratus ab Abbatia S. Martini de Scalis dependens. Primus Prior Fr. Ancolinus de Oliveri ante annum 1370. Abbates poſtea ab anno 1421. evaſere ſub regimine tamen ejuſdem Abbatiæ S. Martini de Scalis; tranſiit poſtea ad Presbyteros ſeculares anno circiter 1549. Carmelitæ Fratres anno 1567. locum incolebant. Tandem Hædus Panhormitanus Archiepiſcopus, ſub anno 1598. Fratribus Franciſcanis de Obſervantia indulſit, & adhuc ex fidelium Panhormitanorum eleemoſynis victitantes deguntʒita Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 206. & ſeq. in Indice Caroli de Viſch; dicitur eſſe Ord. Ciſtercien. & anno 1388. fundata, in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ perperam vocatur S. Joannis de Barda.

Abbatia apud Bayranum Oppidum Diœc. Theanenſis. Vide S. Mariæ de Ferraria; vulgò *Vairano*.

Abbatia tit. Sanctæ Beſſæ *di S. Beſſa* in Romandiola, duodecim circiter millibus paſſuum à Civitate Imola diſtans versùs Meridiem, ad dexteram, & Orientalem fluvii *Seno* ripam; ut exprimit Anton. Maginus in mappis Italiæ.

Abbatia loci S. Stephani di Belbo. Vide infra Verbo S. Gaudentii.

Abbatia tit. S. Mariæ de Belforte, Ordinis, ſive Congregationis Sylveſtrinorum, ſub Regula S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis, in Marchia Anconitana; ut fert Syllabus MS. Abbatiarum hujus Congreg. *Belforte* Oppidum ad ſiniſtram, & Occidentalem Clenti *Chiento* fluvii ripam, decem paſſuum millibus Camerino diſtans, versùs Boream.

Abbatia Belinenſis, ſive S. Martini de Belluna, Ord. S. Benedicti, Diœc. Aquilejenſis, ſita tamen extra limites Italiæ; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. Pax Jordanus legit de *Biluna* in ſuo Abbatiarum Catalogo; de ea vide ſupra litt. A. Verbo Aquileja num. 1.

Abbatia titulo S. Romualdi, ſive S. Blaſii de Belli Caſtro. Vide infra Vallis Caſtri.

Abbatia, ſive Monaſterium olim ſub tit. S. Blaſii, nunc tit. S. Luciæ de Bellicinio, taxatum anno 1517. Diœceſis eſt Camerinenſis in Umbria, ſeu potiùs in Piceno; recenſetur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. fuit unita Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Montis Alti; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatiæ S. Mariæ de Bena. Vide infra de Tobena.

Abbatia tit. S. Benedicti, Ordinis ejuſd. S. Benedicti, Diœc. Sipontinæ tempore Sixti IV. Papæ anno circiter 1473. de qua Codex Taxarum D. Paſſionæi; in Regni Neapolitani Provincia Capitanata dicta.

Beneventum, priùs Maleventum, & corruptè Venebentum, vulgò *Benevento*, Civitas Metropolis in Regni Neapolitani Principatus ulterioris Provincia, in modico colle ſita, ad Sabatum *Sabato* fluv. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Modeſti, Ord. Sancti Benedicti, quæ ante tempora S. Gregorii Magni erat Abbatia ſub titu-

titulo S. Mariæ Olivolæ, à Monaſt. Monialium S. Nazarii dependens, & prope Civitatem ſita, quam Pelagius Papa anno 591. non ſolùm à juriſdict. Monaſt. S. Nazarii exemit, ſed etiam hoc illi ſubjecit, poſt obitum Monialium viris replendum; anno ſequenti Linianus Epiſcopus huc Corpus Sancti Modeſti mart. tranſtulit, ad Arichis Regis inſtantiam, unde adepta eſt tit. S. Modeſti. Vide Ughellum tomo 8. pagin. 19. fuit à Grimoaldo Duce ampliſſimè dotata, quo tempore viris Cœnobitis erat repleta; hujus Monaſt. S. Modeſti Abbatiam recepit Rotundulus Abbas Caſinenſis abjectus; ut fert Chronicon Caſinen. lib. 2. cap. 29. initio undecimi ſeculi. Eccleſia Sancti Modeſti anno 648. fuit à Parda Doda nobiliſſima fœmina condita, ſeu potius reſtructa, contigua erat Eccleſiæ S. Mariæ ad Olivolam. Primus Abbas S. Modeſti fuit Bentegrandus Grimoaldi patruus, fuerat ad Romanam Eccleſiam nullo mediante pertinens, & ſubjecta, plurimis quoque fuit nobilitata privilegiis. Idem Ughell. ibid. pag. 203. Denique Julius II. Bullâ datâ anno 1505. Pontific. 2. illam univit Congregationi Canonicorum Regularium Lateranenſium; ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ hanc hodie poſſident iidem Lateranenſes Canonici; ita Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 29.

II. Abbatia tit. S. Sophiæ, Ord. S. Benedicti ab Arichis Duce Beneventano fundata; ut refert Chronicon Caſinen. lib. 1. cap. 9. & 10. Ejus Eccleſia fuit conſtructa in loco Ponticellum dicto, non longè à muris Beneventanis, per Zachariam Abbatem S. Benedicti Beneventi, circa annum 706. ejus dotem auxit Giſulphus II. Dux Beneventanus; data primitus fuit Monialibus, quarum prima Abbatiſſa fuit Gorimberga; fuit pariter Sanctorum duodecim Fratrum mart. reliquiis donata, & plurimis opibus dotata, ut ex fundationis inſtrumento conſtat ad annum 775. Collatæ illi pariter, ſive unitæ Abbatia S. Benedicti. Monaſt. S. Mariæ de Aliphas, & Abbatia Sancti Stephani. Nomen titulare S. Sophiæ ſignificat Jeſum Chriſtum, Sapientiam æternam. Leo Oſtienſis de ea lib. 2. Chron. cap. 9. Ughellus tom. 8. pag. 32. & 572. ita Angelus de Nuce in ſuis notis ad Chron. Caſin. not. 563. hoc poſtmodum Monaſt. in Virorum tranſiit poteſtatem; anno 1038. Abbatem habebat, & locus Civitatis, in quo ſitum erat, vocabatur in Urbe vetere. Ughell. ad calcem ſui Tomi 8. Edidit Chron. hujus Abbatiæ S. Sophiæ, ubi paſſim, & perperam appellatur Sanctæ Sophiæ Virg. ibi ejus jura videre potes, donationes illi factas, & Privilegia. Denique Clemens VIII. Summ. Pont. Bullâ datâ anno 1590. illam univit Congregat. Canonicor. Regularium S. Salvatoris de Bononia.

III. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Benedicti, quod pluribus prædiis locupletarunt Theoderada Romualdi Ducis Uxor, & Giſulphus ejus filius; ut obſervat Ughellus tomo 8. pag. 618. dicatum erat S. Michaeli, & S. Benedicto. Ejus Abbas Zacharias anno circiter 706. conſtruxit Eccleſiam Abbatiæ S. Sophiæ ab Arichi Principe fundatæ, cui poſtea fuit unitum; locus in quo ſitum erat ad Caballum

ballum dicitur, ipſum verò cognominabatur ad Xenodochium, & ejus olim Abbas fuit quidam Mauricius. Vide ibidem apud Ughell. citatum.

IV. Abbatia olim, ſive Monaſt. tit. S. Euſtaſii, ante tempora Paſchalis II. Summi Pontificis, qui ſedebat anno 1100. ad quod pertinebat Beneventana Eccleſia B. Illuminatæ dicata. ut refert Petrus Diaconus, in Hiſtor. Caſinen. ab Ughello citatus tomo 5. pag. 1628.

V. Abbatia tit. SS. Lupi, & Zoſimi, Ordin. S. Benedicti, conſtructa per Roffridum Comitem; de ea ad annum 980. Ughell. tomo 8. pag. 101. & 132. ubi donationem Landulphi, & Pandulphi Principum Beneventanorum iſti Monaſt. anno 1066. factam refert. Requieſcit, & colitur in ejus Eccleſia Corpus prælaudati S. Lupi; fuit tandem à Nicolao V. Sum. Pont. Bullâ datâ anno 1450. Capitulo Eccleſiæ Beneventanæ perpetuò unita; ibid. pag. 248.

VI. In Civitate Abbatia vetuſtiſſima titulo S. Victorini, Monialium Ordin. S. Benedicti, cujus Abbatiſſæ Fuſchæ, & Monaſterio Alexand. III. Summ. Pont. anno 1169. multas Eccleſias confirmat, & impoſterùm benedictionem Abbatiſſæ ſoli Romano Pontifici reſervat; hoc Privilegium vide apud Ughell. to.8. pag.185.

VII. Abbatia tit. S. Salvatoris, Monialium infra Civitatem veterem conſtructa, ſecus Traſenda, quæ pergit ad portam Rufini, ubi anno 942. Abbatiſſa erat Imelgarda, & cui Landolphus, & Atenolphus Longobardorum gentis Principes Privilegium concedunt, quod vide apud Ughell. tomo 8. pag. 74. hodie unita eſt Cœnobio Monialium S. Petri.

VIII. Abbatia titulo S. Mariæ Portæ Summæ, cujus Abbatiſſa nomine Bethelem filia Gerardi Comitis de Græcia fuit ann. 1121. poſt mortem Sabinæ deceſſoris, à Monialibus electa, & ſolemniter à Roffrido Beneventano Archiepiſcopo benedicta; ut refert Ughell. tomo 8. pag. 164.

IX. Abbatia titulo S. Benedicti, extra Civitatem conſtructa, juxta fluvium Caloris *Calore*, per Maldefridum Comitem, in cujus favorem ann. 953. Pandolphus, & Landolphus Longobardorum gentis Principes ejus Abbati Amato diploma conceſſerunt, quod refert Ughellus to. 8. pag. 80. diverſa omnino eſt ab Abbatia S. Benedicti ad Xenodochium cognominata, de qua ſupra num. 3.

X. Abbatia tit. S. Nazarii mart. Monialium extra Civitatem, cui primitus ſubjecta erat Abbatia S. Mariæ Olivolæ, poſtea S. Modeſti nuncupata; hanc S. Nazarii Abbatiam Pelagius Papa ſubjecit Monaſterio prædicto Olivolæ ea lege quod morte extinctis Monialibus introducerentur Monachi anno 591. ut obſervatum eſt ſupra numero 1. Vide Ughellum tomo 8. pagin. 19.

XI. Abbatia, ſive Monaſterium extra muros Civitat. ſub tit. S. Petri, Monialium, à Theoderada Romualdi Ducis conjuge ædificatum circa annum 665. ad radices montis Felicis; ut ſcribit Petrus Diaconus de Geſtis Longobardorum lib.6.cap.1. Poſitum erat juxta fluvium Sabbathi, & ab Abbatia S. Vincentii de Vulturno dependens, ut exprimitur in Bulla Ser-

gii

gii IV. Papæ data Pontific. anno 3. Salutis 1011. apud Ughellum tomo 6. pag. 489. vocabatur ad diſtinctionem S. Petri majoris, idem to. 9. pag. 217. Ex epitaphio cujuſdam Gaudioſi Abbatis prætendit fuiſſe aliquando Monachorum Ordin. S. Benedicti; ejus pace crediderim Gaudioſum alterius loci fuiſſe Abbatem; ſemper fuit ſub immediata S. Sedis protectione uſque ad Sixtum IV. nunc eſt ſub juriſdictione Archiepiſcopi.

XII. Prope Civitatem Abbatia tit. S. Joannis Portæ Aureæ, de qua fit mentio in fundatione Abbatiæ S. Sophiæ, ad annum 774. Erat olim intra veterem Beneventi Civitatem; vide donationem ipſi à Principibus Beneventanis ſub anno 938. factam; apud Ughellum tomo 8. pag. 71. & 88. ubi anno 967. Ottho Magnus Imperator hanc Abbatiam concedit Metropolitanæ B. Mariæ Virginis Eccleſiæ Beneventanæ.

XIII. Circa Beneventum Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ, in loco ſano Monialium, Diœceſis Marſicanæ. Ann. 764. David Epiſcopus Beneventanus dat Anflodæ Abbatiſſæ Monaſt. S. Mariæ de Loco Sano in Monte Marano Eccleſiam S. Felicitatis, ut obſervat Ughellus tomo 7. pag. 4. & tomo 8. pag. 46. ab Abbatia S. Vincentii de Vulturno dependebat, unde colligitur fuiſſe Ord. S. Benedicti; ſicut exprimitur in Bulla Sergii Papæ data anno Pontific. 3. Salutis 1011. apud eundem to. 6. pag. 489.

XIV. Abbatia titulo S. Mariæ, & S. Marciani ſub ſpeciali dependentia Ducum Beneventi, in Ducatu, & Diœc. Beneventana, tempore Joannis Epiſcopi, ſita erat foras Civitatem Beneventanam, juxta fluvium Calorum; hujus Eccleſiæ donationis factæ Leoni, & Monacho Jaquinto Sacerdotibus, per Landolphum, & Pandulphum Beneventanos Principes diplomata vide apud Ughellum, to. 8. pag. 654. & 657.

XV. Abbatia titulo S. Modeſtini, Diœc. Beneventanæ, cujus ann. 1452. Abbas erat quidam Nicolaus; ut Ughellus obſervat tomo 8. pagin. 275. Sed erroris ſuſpicione non caret, nam dicitur Monaſterium S. Modeſtini Beneventanum, & in corpore inſtrumenti dicitur S. Modeſti Beneventani, ſicque credi poſſet non diverſum eſſe ab Abbatia S. Modeſti Beneventana, de qua ſupra num. 1.

XVI. Abbatia tit. S. Martini, in Ducatu Beneventano, cujus Abbas erat quidam Hermannus, cui donationem facit Giſulphus II. Dux Beneventi. Monaſterium fundatum dicitur in ſtrada Pontina; inſtrumentum donationis vide apud Ughellum tomo 8. pag. 727.

XVII. Abbatia tit. S. Bartholomæi, in ditione Beneventana, cujus anno 1606. Abbas erat Commendatarius Pompejus Arigonius Cardinalis. Vide Ciaconium to. 4. pag. 310.

XVIII. Abbatia tit. S. Stephani, in Agro, ſive Ducatu Beneventano, quam conſtruxit Rimecauſus Abbas; cuique ad preces Scaunibergæ ſuæ conjugis Giſulphus II. Dux Beneventi donationem fecit, fundata erat in ſtrada; inſtrumenta donationis refert Ughellus tomo 8. pag. 621. & 622.

XIX. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Annæ, cui privilegium elargitur Pan-

Pandolphus Beneventanæ Provinciæ Princeps, & Dux; & ex privilegio conſtat ſitam fuiſſe in Beneventano Ducatu. Vide apud Ughellum to. 8. pag. 755.

XX. Abbatia, ſive Monaſterium S. Bennonis, cujus mentionem facit Thereſius Gentis Longobardorum Princeps, in ſua donatione facta in favorem Abbatiæ Beneventanæ S. Sophiæ, ut habetur in ejuſdem Abbatiæ Chronico; apud Ughellum tomo 8. pagin. 751. videtur non fuiſſe longè à Benevento.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Berardigna, Congregationis, ſive Ordin. Camaldulenſis, Diœceſis Aretinæ in Dominio Florentino, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. De Abbate Berardingharum coëtano S. Alberti Eremitæ Camaldulen. qui florebat anno 1155. mentio fit in præfatione Vitæ hujus Sancti. Vide Hiſtor. Camaldulenſis part. 2. lib. 2. cap. 13. pagin. 70. & lib. 3. cap. 20. hujus loci Abbas erat Antonius Picolomineus primus Senarum Archiepiſcopus; data eſt in Commendam; in veteri Cod. Taxæ Cameral. legitur ſed corruptè de Bararbinga; adjungitur S. Vigilii Senenſis, & S. Salvatoris.

Bercetum vulgò *Berzeto*, dicitur etiam Bercedo, & Bereceto, ibi Abbatia Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Parmenſis, ſub tit. primùm S. Abundii mart. poſtea ſub titulo S. Remigii Epiſcopi, propter reliquias ejus huc allatas, illam fundavit Luitprandus Rex Longobardorum, donavitque Eccleſiæ, ſive Abbatiæ S. Remigii Remenſi; ut teſtatur Flodoardus li. 1. cap. 20. ſita eſt in Parmenſi Ducatu, prope alpes de *Bardona* dictas in monte Bardone ad Orientem Parmæ Civitatis, ibi anno 927. erant Canonici; ut teſtatur inſtrumentum Hugonis Regis apud Ughell. tomo 3. pag. 195. qui pag. 183. & ſeq. probat illam Epiſcopis Parmenſibus ſæpius fuiſſe donatam.

Bergamaſchum Abbatia titulo Sancti Chriſtophori extra muros Oppidi, vulgò *Bergamaſco*, Ord. S. Benedicti, Diœc. Aquenſis *Acqui*; ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ de ea Ughellus tomo 4. pag. 465. ſita eſt in Ducatu Montisferrati 12. mill. paſſuum ab Aquenſi Civitate versùs Orientem, ſuper *Berbo* fluv.

Bergamum, ſive Bergomum, in antiquis Inſtrumentis ſæpius Pergamum vulgò *Bergamo* Civitas Epiſc. in ſui nominis Territorio, Veneti Status, & ditionis, in montium jugo, cujus radices ab Occaſu alluit *Brembo* fluv. & ab ortu fluv. *Serio*. Ibi.

I. Cœnobium Abbatiale titulo S. Spiritus, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis; ut obſervat Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib. 2. cap. 25. Erat prius Præpoſitura Conventualis Ordin. S. Petri de Majella, hoc eſt Congregationis Cœleſtinorum, ſita in ſuburbio, quod vulgò S. Antonii dicitur, ſed ejectis Monachis Sixt. IV. Papa, per Bullam datam anno 1475, Canonicos Lateranenſes illuc introduxit; ut refert idem Pennottus lib. 3. cap. 32. pag. 698.

II. Abbatia tit. S. Gratæ, Monialium Ord. S. Benedicti erat primitus ſub titulo S. Mariæ veteris, ſed anno 1027. Corpore S. Gratæ in illam trans-

translato, de ejus nomine dicta eſt S. Gratæ de Columnellis. Ann. 1049. Leo IX. Papa privilegium huic Abbatiæ conceſſit, ubi aſſeritur Adleidam S. Gratæ Matrem de propriis bonis eam ædificaſſe. Abbatiſſæ electionem in ſororum diſpoſitione manſuram, & conſecrationem ad Bergomenſem Epiſcopum pertinere; ut refert Ughellus tomo 4. pag. 636. & 637. illam, de conſenſu Cleri ſui, ab omni Epiſcopali juriſdictione exemit Joannes Bergomi Epiſcopus anno 1210. vide ibidem pag. 674.

III. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Salvatoris, ſitum juxta Capellam S. Antonii, quod diplomate dato anno 895. Arnulphus Rex confirmat Eccleſiæ Cathedrali S. Alexandri, & anno 961. Ludovicus Imperator aſſerit eſſe juris Regni ſui, & prædictæ concedit Baſilicæ, ut refert Ughellus tomo 4. pag. 600. & 603.

IV. Abbatia ſub tit. SS. Martyrum Firmi, & Ruſtici, atque S. Proculi Veronenſis Epiſcopi, quorum Corpora, ſtatim atque inventa ſunt, in eorum honorem Templum, cum iſto ſatis amplo Cœnobio, à fundamentis erexit, illudque Monialibus Ordinis S. Benedicti attribuit Gerardus Bergomenſis Epiſcopus, circa annum 1150. ut obſervat Ughell. to. 4. pag. 660.

V. Abbatia S. Nicolai de Bergomo, Congreg. Cœleſtinorum Ordin. Sancti Benedicti fundata, & dotata anno 1311. per Guillelmum de Longis Bergomatenſem S. R. E. Cardin. tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano, in proprio latifundio in Suburbio Civitatis; gratitudinis ergo erga ſuum ad Cardinalatus dignitatem promotorem S. Petrum Cœleſtinum Papam V. ita Relatio MS. D. Cœleſtini Guicchiardini.

Apud Berixellum Abbatia titulo SS. Trinitatis, in Diœc. & Ducatu Regii Lepidi, quam fundavit dotavitque Atto Comes Canuſſinus, auxit verò mirum in modum Mathilda Comitiſſa Canuſſina; ut refert Ughellus tomo 5. pag. 1558. vero ſimile eſt eſſe Brixellum de quo infra.

Abbatia titulo S. Luciæ de Beſca, Diœceſis Regii Lepidi in Lombardia; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi. *Baiſc* Terra tredecim paſsuum mill. Regio diſtans versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Salvatoris, & S. Jacobi de Beſſa, aliàs Beſſia, ſive Bexia, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Vercellenſis, quam Regenerius Vercellenſis Epiſcopus anno 1083. in Comitatu Bugellæ, non longè à monte Victurnulo, ſeu de Beſſa fundavit, cujus meminit Innocentius II. anno 1140. in privilegio dato Abbati Nicolao ejuſdem loci, quod habes apud Ughellum tomo 4. pag. 1071. nunc bonis, atque Monachis ſpoliata adminiſtratur per Commendam; ita Oldoinus in Ciaconio pag. 981. in mappis malè ſcribitur de Beſſa; diſtat Vercellis 16. paſs. millibus, Eporediâ ſex, & duobus à lacu de Viverono.

Bettoniæ, ſive Vectoniæ vulgò *Bettona*. Abbatia tit. S. Chriſpoldi, Ordin. S. Benedicti, in Caſtro Imperiali, ubi S. Chriſpoldus hujus nominis II. Vectonienſis Epiſcopus martyrio coronatus eſt milliario à Vectonia *Bettonà*, quam per plurimos annos incoluere Monachi, & in cujus Eccleſiam tranſlata fuere Corpora S. Chriſ-

poldi, & S. Baruntii, atque tredecim Sanctarum Martyrum; ita refert Ludovic. Jacobilli de Sanctis Umbriæ to. 1. pag. 525. Extat adhuc Eccleſia ſub titulo Abbatiæ, iam in Diœc. Aſſiſii in Umbria. Anno 1266. hujus loci Abbas erat quidam Jacobus, ſic idem Author to. 2. pag. 211. condita eſt anno circiter 720. & circa annum 1400. ſecularibus in Commendam data; idem Auth. to. 3. pag. 294. denique ſub tit. S. Creſpoliti ad planum Bittonii, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Aſſiſien. per Calixtum III. qui ſedit ann. 1455. unita fuit Eccleſiæ Epiſcopali Aſſiſii, ut habetur in Cod. Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo legit perperam S. Triſpoliti de plano Butrini; diſtat ſeptem paſs. mill. ab Aſſiſio Occidentem hyemalem versùs, ad ſiniſtram, & Auſtralem fluvii *Topino* ripam.

Bevaniæ, vulgò *Bevagna* Abbatia tit. S. Margaritæ, Monialium Ord. S. Benedicti, quam anno 1271. fundavit Margarita de Taddeo Bevanienſis, cujus facta eſt prima Abbatiſſa, deceſſit ann. 1290. in hanc Abbatiam translatæ ſunt Moniales ejuſdem Ord. Monaſterii S. Salvatoris extra Bevaniam poſiti, ut refert Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 320. Diœceſis eſt Spoletinæ in Umbria.

Prope Bevaniam Abbatia, ſive Monaſterium Abbatiale, titulo nunc Sanctiſſimæ Annunciatæ, olim titulo S. Anſovini de Capro, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Spoletinæ, fuit olim Congregationis Saxi Vivi, ut obſervat Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 284. qui pag. 308. illam vocat S. Antonii de Capra, conſtructa eſt anno 1113. anno tandem 1487. Monachi Saxi Vivi hanc Abbatiam conceſſerunt Patribus Minoribus Obſervantibus, qui novam ædificaverunt Eccleſiam ſub titulo S. Mariæ Annunciatæ, ubi etiam nunc habitant; ita idem Auth. pag. 313.

Abbatia prope Bibona Caſtrum, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Maximo, Ord. S. Benedicti, Diœc. Volaterranæ, de quo Ughellus ad annum 1301. quo Abbatia erat. Vide Tomo 2. pag. 608. Bibona alias Bibbona in Dominii Florentini Regione vulgò *Gherardeſca* dicta decem, & novem millibus paſſuum à Volterra Civit. Occidentem hyemalem versùs, & quinque circiter à Mari Tirrheno.

Abbatia S. Petri apud Biccarum: Vide Burgano.

Abbatia S. Mariæ de Bicaro: vide infra de Bocco.

Abbatiæ titulo S. Bonæ de Bidorio, Ord. S. Benedicti, Diœc. Cenetenſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, *Vidor* Terra, ſive vicus Tarviſini Territorii, duodecim mill. paſſuum Cenedà diſtans versùs Auſtrum paulò ad Occidentem, à Vidorio hæc Abbatia vix milliario diſtat Orientem hyemalem versùs: vide mappam Antonii Magini.

Abbatia S. Stephani de Biella. Vide infra de Bugella.

Abbatia tit. S. Angeli de Biferno, ſive Monaſtér. quod cum Cellis ſuis omnibus Paſchalis II. Papa ann. 1102. & Calliſtus II. anno Sal. 1120. confirmant Abbatiæ S. Sophiæ de Benevento; apud Ughellum tomo 8. pag. 162.

& 684. hinc colligitur fuiſſe Ordinis S. Benedicti.

Abbatia Sancti Angeli de Bigareto, aliàs Vergareta, Ordin. S. Benedicti, ante annum 1409. Ordinis tandem Camaldulenſis; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, Diœceſis Saſſenatenſis; vulgò S. Michaelis Verghareti, fuit à S. Romualdo ad fontes Sapis *Savio* fluvii conditum Monaſterium, de hac Abbatia hiſtor. Camaldulenſis lib. 3. cap. 22. & par. 2. lib. 1. cap. 10. *Verghareto*, reperitur in Dominio Florentino, prope limites Romandiolæ, undecim paſsuum mill. à Saſſena *Sarſina* Civitate versùs Meridiem. Sic in Veteri Cod. Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Martini de Bilingua, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Aquilejenſis, de qua vetus Cod. Taxæ Cameralis; forſan *S. Martino* duobus paſſuum mill. Aquileja diſtans versùs Occidentem.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Nicolai in Biſiniano, quod anno 1060. Roggerius Dux conceſſit Cœnobio Caſinenſi. Vide Chronicon Caſinen. li. 4. cap. 10. hinc collige Ordinis fuiſſe S. Benedicti. Biſinianum Calabriæ Citerioris Civitas, prope ripam Crathis fluvii.

Abbatia tit. S. Benedicti in Alpibus, ad Biſulcum, ſive Biſurcum ſita, Ord. S. Benedicti, Diœc. Faventiæ, quam Henricus Imperat. anno 1012. S. Romualdo dedit, qui vitam in eam introduxit Eremiticam, ſed aſcetæ abjecto poſtmodum Eremitico vivendi modo, ad Vitam Monachorum Vallis Umbroſæ tranſiérunt, cujus Congregationi hæc attributa eſt Abbatia; ut refert Ughell. to. 5. pag. 512. *Biſorco* vicus ubi fluviolus ſeſe in *Amone* fluvium iniicit; in Valle *de Amone* dicta in Dominio Florentino, prope Romandiolam 22. paſs. mill. Faventia *Faenza* diſtat versùs Meridiem.

Abbatia S. Creſpoliti, ad planum Bittonii. Vide ſupra Bettonia.

Abbatia S. Leonis extra muros Civitatis Bitunti. vulgò *Bitonto*; ita ſcribitur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. Ordinis S. Benedicti, unita Congregationi montis Oliveti; de hoc Monaſt. Ughellus to. 7. pag. 936. data eſt in Commendam, deinde conſenſu Abbatis Commendatarii attributa eſt per Alexand. VI. anno 1494. Monachis Congreg. Montis Oliveti, ibi conſervatur Brachium S. Leonis Papæ. Vide Bonavent. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 146. Bituntum Civitas Apuliæ, ſive in Terra Barienſi.

Abbatia tit. S. Mariæ de Bizano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Marſicanæ *Marſico* in Lucania, ſive Regni Neapolitani Provincia Baſilicata dicta; recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ, aliàs de Bitzano, & Buzano.

Abbatia tit. S. Nazarii de Bladanti, Canonicorum Regularium, Ordinis S. Auguſtini, Diœc. Vercellenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis. *Blandrata*, Terra, ſive vicus prope *Seſſia* fluv. quatuor circiter paſſuum millibus Vercellis diſtans, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Mariæ Blanchæ. Vide infra Abbatia de Caſerto.

Blanchum, vulgò *Bianco* Oppidum, Diœc. Hieracenſis in Calabria Ulteriori,

riori, duas complectens Abbatias, verba ſunt Ughelli tomo 9. pag. 545. diſtat trib. mill. paſs. ab *Hierace*, verſùs Meridiem: forſan illæ ſunt quæ in Cod. Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, ubi Hierace malè Girace vocatur, quæ nullo ſitu aſſignato, vocantur S. Nicomedis, Ordin. S. Baſilii, & S. Mariæ de Popſi, hoc eſt de Populo ejuſd. Ordinis.

Abbatia titulo S. Nazarii de Blandriaco, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Vercellenſis recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. erat ante tempora Sixti IV. Papæ ante ann. 1470. non diverſa, ut opinor, ab Abbatia de Bladanti, de qua ſupra.

Abbatia, ſive Monaſterium Bledi, à S. Gregorio Magno fundatum, ut ipſemet dicit epiſt. 50. lib. 10. Bledum malè Blera in notitia Epiſcopatuum, vulgò *Bieda* Civitas olim Epiſcopalis, in veteris Etruriæ parte nunc Epiſcopali dignitate ſuppreſſa, Diœc. eſt Viterbienſis, in Patrimonio S. Petri, in colle ſita, 13. paſſuum millibus Viterbo diſtat verſùs Meridiem; decem verò mill. paſs. à Sutrina Civitate, verſùs Occaſum.

Abbatia titulo S. Petri in Boario, aliàs in Boara, cujus Abbas ann. 1479. Franciſcanis ſitum concedit ad Conventus ædificationem, non longè à Trevio Umbriæ Oppido, facultatem inſuper concedente Sixto IV. Papa, ut refert Franciſcus Gonzaga, hiſt. Seraphicæ part. 1. pag. 163. Celebris erat Abbatia Ordin. S. Benedicti ante annum 1177. ut conſtat ex Bulla Alexandri III. habebatque ſub ſecentum Parochias; data poſtmodum eſt in Commendam, denique anno 1484. renunciante Commendatario, conceſſa fuit Monachis Congregationis Montis Oliveti; ut aſſerit Bonavent. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pagin. 113.

Bobium Civitas Liguriæ, quæ nunc vulgò *Bobi*, *Bobio*, & *Bobbio* ad Trebiam fluvium, intra montes, in Territorio Mediolanenſi. Ibi Abbatia ſive Monaſterium à S. Columbano Conf. fundatum anno 613. in quo obiit, & ſepultus eſt anno 615. à Theodolinda Longobardorum Regina conſtructum. Hoc Oppidum circa annum 1014. In Civitatem Epiſcopalem erectum eſt ſub Metropoli Januenſi, à *Bobio* Valle, in qua jacet, nomen eſt adepta; ante adventum S. Columbani ibi vetus erat Eccleſia SS. Apoſt. Petro, & Paulo conſecrata, quam reparavit, & Monaſterio auxit prælaudatus Sanctus: fuit anno 628. ab Honorio Papa S. Sedi Apoſt. immediatè ſubiecta. Eccleſiam reædificavit Agilulphus Abbas anno 895. Plura fuerunt inter Epiſcopos, & Abbates jurgia: hi Comites erant Bobienſes, viguit primùm ibi Regula S. Columbani, nunc verò Regula S. Benedicti, & etiamnum ſimpliciter vocatur Abbatia Sancti de Bobio; quæ anno 1449. per Nicol. V. Summ. Pont. unita eſt Congregationi S. Juſtinæ de Padua. De ejus fundatione deque ejus Abbatibus, atque privilegiis, & juribus vide fuſiſſima apud Ughell. to. 4. pag. 1318. & ſeqq.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris, conſtructum in loco dicto *Bocca*, quæ vocatur Civitella, in Ducatu Spoletino, quod Arnulphus Vir nobilis circa annum 1095. obtulit Caſinenſi Cœnobio; ut aſſerit Author Chro-

Chronici Caſinen. lib. 4. cap. 16. Civitella nunc Oppidum Umbriæ ad ſiniſtram, & Orientalem ripam fluv. Nera; decem paſs. mill. Spoleto diſtans versùs Solis Ortum.

Abbatia, ſive Monaſterium apud Boccanicum Oppidum, prope Theate *Chieti* Civitatem conſtructum, à Beato Aldemario Capuano Monacho Caſinenſi, qui idem obiit anno 1070. & colitur. Vide Ughell. to. 6. pag. 852. vulgò *Bocchianico* in Regni Neapolitani Aprutio Citeriori, quatuor circiter mill. paſs. à Theatina Civitate diſtans, versùs Meridiem, paulò ad Solis Ortum.

Abbatia S. Martini de Bocciis. Vide infra litt. V. verbo Vallis Serenæ.

Abbatia tit. S. Leonardi de Boccone, Monialium ſub veſte Alba, in Patavina Diœceſi ab Alberico, & Stephano jam antea S. Juſtinæ de Padua Ordinis S. Benedicti Abbatibus fundata, & de bonis Monaſt. S. Joan. Bapt. de Verda dotata anno 1229. ſub tit. SS. Leonardi, Viti, & Modeſti; conſederunt ibi Moniales uſque ad annum 1380. quo fuerunt Patavium ad S. Matthiæ Eccleſiam translatæ; ut obſervat Ughellus tomo 5. pagin. 422. & 243. vicina erat Abbatiæ S. Joannis de Verda; ſive de Venda, in Territ. Patavini montibus Euganeis vulgò *Bocon* 1500. paſsuum à Venda diſtans, versùs Occaſum, & novem paſſuum millib. Patavio ad Auſtrum, paulò ad Occidentem.

Abbatia titulo S. Mariæ de Bocco, ſive Bicaro, Ord. S. Baſilii in Sicilia, de qua mentionem facit Rocchus Pirrus lib. 1. de Eccleſiis Siciliæ notitia 1. fol. 112. quia tamen Sylveſter Maruli, qui in ſuo Oceano Religionum totius Mundi Catalogum referens lib. 1. pagin. 67. omnium Abbatiarum in Sicilia extantium, Ordin. S. Baſilii, de illa ſilet, colligitur anno 1613. quo ſcribebat, non amplius extare. In Codice Taxarum D. Paſſionæi intitulatur S. Mariæ de Guppa, ſeu Bacco, aliàs Bicaro.

Abbatia Monialium Ord. S. Claræ unita Eccleſiæ Bojanenſi per Pium II. Papam, Pontific. anno 6. Sal. 1463. de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Bojanum, aliàs Bovianum, vulgò *Bojano*, olim Samnitum Caput, Civitas in Comitatu Moliſii, ad radices Apennini montis, & amnis Tiferni fontes.

Abbatia titulo S. Mariæ de Bojano, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Lucanæ, fuit anno 1038. à Siſemundo, & Guidone fratribus ejuſdem Caſtri Dominis fundata, & dotata, prope idem Caſtrum. Primus Abbas fuit Joannes Conſtantius, fundationis inſtrumentum vide apud Ughell. to. 9. pag. 1001. fuit per Leonem X. Sum. Pont. anno Pontific. 2. Sal. 1514. unita Congreg. Caſinenſi, aliàs S. Juſtinæ de Padua; ut habetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſtolicæ, deſideratur tamen in indice MS. unitarum: in eodem Codice dicitur unita Abbatiæ S. Mariæ de Florentia prælaudatæ Congregationi unitæ. Bojanum Oppidum, aliàs Buggianum, ſive de Vojano.

Abbatia titulo S. Mariæ de Bominaco, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Aquilanæ; ut refert Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, fortè, & veroſimiliter eadem cum Abbatia de Bodimaco, Diœceſis Sulmonenſis, cujus

Com-

Commendatarius Abbas fuerat Philippus Cardin. nepos Gregorii XIII. Papæ, ut aſſerit Oldoinus apud Ciaconium; forſan S. Dominico 7. paſs. millib. à Sulmona Occidentem versùs hyemalem, in Aprutio Citeriori; dicitur nullius eſſe Diœceſis; eam in Diœc. Sulmonenſi collocat Cod. Tax. D. Paſſionæi.

Abbatia S. Petri de Bonaria, Ord. S. Benedicti, Diœc. Spoletanæ; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; dicitur etiam S. Petri de Bovara Olivetanorum; ut refert Lud. Jacobilli de SS. Umbriæ, tomo 1. pagin. 149. & tomo 3. pag. 284. vocat illam Monaſterium Abbatiale, & dicit fuiſſe Congreg. Saxi Vivi, condita eſt in Territorio Trebiano *di Trevi*, circa ann. 1158. Primus Abbas anno 1160. quidam Ranierius. Illam Innoc. VIII. Papa anno 1484. Congregat. Montis Oliveti univit. Sic idem Author to. 3. pagin. 315. Oppidum Trevi ſitum eſt inter Spoletum, & Fulginium, novem paſs. millibus Spoleto, & quinque Fulginio; vocatur etiam in Bovaria.

Abbatia titulo S. Mariæ Bonæ, cujus Commendatarius Abbas erat anno circiter 1626. Federicus Cornelius Venetus Cardinalis; ut habetur apud Ciaconium to. 4. pag. 546.

Abbatia tit. S. Bartholomæi de Bono Solatio, Ordin. Ciſtercienſis, & Diœc. Florentinæ, decimo Florentiâ milliario, ad montis Senarii radices dextrorſum viâ militari, quæ trans Alpes in Civitatem Bononiam ducit, in cujus favorem extat Bulla Cœleſtini II. Papæ, data anno 1144. 14. Kal. Martii, unde conſtat mendoſum eſſe Catalogum Caroli de Viſch, qui illam anno 1320. fundatam aſſerit, niſi velit priùs fuiſſe Ordin. S. Benedicti; fundator fuit Hugo Marchio Etruriæ circa annum 990. tranſiit poſtea à nigris Monachis ad Ciſtercienſes. Vide Ughellum tomo 2. pag. 42. & ſeqq. in altera Bulla Cœleſt. III. data ann. 1192. vocatur Abbatia S. Mariæ de Bono Solatio, ſub Regula Sancti Benedicti; anno 1320. ejecti Benedictini, & Ciſtercienſes introducti: vide eundem Ughell. to. 2. pag. 177.

Bononia priùs Felſina, vulgò *Bologna*, Civitas anno 1582. Metropolis facta in Æmilia, & nunc Romandiolæ Regionis primaria, ab Oriente Savennâ flumine alluitur, ab Occidente propior labitur Rhenus *Reno* fluv. illam Sapina torrens mediam partitur. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Proculi, Ord. S. Benedicti, quæ, ut refert Codex Taxarum Cameræ Apoſt. aliàs titulo S. Pauli; de ea loquitur Ughellus to. 3. pag. 6. traditur conſtructa Eccleſia à S. Euſebio VI. Bononienſi Epiſcopo, circa annum 382. fuit unita Congreg. S. Juſtinæ de Padua per Eugen. IV. Summ. Pont. anno Sal. 1436. unionis Bullam habes in Bullario Caſinenſi tomo 2. pagin. 318. idem Papa illam pluribus gratiis, & privilegiis cumulat, vide ibid. pag. 320. Urbanus VI. Papa Bullâ datâ ann. 1381. facultatem concedit Abbati utendi Mitrâ, & Baculo; ibidem pag. 404. illi olim unita fuerat Abbatia SS. Naboris, & Felicis; ibid. pag. 319.

II. Abbatia tit. S. Pauli, de cujus Abbate ad annum 1455. mentionem facit in annalibus ſuis Lucas Wadinghus

ghus num. 117. Sed eandem cum præcedenti eſſe inſinuat citatus Taxarum Codex.

III. Abbatia titulo SS. Naboris, & Felicis, Ordin. S. Benedicti, quod Monaſt. tradunt à S. Felice VII. Bononienſi Epiſcopo conſtructum, qui ibidem tumulatus eſt ann. 429. ut refert Ughell. tomo 3. pag. 9. de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. aliquando reperitur ſub titulo ſolius S. Felicis. Hanc SS. Naboris, & Felicis Abbatiam, cum Capellâ S. Mariæ in Monte prope Bononiam ſibi annexâ Eugenius IV. Papa Bullâ datâ anno 1434. declarat eſſe unitam Congregationi S. Juſtinæ de Padua. Vide Bullarium Caſinen. tomo 1. pagin. 59. illam verò 1436. ab Abbatia S. Proculi omnimodè diſmembrat. Vide ibidem to. 2. pag. 319.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium tit. SS. Gervaſii, & Prothaſii. Traditio eſt fuiſſe conſtructum à Sancto Felice VII. Bononienſi Antiſtite, qui deceſſit anno 429. ut obſervat Ughell. to. 3. pag. 9. illud anno 1073. datur Lamberto Epiſcopo Bononienſi per Gregorium VII. Papam. Vide ibid. pag. 18.

V. Abbatia tit. S. Stephani Protomart. quod Monaſt. circa ann. 440. conſtruxit S. Petronius VIII. Bonon. Epiſcopus, Serapidis Templo in Eccleſiam converſo, in eo plures Sanctorum reliquias collocavit, & Monachis Ord. S. Baſilii è Græcia evocatis incolendum tradidit, unde poſtea anno præcipuè 1073. vocabatur Monaſterium Jeruſalem; ibid. tumulatus eſt S. prælaudatus. Vide Ughellum to. 3. pag. 9. & pag. 19. fuit aliquando Epiſcopium. In eam anno circiter 980. introducti fuere Cluniacenſes Monachi. Ex ea prodiit Sanctus Bononius Monaſterii Locedenſis in Diœceſi Vercellenſi primus Abbas; videtur eandem eſſe, quæ in Codice Taxar. Cam. Apoſt. dicitur S. Stephani, & S. Bartholomæi; fuit circa ann. 900. ab Hungaris in cineres omnino redacta. Demum à Nicolao V. Summ. Pontif. fuit in Commendam data. Eò devenerat, ut Eccleſia alioquin propter precioſiſſima Corpora SS. Petronii Bononiæ Protectoris, Floriani, & Sociorum, S. Julianæ Viduæ, SS. Vitalis, & Agricolæ, & Anſani mart. à populo mirificè frequentata, ut nullum tamen in ea cerneretur Liturgiæ veſtigium. Quapropter cum Julianus à Ruvere S. Petri ad Vincula Cardin. & Bononienſis Epiſcopus (qui poſtea factus Papa nomine Julius II.) eam in Commendam obtineret, ad illam incolendam Monachos Congregationis S. Petri Cœleſtini ſub Regula S. Benedicti advocavit, & Parochialem Animarum Curam exercendam an. 1497. factus poſtea Summ. Pont. facta confirmavit, Menſâ, & redditibus ſeparatim pro ſuſtentatione ſexdecim Sacerdotum, & quatuor inſervientium attributis; ita Relatio MS. D. Cœleſt. Guicciardini.

VI. Abbatia titulo S. Mariæ de Strata, vulgò Strada, quam ann. 994. pro Monachis Benedictinis fundavit Bernardinus Bucoaferrus, in quam ſub Henrico Epiſcopo, qui obiit anno 1145. introducti ſunt Ciſtercienſes Monachi; hodie jacet pene à fundamentis diruta, & redditus ejus à Sixto V. Papa perpetuò Colleg. Montis Alti à ſe

con-

conſtructo adjuncti; ut obſervat Ughel. to. 3. pag. 20. dicitur quoque S. Maria *della Via*; fuit hoc Monaſt. unitum Abbatiæ S. Michaelis in Boſco, per Julium II. Papam. Poſtea degentibus in ea Monachis Congregationis Montis Oliveti, fuit per Paulum III. titulo Abbatiæ decorata, ut refert Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pagin. 181. Anton. Maginus in mappis ſuis collocat Abbatiam *della Strada*, ad nonum milliare à Bononia Civitate, versùs Occaſum.

VII. Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Vitalis, & Agricolæ mart. quod ædificaſſe traditur S. Euſebius Bononienſis Epiſcopus circa ann. 380. Vide Ughellum to. 3. pag. 8.

VIII. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Petri in Strata, quod Greg. VII. Summ. Pontif. anno 1073. conceſſit Lamberto Bononienſi Epiſcopo; ut refert Ughell. to. 3. pag. 18.

IX. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ, quæ ad diſtinctionem vocatur Major, quod anno 1073. Gregorius VII. Papa dedit Lamberto Epiſcopo Bononienſi; facta eſt poſtmodum Collegiata Eccleſia, cujus Conſtitutiones condidit Ubertus ejuſd. Sedis Epiſcopus, qui ſedit ann. 1301. Vide Ughellum tomo 3. pagin. 18. & 27.

X. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Thomæ Apoſt. ſitum ante portam S. Petri; quod Gregorius VII. Sum. Pont. dedit Lamberto Epiſcopo Bononienſi anno 1073. donationem refert Ughellus to. 3. pag. 19.

XI. Abbatia, ſive Monaſterium Fratrum Ordin. S. Baſilii de Armenia nuncupatorum, quibus locum dedit prope portam Sancti Mamoli Ubertus Bononienſis Epiſcopus, qui obiit anno 1322. Vide Ughellum tomo 3. pag. 27.

XII. Abbatia, ſive Cœnobium titulo Sancti Bernardi, Monachorum Ord. ſive Congregationis Montis Oliveti, ubi antea Collegium erat Ord. Ciſtercienſis à Bernardo Lambertesco S. Mariæ de Strata Abbate conſtructum; ut refert Ughellus tomo 3. pagin. 31.

XIII. Abbatia tit. S. Salvatoris, Canonicorum Regularium, Ordin. S. Auguſtini. Caput eſt Congregationis ab ea dictæ S. Salvatoris de Bononia, & etiam Rhenanæ. cujus initia ad ann. 1418. referuntur ſub Martino V. Summ. Pontif. ita ſyllabus MS. Abbatiarum hujus Congreg. Parochiam habet, & Curam Animarum.

XIV. Abbatia titulo S. Joannis Baptiſtæ de Bononia, Congregationis Cœleſtinorum, Ordin. S. Benedicti; fundata, & dotata anno 1368. ab egregio milite Antonio de Galluciis, & à Joanna de Azzoguidis ejus Uxore, ſita eſt in Civitatis Meditullio, non procul à Palatio, & Platea majori, ſub ejus Parochia eſt ipſum Palatium Emin. Legati, necnon ambitus inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Petronii. In ea aſſervatur Brachium S. Lucæ Evangeliſtæ, quod D. Petrus de Theano Abbas Generalis Cœleſtinorum à Monaſterio Guleti, prope Nuſcum in Regno Neapolitano, huc aſportavit anno 1508. & propter miracula illico patrata Julius II. Papa recognitionem tam pretioſæ reliquiæ inſtante Bononienſi Senatu, Cardinali Alidoſio, ſive Papienſi commiſit, qui peracto Proceſſu

ceſſu, pro tribunali ſedente vnà cum Auditore Cam. Apoſt. & duobus Protonotariis, & aliis Romanæ Curiæ Prelatis (tunc enim temporis poſt expulſos Bentivolios Bononiæ degebat Julius II.) ipſe pronunciavit ipſummet verum eſſe brachium Sancti Lucæ Evangeliſtæ. Ita Cœleſtinus Guicciardini in ſua Relatione MS.

XV. Abbatia tit. S. Chriſtophori muris Civitatis cincta, quæ ann. 1455. ſub titulo SS. Corporis Chriſti reſtructa eſt, & in eam anno 1556. introductæ fuerunt Sanctimoniales Ordinis S. Claræ, quarum prima Abbatiſſa fuit B. Catharina de Bononia dicta; cujus ibidem Corpus integrum hodie miraculis claret; ut ſcribit Franciſcus Gonzaga hiſtor. Seraphicæ parte 2. pag. 283. ſita eſt in domo hoſpitalis ad pontem Sancti Archangeli; ut obſervat Lucas Wadinghus in Annalibus Seraphicis ad ann. 1455. n. 118.

XVI. Abbatia titulo S. Michaelis in Nemore, vulgò in *Boſcho*, prope Civitatem; Ordinis, ſive Congregat. Montis Oliveti; ita Ughellus tomo 3. pagin. 6. in Codice Taxarum Cam. Apoſt. S. Michaelis in Boſco, Ord. S. Benedicti, erant ibi primitus Canonici Regulares, quos Aymericus Epiſcopus Bononienſis, qui ſedit anno 1361. amovit, & Olivetanos Monachos introduxit. Vide ibid. pag. 31. anno 1440. motibus bellorum loco cedere, & Civitatem ingredi coacti ſunt Monachi, qui poſtea reverſi ſunt anno ſcilicet 1454. fuit trium Summorum Pontificum hoſpitio nobilitata. Vide Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 28. & ſeqq. Civitati ſita eſt ad Meridiem.

XVII. Abbatia tit. S. Gregorii extra Civitatem, quæ unita eſt Congregationi Venetæ S. Georgii in Alga; ut recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſtol.

XVIII. Abbatia tit. S. Joannis, & Sancti Victoris in Monte; prope Bononiam, Ordinis Canonicorum Regularium; ita Codex Taxar. Cameræ Apoſt. Monaſterium eſt titulo S. Joannis Evangeliſtæ fundatum in monte, qui vocatur Oliveti, quod anno 1073. Gregorius VII. Papa dedit Lamberto Epiſcopo Bononienſi. Vide apud Ughellum tomo 3. pag. 19. Gabriel Pennottus Hiſtor. tripartitæ lib. 2. cap. 23. & lib. 3. cap. 14. dicit duo fuiſſe unita Monaſteria de ſecundo S. videlicet Victoris ſtatim, & ſuæ Congregat. eſſe Lateranenſis, nominatque Jacobum S. Martini Abbatem S. Joannis pag. 605. columna 1. Demum Abbatia facta eſt per Pium V. Summ. Pont. anno 1566.

XIX. Abbatia, ſive Monaſterium prope Bononiam Civitatem, tit. S. Victoris in Colle, Ordin. Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini, unitum cum Monaſt. S. Joannis in monte Bononienſi, ſive Oliveti, ſub unius prioris regimine de quo ſuperiùs de utroque Gabriel Pennottus in hiſt. tripartita lib. 2. cap. 23. & lib. 3. capit. 14. extabat ante ann. 1133. Sancti Joannis uniti. Monaſt. in Abbatiam eſt à Pio V. Papa anno 1566. erectum.

XX. Abbatia titulo SS. Fabiani, & Sebaſtiani, Diœc. Bononienſis recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. dicitur unita Monaſt. SS. Naboris, & Felicis per Calixtum III.

Papam anno 2. Sal. 1456. ita Codex Taxarum D. Paſſionęi.

XXI. Abbatia tit. S. Salvatoris, Ord. ſive Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœceſis Bononienſis, cui ab Innocentio VIII. Papa Pontific. anno 3. Salutis 1486. unita eſt Abbatiæ Sanctæ Ceciliæ de Corvaria; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt.

XXII. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Columbani Confeſſoris à Petro Bononienſi Epiſcopo conſtructum, qui ſedit anno 616. fuit anno 1073. à Gregorio VII. Summ. Pont. Lamberto Antiſtiti Bononienſi conceſſum; ut refert Ughellus tomo 3. pag. 2. & 18. in Diœc. erat Bononienſi.

XXIII. Abbatia titulo SS. Angelorum, ſive de Angelis, prope & extra muros Bononienſes, Ordin. ſive Congreg. Camaldulenſis; tempore Julii II. Papæ circa annum 1504. vide Codicem Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia Bonum lignum vocata. Vide infra, Abbatia de Caloſuber.

Abbatia titulo olim S. Salvatoris, nunc S. Pantaleonis de Bordonaro, Ord. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis; cujus Abbas Baſilius II. anno 1240. factus eſt Roſſanenſis Archiepiſcopus; ita Ughell. tom. 9. pag. 399. dicebatur olim S. Salvatoris de Presbytero Scholario de Milis, de Scholario, & de Bordonario, nunc verò S. Pantaleonis propter ejus reliquias huc allatas; dicta quoque fuit *Monaſterio del Santo*; Primus Abbas fuit Sabas, qui nomen Scholarii depoſuit, quique fuit ejus fundator anno 1159. alii dotatores fuerunt Principes Siciliæ. Dataque in Commendam unita fuit magno Monaſterio Meſſanenſi Sancti Salvatoris anno 1498. à quo tempore Abbatem habuit Clauſtralem. Sita eſt in edito Colle recentis Oppidi *Bordonari*, unde flumina magna dilabuntur, trib. paſs. mill. à Meſſana Civitate diſtans. Vide Rocchum Pirrum de Abbatiis Siciliæ lib. 4. notit. 4. de ea quoque *Sylveſter* Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 67.

Abbatia tit. S. Marię de Bordonaro, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. Oppidum eſt tribus paſsuum millibus Meſſanâ diſſitum. Anno 1393. ejus Abbas erat ſimulque alterius S. Pantaleonis Abbatiæ in eodem loco, Fr. Leontius Monachus Baſilianus; de ea Rocchus Pirrus de Abbatiis Siciliæ lib. 4. cap. 59. Jacet in planicie fundata anno 1159. à Presbytero Scholario de Milis; flumine circumdatur, vulgò *la fiumara*, data eſt anno 1483. in Commendam. Eſt de Regia præſentatione cum Summi Pontif. confirmatione; vide ibidem notitia 7. de ea Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 67.

Abbatia titulo S. Nicolai de Boſco, Diœc. Policaſtrenſis, quæ unita eſt Capitulo Principis Apoſtolorum Vaticanæ Baſilicæ; ut obſervat Ughellus tomo 7. pag. 759. *il Boſco*, terra, ſive Vicus Principatus Citerioris in Regno Neapolitano, quatuor circiter paſs. millibus Policaſtro diſtans versùs Occaſum.

Abbatia tit. S. Mariæ de Nemore, vulgò *del Boſco*, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Agrigentinæ, in Sicilia, unita poſtmodum Congregationi Montis Oliveti; ut recenſetur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. Vocatur etiam S. Mariæ de

de Adriano, hoc eſt in nemore Adriani; fundata fuit à Rege Guillelmo I. anno Sal. 1157. in Valle Mazariæ ſecus Caſtellum hodie feudum Greſſiæ, ſeu Agreſſii, inter Bivoniam, & Julianam Oppida, prope Comitiſſam *Contiſſa*, Oppidum duobus videlicet paſs. mill. versùs Meridiem ad *Carigliono* fluvium. Vult Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis pag. 237. fundationis initium fuiſſe Grangiam, ſive Prioratum à Panormitana Abbatia S. Joannis de Eremitis dependentem lib. tamen 3. in notitia Diœc. Agrigentinæ collocat illam inter ejus Abbatias; In illam Monachi Olivetani fuerunt introducti tempore Innoc. VIII. Papæ, qui ſedere cæpit anno 1484. de hac Abbatia fuſiùs loquitur Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 124. & ſeqq.

Abbatia tit. S. Stephani de Boſco, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Squillacenſis, in Calabria Ulteriori, fuit primitus Monaſterium à S. Brunone, Ordinis Carthuſienſis Authore fundatum, qui ibidem obiit anno 1101. & ſepultus eſt; in Eremo, cui Turris nomen erat, inter Stilum, & Arenam, in Apennino monte; tranſiit ad Ciſtercienſes anno 1150. tandem anno 1514. ſuppreſſa à Leone X. Summ. Pont. Abbatiali dignitate, atque deturbatis Ciſtercienſibus, primis ſuis conditoribus Carthuſianis fuit reſtituta. Abbatum Ciſtercienſium catalogum refert Ughell. tomo 9. pag. 494.

Abbatia tit. S. Antonii del Boſcho, ſive Boſco, aut Buſco, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Cenetenſis *Ceneda*, ponitur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. ſub tit. S. Andreæ; dari ſolita eſt in Commendam, de ea Ughellus tomo 5. pag. 203. *Boſco del Montello*, in Marchia Tarviſiana. Abbatia ad ejus oram poſita eſt Borealem à Cenetenſi Civitate novem circiter paſs. mill. diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Andreæ *del Boſcho*, Ord. Ciſtercienſis, cujus anno circiter 1513. Abbas Commendatarius erat Ludovicus de Canoſſa, Patria Veronenſis, Tricaricenſis poſtea Epiſcopus; ut obſervat Ughellus tomo 7. pag. 207. ita pariter Hieronym. *dalla Corte* in hiſtoria Veronenſi parte 2. pag. 572. de ea ſilet Joannes de Viſch in ſuo indice.

Abbatia S. Petri de Bovara; vide ſupra verbo S. Petri de Bonaria.

Abbatia tit. S. Mariæ collis Bovis, Ord. S. Benedicti, unita poſtmodum Congregationi Montis Oliveti, priùs fuit Monaſt. Monialium ſub titulo S. Matthæi, cui Rambottus Epiſcopus Camerinus anno 1298. univit Cœnobium Monialium S. Gregorii de Dinazzano ſuæ Diœceſis; ut ad locum collis Bovis poſitum prope Civitatem Camerini, utpote tutum accederent Moniales. Anno 1491. ab Innoc. VII. Summ. Pont. diſmembratum eſt Monaſterium collis Bovis, & in Abbatiam erectum, pro Monachis Congregationis Olivetanæ ſub titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ dicatum. Vide Ughellum tomo 1. pag. 604. Olivetanorum fundatores fuerunt Joannes Varanus Camerinus Comes, & Julius Cæſar Varanus, fuit ei pariter unita Abbatia S. Mariæ de Sylva, quæ extra muros Camerinenſes fuerat Monialium; ut refert Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 121.

H 2 Ab-

Abbatia Monialium Ord. S.Claræ, unita Eccleſiæ Bovianen. per Pium II. Papam ſui Pontific. anno 6. Sal. 1463. ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Bovianum, vulgò *Bojano* Civitas Regni Neapolitani in Comitatu Moliſii, ad Apennini montis radices, & fontes amnis Tiferni.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Aroncii, prope Caſtellum Braccarici conſtructum, juxta fluvium, qui nominari à majoribus ſolebat flumen Acelonis, moderno autem tempore nominatur flumen Tirenum, quod Guillelmus Comes una cum Baſilia Uxore ſua, & Simone eorum filio dat Madelmo Abbati S. Sophiæ; Beneventanæ eſt Diœceſis; anno Sal. 1099. & ann. 1102. Paſchalis II. Papa Pontific. anno 3. illud eidem Abbatiæ confirmat. Vide Ughellum to. 8. pag. 763. & 685. vocatur etiam Caſtellum Baccanici; non diverſum arbitror ab eo, quod in Bulla Anacleti Antipapæ apud Ughellum tomo 8. vocatur S. Antonii apud Vaccatarias.

Abbatia Branduli, ſive Brunduli, necnon de Brondulo, Ord. S. Benedicti, Diœc. Foſſæ Clodię, vulgò Chiozza, in æſtuariis Clugienſibus. Ejus Abbas anno 724. nomine Antonius factus eſt Patriarcha Gradenſis. Data fuit decimo tertio ſeculo anno videlicet 1229. Monachis Ciſtercienſibus à Gregorio IX. Papa, ac Abbatis Claręvallis de Columba Placentinæ Diœc. juriſdictioni ſubdita. Vide Bullam apud Ughellum tomo 5. pag. 1418. & eundem, tomo eodem pag. 1177. vocabatur SS. Trinitatis de Brondulo, ejus Monachus fuit Stephanus VII. Papa, qui obiit anno 898. erat pariter Sancto Michaeli Archangelo dicata; data fuit in Commendam; nunc jacet ſolo penitus æquata, ſola S. Michaelis Eccleſia reſtante. *Brondolo* Inſula maris Adriatici, locus deſtructus in parte erat Auſtrali Inſulę, duobus paſſuum mill. à *Chioggia*.

Abbatia Bredenſis in Diœc. Mediolanenſi, cujus Commendatarium fuiſſe Abbatem Philippum Boncompagnum Cardinalem, Gregorii XIII. nepotem aſſerit Auguſtinus Oldoinus, apud Ciaconium to. 4. pag. 45.

Abbatia S. Petri Bremetenſis *di Breme*, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Papienſis; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. inter Padum fluv. & Ticinum fluv. formata ex Monachis, ab Abbatia Novaleſii à Sarracenis deſtructâ, huc translatis opera Adalberti Marchionis Eporediæ. Hujus fundationis meminit Benedictus VIII. Papa in privilegio illi dato anno 1014. Vide Ughellum tomo 4. pagin. 1429. de ea mentio reperitur ad annum 1008. & tunc dependebat ab Abbatia Novalicienſi; anno 1065. Henricus IV. Imperator illam dedit Comenſi Epiſcopo. Deniqne ann. 1543. fuit Monachis Congregationis Montis Oliveti attributa, ut refert Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pagin. 185. locus Bremetum dicitur.

Abbatia tit. S. Michaelis de Brendo, aliàs de Brembo, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Laudenſis; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. & Ughellus tomo 4. ſita in Territorio Mediolanenſi. In Cod. Taxarum D. Paſſionęi; dicitur de Brombo, & unita Congreg. S. Hieronymi per Leonem X. Papam Pontific. ann. 7. Sal. 1520.

Ab-

Abbatia titulo S. Luciæ de Brenta, Ordin. S. Benedicti, in Diœc. & Territorio Vicentino, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. de ea pariter vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia S. Mariæ Brionç, Ordin. Ciſtercienſis, cujus bona per Sabaudos Comites conceſſa confirmat anno 1230. Bonifacius Montis Ferrati Marchio; ut refert Ughellus tomo 4. pagin. 1472. forſan e qua poſtmodum Moniales Varolam tranſmigrarunt, ſicque eſſet in Diœc. Vercellenſi.

Abbatia titulo S. Michaelis Caſtri Britonum, ſive S. Archangeli, juxta Caſtellum Britonum, in Epiſcopatu Bononienſi, inter Bononiam, & Imolam, cujus anno circiter 1192. Abbas erat Gherardus quidam. Abbatia Ordinis erat Camaldulenſis, & aliquando fuit Ordini ablata, & poſtmodum reſtituta. Vide Hiſtoriam Camaldulenſem lib. 2. cap. 21. & lib. 3. cap. 14. vocatur vulgò *Caſtro de' Britti* diſtatque ſex paſs. mill. Bononiâ verſùs Orientem, prope *Idice* fluvium.

Brixia vulgò *Breſcia* Civitas ampliſſima, ſub Venetorum ditione, apud Melam fluv. Ibi.

I. Abbatia celebris tit. primùm S. Salvatoris, poſtea tit. S. Juliæ Virg. & mart. Monialium Ord. S. Benedicti, ſub regimine Monachorum Caſinenſium; quæ quia reparata fuit ann. 835. vulgò vocatur *Monaſterium novum*. Hanc Flavius Deſiderius Longobardorum Rex ultimus, & Flavia Anſa ejus Uxor fundaverunt anno 755. pro ſua filia Anſilperga, ſive Antiperga, quæ prima conſtituta eſt Abbatiſſa; fuit Regiis opibus ſuffulta, & privilegiis ampliſſimis decorata; Bonorum omnium poſſeſſionem diplomate confirmavit Carolus Magnus Imperator anno 781. Giſla filia Lotharii Imp; ibi vitam profeſſa eſt Monaſticam, & Monaſterii dotem auxit frater ejus Ludovicus Imperator; ibi olim tumulata fuit Anſa fundatrix; extat & in ea degunt ducentæ Moniales. Vide Ughellum tomo 4. pag. 723. & 733. ſita eſt ad radices Collis *Chineo*, aliàs *Digno* dicti. Huc è Corſica Inſula translatum eſt Corpus S. Juliæ Virg. & martyris. Pluraque ibi condita Sanctorum Corpora; ut refert Elia Cauriolo in Hiſtoriis Brixianis lib. 5. pagin. 84. Calixtus II. Papa Bullâ datâ anno 1123. Ermingardam Abbatiſſam, & ſorores in protectione S. R. E. ſuſcipit, & impoſterum Abbatiſſam decernit à ſororibus eligendam. Vide Bullarium Caſinen. to. 2. pag. 137.

II. Abbatia SS. Fauſtini, & Jovitæ martyr. in qua eorum Corpora requieſcunt, Ord. S. Benedicti; cujus fundator fuit Rambertus Brixienſis Epiſcopus, qui ſedere cœpit ann. 814. hic Leuthgarum Abbatem è Gallia evocavit, conſtructoque Cœnobio, hanc illi Eccleſiam attribuit ann. 820. Vide Ughellum tomo 4. pag. 735. qui addit, quòd prælaudatus Epiſcopus Monachis dedit Abbatem (mortuo haud dubiè primo) Maginardum Presbyterum, & religioſum, Diœc. Bergomenſis. Carta fundationis facta eſt anno 841. aut 844. Omnia privilegia huic Abbatiæ indulta confirmavit Notengus Epiſcop. Brixiæ, qui ſedit anno 940. Abbati Pontificalium, ſive Epiſcopalium uſum à Clem. V. Sum. Pont. obtinuit Abbas Fridericus (Brixienſis poſtea Epiſcopus) anno 1309.

vide

vide eundem Ughellum pagin. 747. Unita denique fuit Congreg. S. Juſtinę de Padua per Innocentium VIII. Papam anno 1491. ſita olim in Sylva erat ad Septentrionem Civitatis extra muros, ubi nunc Eccleſia viſitur dicta S. Maria in Sylva; nunc eſt intra Civitatem.

III. Abbatiale Cœnobium titulo S. Afræ, ſeu veriùs Sanctorum Fauſtini, & Jovitæ ad ſanguinem, eo quod ſit locus plurimorum martyrum Sanguinis effuſione, & reliquiis venerandus; vetuſtiſſimum Canonicorum Regularium, Ord. S. Auguſtini, dicitur etiam titulo S. Salvatoris, quia Conventu Suburbano S. Salvatoris eorundem Canonicorum Regularium, ſed Congregationis Lateranenſis anno 1516. hoſtiliter everſo, in hoc deſtitutum ſeſe anno 1523. receperunt, eiſque fuit liberaliter conceſſum; ut refert Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitæ lib. 2. cap. 25. vides diverſam eſſe à præcedenti Ord. S. Benedicti Abbatiam.

IV. Abbatia titulo S. Franciſcæ, Ord. ſive Congreg. Montis Oliveti, anno circiter 1620. piis populi eleemoſynis conſtructa; ut refert Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 203.

V. Abbatia ſive Monaſt. tit. Sanctorum Coſmæ, & Damiani, Monialium Ordinis S. Benedicti; quod Berardus Epiſcopus (qui ſedit ab anno 1275. ad annum 1308.) excitavit, illucque traſtulit Corpus S. Titiani, & Moniales, quæ olim in majori Eccleſia conſederant, juſſit demigrare; verba ſunt Ughelli tomo 4. pag. 745. Alexander VI. Papa Bullâ datâ anno 1495. Abbatiſſam triennalem inſtituit, & ab omni juriſdictione eximit Brixienſis Epiſcopi, atque curæ, & Viſitationi commendat Abbatis Sanctorum Fauſtini, & Jovitæ cum omnibus privilegiis Congregationis S. Juſtinæ de Padua. Vide Bullarium Caſinen. to. 2. pag. 410. fuit ſolo æquata tempore ejuſdem Berardi Epiſc. erat prope muros Civit. ad partem Occidentalem; ita Elia Cauriolo in hiſt. Brixianis lib. 3. pagin. 50. Abbatiſſæ Corpus S. Titiani revelatum eſt, & poſtea repertum.

VI. Abbatia tit. S. Joannis Baptiſtæ, cum Cura Animarum, Canonicorum Regular. Ord. S. Auguſtini Congregationis S. Salvatoris de Bononia; quibus ſub Innocentio VIII. data eſt anno 1486. ita Syllabus MS. Abbatiarum hujus Congreg.

VII. Abbatia titulo S. Euphemiæ prope Brixiam, Ordin. S. Benedicti, quam anno circiter 930 extruxit Landulphus Brixienſis Epiſcopus. Vide Ughellum to. 4. pag. 736. Caliſtus II. anno 1123. Abbati Petro omnia Monaſterii bona enumerat, Abbatiſque electionem ad Monachos, conſecrationem verò ad Epiſcopum Brixienſem pertinere declarat in ſua Bulla; vide Bullarium Caſinen. tomo 2. pag. 136. de ea mentionem facit Innocentius IV. 10. Pontificatus anno, hoc eſt 1253. recenſetur inter Abbatias in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. Illam Caliſtus III. Papa anno 1457. univit Congreg. S. Juſtinæ; ſita eſt ad plagam Orientalem Civitatis ſuper *Navilio* fluv. trib. à Civitate paſs. mill. in latere montis, qui Dignus *Degno* dicitur.

VIII. Abbatia tit. SS. Gervaſii, & Prothaſii, Ordin. ſive Congreg. Vallis

Vallis Umbroſæ; à Civibus Brixianis anno circiter 1118. prope, & extra muros Civit. non longè loco *dalla mella* dicto condita; ut refert Elia Cariolo in hiſt. Brixianis lib. 5. pag. 93. de ea fit mentio in Bulla Alexand. III. Papæ data anno 1176. vide Ughellum to. 2. pag. 284. fuit poſtmodum data in Commendam.

IX. Abbatia titulo SS. Salvatoris extra Civit. Ord. Canonicor. Regular. Congregationis Lateranenſis, Ordin. S. Auguſtini de ejus Abbate Angelo Scarella Canonico Lateranen. loquitur Gabriel Pennottus, hiſtor. tripartitæ lib. 2. pag. 50. primitus erat ſub Prioratus titulo, tandem bellorum injuria anno 1561. ſolo æquata, Canonici Regular. tranſlati ſunt in deſtitutam Abbatiam intra Civitatem poſitam Sanctorum Fauſtini, & Jovitæ ad ſanguinem nuncupatam, quæ exinde dicta eſt S. Salvatoris.

X. Abbatia SS. Nazarii, & Celſi mart. in Brixiana Civitate, Ordinis S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. nondum exploratum eſt an Eccleſia ſit Collegiata, inquit Ughellus tomo 4. pag. 723.

XI. Abbatia tit. S. Petri de Oliveto, perperam de Oliverio, in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini, de qua Ughellus tomo 4. pag. 729. in cujus Eccleſia multa requieſcunt Sanctorum Corpora. Gabriel Pennottus tripartitæ hiſtor. lib. 2. cap. 25. dicit nunc poſſideri à Canonicis Regularib. S. Georgii in Alga. Primus Præpoſitus fuit anno 1118. quidam Vitalis; locus erat primitus Templum Jovi dicatum. In Codice Taxarum D. Paſſionęi legitur S. Petri de Cliverio, Ord. S. Benedicti.

Abbatia tit. S. Geneſii de Brixillo, Ord. S. Benedicti, Diœc. Parmenſis, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. de ejus Abbate, & Monachis anno circiter 1020. mentionem facit Antonius Libanori in *Ferrara d'Oro* part. 2. pagin. 41. Brixillum, ſeu Bercellum, vulgò *Berſello* Urbs Inſubriæ Ciſpadanæ, ad dexteram Padi fluvii, ſive Auſtralem ripam, ubi *Lenza* fluv. ipſum ad Urbis Occaſum ingreditur, in Regino Ducatu Status Mantuani, decem paſs. mill. Parmâ diſtans, versùs Boream; intitulatur etiam SS. Geneſii, & Mauri de Briſello, vel Barſilio, diciturque nullius eſſe Diœceſis.

Abbatia tit. S. Michaelis Archangeli de Brolo, olim de Liſico, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis in loco, qui à Sancto nomen fecit S. Angeli Oppidum, ubi erant tres pagi, *Anzan*, Liſicon, & Tondenconon, in eminente colle non longè à mari in Regione, ſive Valle *di Demona* in Sicilia; à Rogerio Siciliæ, Calabriæ, & Apuliæ Comite anno 1084. conſtructa, & fundata, cui primum Abbatem dedit Fr. Eraſmum ejuſdem Ord. & fundationem confirmavit anno 1144. Rogerius Siciliæ Rex, multaque alia prædia conceſſit, cum juriſdictione in incolas Oppidi S. Angeli, unde in temporalibus Abbas eſt illius Baro, fuit terræ motu diruta anno 1450. & non longè poſt reſtructa; habuit ſemper Abbates titulares uſque ad annum 1444. quo cœpit habere Commendatarios, de ea fusè ſcribit Rocchus Pirrus libr. 4. de Abbatiis Siciliæ notitia decima.

Abbatia tit. S. Andreæ de Broſono, ſeu Broſſono, aut Borzono, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Januenſis, quam anno 1184. fundavit, pluribuſque bonis locupletavit Ugo Januenſis Archiepiſcopus, & Lantelmo Abbati Caſæ-Dei in Gallia ſitæ, ejuſque ſucceſſoribus ſubjecit, ita ut in perpetuum Abbas Caſæ-Dei eligat Abbatem de Broſono; fundationis inſtrumentum refert Ughell. to.4. pag. 207. Hæc Abbatia hodie Commendatur ſecularibus Clericis; fortè *Boſceno*, qui locus ſex circiter paſs. mill. Januâ diſtat Occidentem æſtivum versùs; vocatur etiam de Groſſorio.

Brugnatum, ſeu Brugnetum, vulgò *Brugneto*, ubi olim nobilis Abbatia Ordin. S. Benedicti, ſub tit. S. Petri, tempore Luitprandi Longobardorum Regis, & forſan ab ipſo condita, cujus fundationem diplomate confirmavit; habuit poſtmodum titulares Sanctum Laurentium, & S. Columbanum. Illam Innocentius II. Papa anno 1133. in Epiſcopalem Sedem erexit, ſub Metropoli Januenſi, ſita eſt in Liguria, eſt quoque Mediterranea ad Varam *Vara* fluvium, in planicie, vulgò Riparia Orientalis dicta *Riviera di Levante*, in Statu Jannenſi; varia habuit nomina, Brunadum, Brunicenſis, Brumacenſis, Brumenſis, Brumienſis, Bromiades. Donationem Privilegiorum, necnon ejus Territorii inſtrumenta vide apud Ughellum tomo 4. pag. 1364. & ſeqq.

Abbatiola Brumiada nomine, in Comitatu Lunenſi ſita, quam Conradus Imperator anno 1028. Lunenſi Epiſcopo confirmat, unà cum corticellis, titulis, ſive Oratoriis, & Cellis; tam in Comitatu Lunenſi, quàm etiam Januenſi, necnon & Mutinenſi, vel Placentino, aut Laudenſi, aut etiam Volaterranenſi, ſive ubicumque, &c. quæ verba inſtrumenti confirmationis non ignobilem fuiſſe probant; hoc habes apud Ughellum to. 1. pag. 902. ſi non ſit eadem cum præcedenti.

Abbatia Brunduli, vide ſupra verbo Branduli.

Brunduſium, & Brendeſium, vulgò *Brindiſi* Archiepiſcopalis Civitas, & Portus Maris, in Regione Hydruntina, vulgò *Terra d'Otranto*. Ibi.

I. Eccleſia olim Cathedralis tit. S.Leucii, quam Nardus Antiſtes in parvam Abbatiam erexit, & erectæ Abbatem dedit anno circiter 1050. ut obſervat Ughellus to. 9. pag. 41.

II. Abbatia titulo S. Andreæ in Inſula Brunduſina, Ord. S. Benedicti, cujus Abbati Melo dicto privilegium conceſſit Euſtachius Archiepiſcopus anno 1062. ut refert Ughellus tomo 1. pag. 1043. de ea fit mentio in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Anno 1040. Nardus Archiepiſcopus Brunduſinus in ea Eccleſia Abbatem inſtituit Tarpidem Sacerdotem. Vide apud eundem to. 9. pag. 41.

III. Abbatia titulo S. Mariæ Monialium, Ordin. S. Benedicti, quam Goffridus Comes, & Sichelgaita ejus uxor in veteri Civitatis plaga, tempore Urbani II. Summ. Pontif. anno circiter 1090. condiderunt, & ampliſſimis poſſeſſionibus, ac privilegiis inſigniverunt, & Godinus Archiepiſcopus eam exemit à ſua ordinaria juriſdictione. Eidem pariter Conſtantia Comitiſſa uxor Boemundi Antiochiæ Prin-

Principis alias immunitates, & dona adjecit anno 1116. & anno 1133. Rogerius privilegio ſuo, quod vide apud Ughellum tomo 9. pag. 42. 43. & 44. forſan eadem cum Monaſterio S. Mariæ de Ponte Brunduſii, quod violatum luget Innocentius III. Papa. Vide ibidem tomo 7. pag. 937.

Abbatia tit. S. Andreæ de Bruſciano, Canonicor. Regularium S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia, Diœc. Florentinæ, in Etruria; ipſis data tempore Caliſti III. Papæ anno 1455. ut habetur in Catalogo MS. Abbatiarum hujus Congregationis. Bruſciano, aliàs *Brucianeſe* Oppidum ad Arnum fluv. novem millib. paſs. Florentiâ diſtans Occidentem versùs hyemalem.

Abbatia titulo S. Sebaſtiani de Bugella, aliàs de Biella, Ordin. S. Auguſtini, Diœc. Vercellenſis; ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. quam Sebaſtianus Dynaſta Bugellenſis, opem ferente Joanne Stephano fratre Vercellenſi Epiſcopo, opibus juvit, & cenſu nobili dotavit ann. 1504. quamque deinde Canonicis Regularibus Congreg. Lateranenſib. attribuerant, ut refert Ughellus tomo 4. pag. 1121. fuſiùs de ea loquitur Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitæ lib. 3. cap. 37. quam tamen Præpoſituram appellat. Vulgò *Biela* Oppidum Dominii Vercellenſis, quindecim millib. paſſuum Vercellis diſſitum Occidentem æſtivum versùs.

Extra Bugellam, de qua ſupra, Abbatia titulo S. Agathæ, Monialium Ord. Ciſtercien. quas intra Oppidum in S. Catherinæ Monaſterium intrare compulit Ugo Ferrerius Vercellenſis Epiſcopus, qui ſedebat anno 1564. Vide Ughell. to. 4. pag. 1124.

Abbatia de Buldrone dicta, Monialium Congregationis Camaldulenſis, de qua mentionem facit ad annum 1431. Ambroſius Camaldulenſium Generalis, in ſuo Hodœporico pag. 3. Condita fuit anno circiter 1191. ad tertium lapidem extra Florentiam, ad radices Montis Maurelli, in loco, qui dicitur Rivus de Caſa à quodam Gallo Buldrone dicto, facto ibi Eremita, poſt cujus mortem, & 50. annos uxor ejus ibi Sanctimoniales inſtituit ſub tit. S. Joannis Evangeliſtæ; ubi Eliſabeth Salviata Abbatiſſa ſanctitate refulſit. Vide Hiſtor. Camaldulen. lib. 2. cap. 21.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Adriani de Burbure, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Aſtenſis in Ducatu Montisferrati, quod extabat anno circiter 1286. Sed poſtea propter bellorum injurias exciſum; ut obſervat Ughell. to. 4. pag. 550.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Margaritæ de Burbure, Ordinis S. Benedicti, quod extabat ann. 1286. Sed bellorum injuria tandem effundatum circa ann. 1529. ut refert Ughell. to. 4. pag. 550. & 571. Diœceſis erat Aſtenſis in Montisferrati Ducatu.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti de Burgetto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Mazarienſis in Sicilia, non longè ab Oppido Parthenici; anno 1360. ab Abbate S. Martini de Scalis inchoatum, & à nobiliſſima Margarita de Blanco dotatum anno 1365. ſub regimine Abbatis Sancti Martini; proprium tamen aliquando habuit Abbatem, Joannem videlicet

Sineſium ; per Bullam Gregorii XI. tranſierunt Monachi ad Ædem S. Mariæ in loco *delle Ciambre* dicto, unde ad priorem locum reverſi ſunt ; nunc prioratus eſt à præfata Abbatia S. Martini de Scalis dependens ; ut obſervat Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 202.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Burgano, ſive in Burgo, apud Biccarum, ſive Bicharium Oppidum, Diœc. Trojæ in Apulia, & in finibus Luceriæ, anno circiter 1060. oblatum Cœnobio Caſinenſi ; ut refertur in Chronico Caſinen. lib. 3. c. 19. de hac Abbatia mentio fit in Bulla Paſchalis II. Papæ, qui ad annum 1100. illam attribuit Trojano Epiſcopo. Vide Ughellum to. 7. pag. 1376. in Bulla Alexandri II. Summ. Pont. qui obiit anno 1073. vocatur S. Petri de Burgano. Vide citatum Auth. Biccarum, vulgò *Viccaro* quinque circiter paſs. millibus Trojâ diſtat versùs Aquilonem paulò ad Occaſum, in Provincia, vulgò Capitanata nuncupata, & totidem Luceriâ Paganorum Occidentem æſtivum versùs. Colligitur Ordinis fuiſſe S. Benedicti.

Abbatia tit. S. Dalmatii in Burgo, vide verbo Aſta num. 7.

Abbatia tit. S. Petri de Brugolio. Vide ſupra. Verbo Alexandria numer. 7.

Abbatia tit. S. Joannis Evangeliſtæ de Burgo S. Sepulchri, vulgò *Borgo di San Sepolcro*, Congregationis Camaldulenſis, in Umbria, ſed in Magni Etruriæ Ducis ditione, apud Tyberim *Tevere* fluvium à cujus dextera, & Occidentali ripa mille paſſus diſtat, ſub Apennino monte ; in ejus Eccleſia extat Sacellum, quod Oppido nomen dedit. Condita eſt Eccleſia anno 996. ſub titulo S. Leonardi. Primus Abbas fuit anno 1030. S. Ægidius, anno 1109. Camaldulenſibus fuit attributa, ut aſſerit Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 299. fuit S. Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubdita, & ejus Abbas baculo Paſtorali, & aliis Pontificalibus inſigniis utebatur ; ſita erat in Diœc. Tipherni, ſive Civitatis Caſtelli, ſed eam Leo X. Papa anno 1515. decimo Kal. Octobris Pontific. anno 3. in Cathedralem Eccleſiam erexit, & ſub Metropoli Florentina conſtituit. Vide Ughell. to. 2. pag. 251. & ſeqq. D. Galeottus Gratianus, ultimus Abbas, factus eſt primus hujus Sedis Epiſcopus, Monachi verò habitant ad S. Nicolaum.

Prope Civitatem Burgi S. Sepulchri, Abbatia tit. S. Catharinæ, Monialium Ord. ſive Congreg. Camaldulen. de qua ad annum 1433. loquitur Ambroſius Generalis Camaldulenſium in ſuo Hodœporico pag. 64.

Abbatia tit. S. Nicolai de Butrano, S. Mariæ de Piliano, & S. Mariæ de Cannis ; (verba ſunt Ughelli) Ordin. S. Baſilii, Diœc. Hieracenſis in Calabria ulteriori, quæ Capellæ Præſepii Sanctæ Mariæ majoris de Urbe annexa ; ut obſervat citatus Ughell. to. 9. pag. 546. In Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. ſcribitur, aliàs de Vitriano, Ordinis S. Baſilii ; in Codice Taxar. D. Paſſionei ſic intitulatur S. Nicolai de Prato, de Buttrano, aliàs Vitriano, & S. Mariæ de Piliano.

Abbatia tit. S. Alberti de Butrio, aliàs Vallis Ingiæ, Ord. S. Benedicti, recenſetur in Codice Taxar. Cameræ Apo-

Apoſtol. Diœc. Derthonenſis *Tortona*, in Statu Mediolanenſi, data eſt in Commendam; de ea Ughellus to. 4. pag. 1128. fuit unita Abbatiæ S. Bartholomæi Papiæ; ita idem Codex Taxarum, & Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 161. Ibi requieſcere creditur Corpus S. Alberti. Hodie Commendatarius Abbas gaudet Jure Mitrę, & Baculi, atque Patronatus beneficiorum aliquot cum Cura Animarum, aliiſque prærogativis in temporalibus.

Abbatia Sancti Lucæ, & S. Petri, & Sanctæ Mariæ de Buttadi S. Anamę. Verba ſunt inſtrumenti facti an. 1096. quo Rogerius Comes Siciliæ, & Calabrię dotat Epiſcopum latinum in Civitate Squillacenſi Ulterioris Calabrię. Vide apud Ughellum tom. 9. pag. 592. an unica an plures fuerint Abbatiæ nihil certi poſſumus aſſerere.

C

ABBATIA, ſive Monaſterium Cabria dictum, Græcorum olim Monachorum, Diœc. Geruntinenſis *di Cerentia*, in Calabria Citeriori, quod anno circiter 1216. deſolatum Nicolaus Geruntinenſis Epiſcopus dedit Abbatiæ, ſeu Abbati Sancti Joannis de Flore; ut ibi ſui Ordinis, ſeu potiùs Congregationis faceret Monaſterium, donationem confirmavit Honorius III. Papa Pontific. anno 2. Sal. verò 1217. Vide Ughellum to. 9. pag. 703.

Abbatia tit. S. Mariæ Caburrenſis, de Caburno, & Caburro, aliàs Caburto, & in Codice Taxarum Cam. Apoſt. corruptè de Cabino, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Taurinenſis, quam anno circiter 1015. erexit Landulphus Taurinas Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 4. pag. 1443. ſita eſt in Villa de *Caburro*. Primus Abbas fuit quidam Joannes, fundationem confirmavit ann. 1041. Vido ejuſdem Sedis Taurinen. Epiſcopus. Caburrum Oppidum inter Padum, & Pelicem *Pelle* fluv. poſitum, cujus Abbas Commendatarius fuit anno circiter 1590. Gregorius Petrochinus de Montelparo Cardinalis, ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini aſſumptus. Vide Ciaconium tomo 4. pagin. 198. vulgò *Cavor* decem, & ſeptem millib. paſsuum *Turino* diſtans Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia tit. SS. trium Puerorum, aliàs S. Mariæ, in Territorio Cacurri, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Geruntinæ, & Cariati unitarum, in Calabria Citeriori, taxata fuit anno 1607. Ita Codex Taxarum D. Paſſionęi. *Cuccari* Oppidum ſupra montem, quatuor mill. paſſuum à Geruntiâ *Cerenza* diſtat versùs Occidentem.

Abbatia titulo S. Mariæ de Cadoſſa, Ord. S. Benedicti, Diœc. Caputaquenſis, in Regni Neapolitani Provincia Principatus Citerior dicta; de

ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. ſita eſt in Agro Oppidi Montis Sani. Unita fuit Monaſterio S. Laurentii terræ Padulæ Ordinis Carthuſianorum, ut aſſerit Ughellus to. 7. pag. 663. Unio facta eſt per Leonem X. Papam anno 1514. ut habetur in Codice Taxar. D. Paſſionei.

Cajeta, & Cajatta, vulgò *Gajetta*, & *Gaetta* Civitas, novi olim Latii, Maritima ad Tyrrhenum mare, in Regni Neapolitani Terra Laboris. Ibi.

I. Abbatia tit. SS. Theodori, & Martini, Ordin. S. Benedicti, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. erat olim prope Cajetam ad portum novum: hodie Arx eſt Cajetana dicta, præcipua totius Regni Neapolitani, & munitiſſima.

II. Abbatia titulo SS. Trinitatis, Ordin. S. Benedicti: unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua, ut aſſeritur in Codice Taxar. Cam. Apoſt.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Angeli, Ordin. S. Benedicti; quæ in Codice Taxarum Cam. Apoſt. vocatur S. Angeli de Palemphano: prope Gajetam, vocatur etiam Sancti Angeli de Gajeta; hanc cum Capella S. Theodori ſibi annexa, etiam in Cajetana Civitate Eugenius IV. Papa, Bullâ datâ anno 1434. aſſerit à ſe unitam Congregationi S. Juſtinæ de Padua. Vide Bullarium Caſinenſe to. 1. pag. 59. De Abbate S. Angeli Cajetani mentionem facit Leo X. ann. 1513. ibidem pag. 112.

IV. Abbatia titulo S. Spiritus de Gajeta, Ordin. S. Benedicti, unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua; ut aſſeritur in Cod. TaxarCam. Apoſt.

Cæſęna, & Cæſena, necnon Ceſona, vulgò *Cesena*, Civitas in Romandiola, inter Faventiam, & Ariminum, ad collis radices ſita, ad Sabim *Savio* fluv. apud Rubiconem amnem. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Laurentii, & S. Zenonis, de qua loquitur S. Gregorius Papa lib. 2. epiſt. cui circa annum 590. Natalis Cæſenæ Epiſcopus præfecit Abbatem quemdam Fortunatum. Sita erat in fundo Calaneo, & annis 1042. & 1175. unita fuit Eccleſiæ Cathedrali Cęſenatenſi; ut refert Ughellus to. 3. pag. 458. & 461. hanc unionem ad annum 1455. aſſignat, & Ordinis eſſe S. Benedicti aſſerit Codex Taxar. Cam. Apoſt. de hac unione loquitur Ughellus to. 3. pag. 658.

II. Abbatia titulo S. Mariæ de Monte, Ordin. S. Benedicti; ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. ſeu potius S. Mariæ de Monte Sacro, prope Ceſenam. In qua anno 946. tumulatus eſt S. Maurus ejuſd. Ord. Monachus, & Ceſenatenſis Epiſcopus, ac tutelaris Civitatis, ut refert Ughellus to. 3. pag. 457. ibi antea Fanum fuerat Jovis Horcii. Unita fuit per Nicol. V. Summ. Pont. anno 1453. Congregationi S. Juſtinæ de Padua.

III. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Mariæ Montis Mauri, quod etiam dicitur Abbatia Sancti Mauri, quodque anno 1244. Innocentius IV. Papa Joanni Cervienſi Epiſcopo confirmat. Vide Bullam apud Ughellum tomo 3. pag. 492. nihilominus videtur idem cum Abbatia precedenti S. Mariæ de Monte Sacro, ubi depoſitus eſt Sanctus Maurus Ceſenę Epiſcopus, à quo mons S. Mauri dictus, deinde à populo Mons Maurus appellatus prope Ceſenam.

ſenam. Hujus Abbatiæ S. Mauri Abbas erat (ut veroſimile eſt) Vaſinus Aſtenſis Epiſcopus anno 1473. ut refert idem Ughellus to. 4. pag. 565.

IV. In Civitate, Abbatia, ſive Collegium Abbatiale tit. S. Crucis, à fundatione ſub Canonica, & Regula S. Auguſtini inſtitutum; erat membrum antiquæ Congregationis Portuenſis, & in ejus favorem reperitur privilegium Innocentii II. Papæ de anno 1139. nunc unita eſt Congreg. Canonicorum Regularium Lateranenſium nuncupatorum, ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitæ lib. 2. cap. 21. nunc extra portam eſt Civitatis: olim Prioratus in Civitate, ſub eodem S. Crucis titulo, qui adhuc perſeverat, & cujus aliqua bona fuernnt huic novo conſtructo Monaſterio attributa, quod Pius V. Papa anno 1566. in Abbatiam erexit; ut teſtatur citatus Gabriel Pennottus lib. 3. cap. 34. pag. 705.

V. Abbatia tit. S. Hieronymi de Ceſena, in Civitate, & non longè ab Epiſcopio, Congreg. Cœleſtinorum, Ordinis S. Benedicti, ſita eſt in via Æmilia; fundator fuit Dardonus quidam de Tallamello Ceſenaten. Diœc. anno 1348. qui cum mercator eſſet, & ad Nundinas in Regnum Neapolitanum quotannis proficiſceretur, gravi infirmitate aliquando ibidem correptus ad Cœleſtinos Lucerienſes divertit; à quibus humaniſſimè exceptus, & omnibus charitatis officiis in ſua infirmitate devinctus; ſtatim, ac in Patriam rediit, beneficii memor accepti, propriam domum in Eccleſiam convertit, & Cœleſtinis Patribus attribuit, iiſdem poſt mortem hæredibus ex aſſe inſtitutis; ita D. Cœleſtinus Guicciardini in relatione MS.

Abbatia tit. S. Joannis de Cajano; Vide infra litt. F. de Fajano.

Abbatia titulo S. Angeli de Caipha, vide infra litt. G. verbo de Gaiſa.

Abbatia tit. S. Mariæ de Cairate, ſive Cariata, Monialium, in Diœc. Mediolanenſi, quam tempore Anaſtaſii Papienſis Epiſcopi, qui vixit ad ann. uſq; 737. fundavit Manigunda; voluit tamen ut Epiſcopo Papienſi ſubiecta eſſet, Abbatiſſæque benedictionem ad eum, & ad ejus ſucceſſores perpetuò pertineret; ita refert Ughellus in Epiſcopis Papienſibus, to. 1. pag. * 12. & dicitur poſita in Cariata; forſan *Caira* vicus ad *Olena* fluv. 22. paſſuum mill. Mediolano diſtans Occidentem æſtivum verſùs.

Abbatia titulo SS. Virg. Mariæ de Calabro Maria, aliàs de Altilia, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Tropejenſis in Calabria Ulteriori, quam fundavit, ſive reſtruxit Polychronius Geruntinenſis, *de Cerentia* Epiſcopus, de conſenſu Conſtantini Tropejenſis Epiſcopi anno 1099. fundationem confirmavit Rogerius Dux Calabriæ, & Siciliæ; fuit vivente Joachimo Florenſi Abbate eidem Abbatiæ Florenſi unita, poſt ejus mortem Abbatiæ Curatii, Ord. Ciſtercienſis, ſed lite orta rediit ad Florenſes Monachos; tandem poſt aliquot ſecula ad Ciſtercienſem Matrem reverſa eſt; ut obſervat Ughellus Ciſtercienſis tom. 9. pag. 671. & 676. forſan nunc vicus eſt. *S. Maria* dictus ad mare poſitus, tribus mill. paſſuum Tropeà diſtans Orientem æſtivum verſùs.

Abbatia tit. S. Nicolai de Calamuſio,

ſio, Ordin. ſive Congreg. Camalduſis, Diœc. Militenſis *Mileto* in Calabria Ulteriori; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. Sylv. Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi, lib. 1. pagin. 68. vocat Sancti Nicolai de Calamiſti.

Abbatia tit. S. Nicolai, quæ eſt in Pago Calamitio, ſive de Colamizzi, Ord. S. Baſilii, Diœc. Rhegienſis in Calabria Ulteriori, cujus Monachus fuit B. Cyprianus Rhegienſis; ut refert Ughellus tom. 9. pag. 429. fuit data in Commendam; non eſt diverſa à Monaſterio S. Nicolai de Calaviſio, quod extabat ante ann. 1325. dicitur etiam de Calamitto, in Codice Taxarum D. Paſſionęi.

Abbatia tit. S. Flaviæ, ſita in Calatanis. in Sicilia, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Agrigentinæ, de qna ſcribit Rocchus Pirrus in hujuſce Eccleſię notitia: unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua, aliàs Caſinenſi. Per Clementem Papam VIII. ann. 1598. ita Syllabus Abbatiarum illi Congreg. unitarum. MS.

Abbatia tit. S. Spiritus, in nobiliſſimo Oppido Calatanixettę Comitatus titulo inſigni, Diœc. Agrigentinę in Sicilia; ut aſſerit Rocchus Pirrus in hujuſce Eccleſię notitia; in Codice Taxarum Camerę Apoſt. dicitur eſſe Ordinis S. Auguſtini: ſita eſt in Valle Notienſi, viginti paſſuum millibus Agrigento diſtans, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Antonii; in Oppido Sicilię Calatavuturis, ſive Calatavutura dicto, in edito colle ſito, Diœc. Cephaludenſis, ut teſtatur Rocchus Pirrus in notitia Cephaludenſis Eccleſię, lib. 3. vulgò *Calatavolturo* Mediterraneum, viginti ſex paſs. millib. à Cephaludenſi Civitate diſſitum versùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Helię de Calatro, aliàs de Celato, Ord. S. Baſilii, Diœc. Miletenſis; recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. ſita eſt ad *Meſima*, ſive Metramum fluv. apud dexteram; & Aquilonarem ripam, ſeptem paſs. millib. Mileto diſtans, versùs Meridiem, in Calabria Ulteriori.

Abbatia tit. SS. Viti, & Modeſti de Calavenna, ſive de Calavena, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Veronenſis, de qua in Codice Taxar. Cam. Apoſtolicę ubi aſſeritur unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua per Alexandrum VI. anno 1498. nihilominus Eugenius IV. Papa ; Bullâ datâ anno 1434. illam recenſet inter Monaſteria ejuſdem Congreg. Ejus Abbas erat anno 1338. quidam nomine Caſtelanus; ut refert Hieronym. dalla Corte in hiſtoria Veronenſi part. 2. lib. 2. pag. 79. vide Bullarium Caſinen. to. 1. & tomo 2. pag. 418. nihilominus vetuſta eſt, & celebris reperiturque ſub tit. SS. Petri, & Viti, & extabat ante annum 1040. Illam Eugenius III. Papa Thebaldo Veronenſi Epiſcopo confirmat, privilegio dato anno 1145. Et Lucius III. anno 1185. nunc unita eſt Abbatiæ SS. Nazarii, & Celſi, vide Ughellum tomo 5. pag. 541. 734. & 753. vocatur etiam de Calvena, apud eund. Hieronym. cit. part. 2. pag. 310. ubi ad annum 1424. Menſa Abbatialis ſeparatur à Menſa Monachali; decem paſs. mill. Varonâ diſtat Orientem hyemalem versùs, apud *Progno* fluv.

Abbatia Sancti Nicolai de Calaviſio.

ſio. Vide ſupra Sancti Nicolai de Calamitio.

Abbatia titulo S. Mariæ de Calcinajo, Canonicorum Regularium, Ordin. S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia dictę, Diœc. Cortonenſis, quæ ſuppreſſa fuit ab Innocentio X. Papa; ita Syllabus MS. Abbatiarum hujus Congreg. *Calcione*, 15. paſſuum millibus Cortonâ diſtat, versùs Occidentem parumper ad Auſtrum, in Dominio Florentino.

Aabatia tit. S. Mariæ de Calena. Vide infra litt. V. apud Veſtanam Civitatem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nicolai de Caligara, quod Henricus IV. Rex anno 1063. confirmat Archiepiſcopo Ravennatenſi; ut refert Ughell. to. 3. pag. 362.

Callaris, & Calaris, aliàs Caralis, & Carallis, vulgò *Cagliari*, Civitas Archiepiſcopalis, & primaria Sardinię Inſulæ, ad oram Auſtralem, contra Africam.

I. Extitit olim in Civitate Abbatia, ſive Monaſterium S. Luxorii dictum, de quo loquitur S. Gregorius Papa in regiſtro lib. 1. ad Januarium Calaritanum Epiſcopum.

II. Ibidem olim Abbatia, & Monaſterium Monialium, ſub titulo Sanctorum Gavini, & Luxorii; de quo S. Gregorius Papa lib. 7. Indictione 2. epiſt. 7.

Callium, Calle, & Cale; vulgò *Cagli*, Civitas Umbriæ, in Ducatu Urbinatenſi, quæ per aliquod tempus vocata eſt Civitas S. Angeli Papalis, inter Cantium *Candiano*, & Boaſum *Boaſo* fluvios ſita.

I. Abbatia titulo S. Geruntii in mœnibus Callienſibus, ante ann. 700. à civibus ædificata pro Monachis Benedictinis, cujus Monachus, & Abbas erat Hugo Comes Fulconis Comitis filius, anno 1060. factus Callii Epiſcopus. Ejus Abbati Alloderio ann. 1170. litteras dedit Alexander III. Papa. Vide apud Ciaconium pag. 1100. Idem Papa, eodemque anno Anteceſſorum ſuorum more, illam ſub ſua immediata protectione ſuſcipit; Poſtmodum fuit à Duce Frederico Feltreſchio diruta, & in arcem munitiſſimam converſa; ejus vero bona, & poſſeſſiones jubente Nicolao V. Sum. Pont. Epiſcopali Canonicorum Menſæ perpetuò unita; tandem arce ſolo æquatâ, locum occupaverunt PP. Capuccini. Vide Ughell. to. 3. pag. 894.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Cæciliæ Monialium, Ordinis S. Benedicti; quod ann. circiter 1435. Geneſius Callienſis Epiſcopus Abbatiæ Sancti Petri adjunxit; ut refert Ughell. to. 3. pag. 904.

III. Abbatia titulo S. Petri, prope, & extra muros, ſub tit. S. Petri in Vinculis, dicta de Villa Maſſa Montis Neronis. Ordinis olim S. Benedicti, ſeptem mill. paſſuum Callio diſtans Occaſum versùs; fundata ante ann. 830. quam Joannes Papa XX. anno 965. deinde Benedictus IX. & Benedictus X. tandem anno 1188. Clemens III. ſub ſua Sanctæque Sedis tuitione ſuſceperunt. Vide apud Ughel. tom. 3. pag. 896. vocatur alibi S. Petri de Maja, aliàs de Maſſa montis Neronis. Illi unita ſunt Monaſteria Sanctæ Cęciliæ Monialium, Ord. S. Benedicti, & S. Margaritæ Monial. ejuſdem Ordinis; ut habetur in Codice

Tá-

Taxarum Cameræ Apoſtolicæ fuit à Sixto IV. Papa anno 1483. unita Congregationi Canonicorum Regularium Ordin. S. Auguſtini, S. Salvatoris de Bononia; ut obſervat Gabriel Pennottus hiſtor. tripartitæ lib. 2. cap. 52. vocatur aliquando ſimpliciter Abbatia de Maſſa; fuit tandem ab Innoc. X. Pont. ſuppreſſa; ut habetur in indice MS. Abbatiarum hujus Congregationis.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Margaritæ, Monialium Ordin. S. Benedicti, Diœceſis, ſi non Civit. Callienſis, unitum Abbatiæ præcedenti S. Petri de Villa Maſſa Montis Neronis; ut habetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Calomelo, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Rhegienſis in Calabria Ulteriori; ita Cod. Taxar. D. Paſſionęi, in vetuſto Cod. Taxæ Cameralis vocatur S. Salvatoris de Colomanis. Vide infra litt. M. verbo Menſa.

Abbatia de Caloſuber, quæ poſtea Bonum lignum latinâ voce nuncupata, quamque fundavit, & conſtruxit Joannes Joachimus Florenſis Abbas anno circiter 1195. Abbatiæ Florenſis ſuffraganea, & à prędaudato Abbate dependens, in Coſentina Diœc. ut videtur & in Calabria citeriori; de qua mentio fit in privilegio Conſtantinæ Imperatricis, & Siciliç Reginç dato anno 1198. apud Ughellum tomo 9. pag. 264. & 278.

Abbatia tit. S. Nicolai de Calomitio, Ord. S. Benedicti, Diœc. Rheginenſis in Calabria Ulteriori; ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo.

Abbatia ſtit. S. Nicolai de Calonis, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Barenſis; de qua vetus Codex Taxę Cameralis, in Apuliç parte, quæ nunc terra Barienſis *di Bari* dicta.

Abbbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nicolai de Calopezzato, Diœceſis Roſſanenſis, quod anno 1285. Angelus Roſſanenſis Archiepiſcopus reformandum, ſeu potius reſtaurandum tradidit Paulo Archimandritę Monaſterii de Patiro; ut refert Ughell. to. 9. pagin. 401. *Calopezzat* Oppidum in Calabria Citeriori, quatuordecim paſſuum millibus à Roſſano diſtans, Orientem hyemalem versùs, ſuper *Firmarolo* fluvium.

Abbatia titulo S. Joannis de Calovita, Ordinis S. Baſilii; ita Indiculus Abbatiarum Calabriç, ejuſdem Ord. apud Sylveſtrum Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi, lib. 1. pag. 68. poſſet credi titularem iſtum eſſe S. Joannem Calybitam novę Romę, ideſt Conſtantinopoli defunctum Monachum Acœmetum, & ſub Regula forſan S. Baſilii.

Abbatia tit. S. Stephani, & S. Mariç de Calvello, ſeu Calvalla, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Marſorum in Aprutio, aut Marſicenſis in Principatu Citeriori; in Regiſt. Pauli III. anno circiter 1535. de ea Codex Taxarum D. Paſſionęi.

Abbatia tit. S. Benedicti de Cavello Congreg. Vallis Umbroſę, Ord. S. Benedicti, Diçc. Suanenſis *Soana* in Etruriç Agro Senenſi, de qua Codex Taxarum Camerę Apoſtolicę; in Codice Taxarum D. Paſſionęi dicitur titulo S. Benedicti Montis Calvelli, & unita Eccleſię Suanenſi.

Ab-

Abbatia titulo S. Crucis de Calvomonte, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; in Marchia Anconitana.

Abbatia S. Joannis de Calvula. Vide litt. V. de Valle Calvula.

Abbatia tit. S. Mariæ de Camilliano, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Roſſanenſis in Calabria Citeriori; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ de Roberto Abbate Camiliani ad annum 1156. loquitur Ughellus tomo 9. pag. 469.

Camaldulenſis Heremi Prioratus Generalis totius ejuſdem Ordinis, ſive Congreg. Caput, Diœc. Aretinæ, & plurium origo Abbatiarum, cui perpetuò unita eſt Abbatia, ſive Monaſt. S.Salvatoris Civitatis Florentiæ, ejuſd. Ordin. ut refertur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. anno 1409. reperitur in Concilio Piſano D.Honuphrius Abbas Generalis Ordinis Camaldulenſis; hinc colligitur Priorem titulo Gaudere Abbatis. Eccleſia ſub tit. eſt S. Salvatoris, & Bullâ Alexandri II. Papæ anno 1062. locus vocatur *Campus Amabilis*, ſita eſt juxta fluv. Arelani, triginta paſs. mill. Florentiâ, versùs Orientem æſtivum, & 14. paſs. mill. Aretio, versùs Aquilonem; fuſam & exactam habes loci deſcriptionem in Hiſtoria Camaldulenſi lib. 1. cap. 30. pag. 65.

Camerinum, vulgò *Camerino* Civitas in Umbria, in montibus ad fines Piceni, unde à pluribus in Marchia Anconitana collocatur. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Euſtachii, Ord. S. Benedicti; ut recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. in veteri Cod. Taxæ Cameralis legitur S. Euſtachii de Domoris, & S. Laurentii de Dolio invicem unitarum, Ord. S. Benedicti. Diœc. Camerinen. idem alibi legit de Dominis, & de Doliolo.

II. Abbatia titulo S. Carpophori extra muros Camerinenſes; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt.

III. Prope Camerinum, vide ſupra Abbatia tit. S. Mariæ Collis Bovis litt. B.

IV. Abbatia titulo S. Mariæ Novæ in Civitate Camerinenſi, unita erat Abbatiæ S. Benedicti in Nemore, ut teſtatur Codex Taxarum Cam. Apoſt. Ibi ab anno 1484. & per aliquos deinde annos ſteterunt Monachi Congreg. Montis Oliveti; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato, pag. 121. Eccleſia antea dicebatur di *Belmaguero*.

V. Prope Camerinum Civitatem, Abbatia vetus tit. S. Mariæ de Sylvâ Monialium, quibus amandatis, unita eſt Abbatiæ S. Mariæ de Colle Bovis, Congregationis Montis Oliveti; ut obſervat Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 121.

VI. Abbatia Camerini tit. S. Antonii, Congreg. Sylveſtrinorum, Ord. S. Benedicti; de qua Syllabus Abbatiarum ejuſd. Congreg. MS.

Abbatia tit. S. Petri de Camorata, Ord. S. Benedicti, Diœc. Policaſtrenſis; ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. vulgò de *Camerota*, Ord. nunc Canonicor. Præmonſtratenſium, ſub Regula S. Auguſtini; filia eſt Abbatiæ S. Samuelis de Barulo, ejuſdem Ordin. ut conſtat ex Bibliothecæ Præmonſtratenſis Circaria Italiæ. *Camerotta* Oppidum Regni Neapolitani in Citeriori Principatu, decem millib.

K paſ-

paſsuum Policaſtro diſſitum, versùs Occidentem, paululum ad Meridiem. Codex tamen Taxar. D. Paſſionæi, illam cum Abbatia de Cuſato confundens, aſſerit ſuppreſſam, & unitam Menſæ Capitulari Baſilicæ Vaticanæ.

Abbatia tit. SS.Trinitatis de Campagnola; vulgò *Campagnuola*, Ord. Canonicor. Regularium S. Auguſtini, Diœc. Regii Lepidi, unità Abbatiæ S. Mariæ de Magola; ut recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. Utriuſque Abbas erat quidam Petrobonus anno 1393. Vide apud Ughellum tom.5. pag.433. de ea ibidem pagin. 1558. In planicie poſita & ſuper *Navilio* fluvium, in Statu, vulgò *del Corregio* dicto, duodecim millibus paſs. Regio Lepidi diſtans versùs Boream.

Abbatia S. Michaelis in Campanea, Vide Verbo Verona, num. 10.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Campania, cujus fructus per litteras Apoſtolicas uniti ſunt Abbatiæ S. Magni *San Mano* extra muros Fundanos; ita Codex Taxarum Cam. Apoſt.ſita erat in Latii parte *Campania* Felice dicta, unde nomen ſortita eſt Campaniæ.

Campania, vulgò *Campagna* Oppidum Mediterraneum in Regni Neapolitani Citeriori Principatu, Diœc. Salernitanæ, à Clemente VII. Papa in Civitatem Epiſcopalem erectum, ſed poſtea reductum ad primum ſtatum, decem, & novem millib. paſs. Salerno diſtans, versùs Orientem; fluviolis *Atro*, & *Tensa* è vicinis montibus profluentibus alluitur, ſecaturque per medium. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium, titulo S. Cathaldi, in Pago Campanienſi, Diœc. Salernitanæ; cujus Eccleſiam, & Cœnobium condidit, & magnificè dotavit circa annum 1160. Romualdus II. Salernitanus Archiepiſcopus; quod per aliquot ſecula Menſæ unitum fuit Eccleſię Campanienſis, maximè dum Campania, Epiſcopali dignitate ornata eſt à Clemente VII. Vide apud Ughellum to.7. pag. 566.

II. Abbatia titulo S. Mariæ Novę de Campania, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Salernitanæ, quæ unita fuit Congregationi Montis Oliveti; ut aſſeritur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. Codex tamen Taxarum D. Paſſionęi aſſerit unitam Collegiatæ Eccleſiæ B. Mariæ de Pace Oppidi Campanię, per Leonem X. Summ. Pontificem, anno 1515.

Abbatia tit. S. Petri de Campegia, aliàs Compegia, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Aquinatenſis; ut refertur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. in Campania Felice, quæ nunc Terra Laboris dicta.

Abbatia in loco Cample dicto, ſex millib. paſs. ab Urbe Nurſia diſtante, quam ædificavit, & rexit anno 471. Sanctus Spes Abbas, de quo loquitur. S. Gregorius Papa dialog. lib.4. ca.10. illud idem Monaſterium eſt, quod plurimarum Monialium ſub regimine Equitii Abbatis in Valle Caſtoriana, quodque poſtea fuit ſub tit.S.Eutychii, Ordinis S. Benedicti, ſed Virorum numero, & opibus celebre; ab eo expulſi ſunt Monachi ann. 1568. nunc Canonicor. Secularium eſt Collegium ſub Abbate tamen Commendatario; ut obſervat Ludovic. Jacobilli in lib. de SS. Umbriæ eſt in Umbria; Diœc.

eſt Spoletanæ; de ea ſub tit. S. Eutitii, ſive Mutii, aliàs Valle Caſtorienſi, ſive Caſturina Codex Taxar. Cameræ Apoſtol. illam incoluere Benedictini; fuit celeberrima, & à Sancta Sede Apoſtolica immediatè dependens; ita citatus Author lib. 1. pag. 553.

Abbatia tit. S. Onuphrii de Camplo, Congregationis Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti, in Regni Neapolitani Provincia Aprutii Ulterioris; non procul à Truenti fluv. fontibus ſita, quam quondam fundavit, & dotavit Leonardus Antonius Nardi de Camplo anno 1489. verum, cùm non omnia fundatoris expectationi reſponderent, Innocentius VIII. Papa eidem Monaſterio univit quemdam Prioratum Terræ Cęſenani, ad Abbatiam S. Marciani de Nucello, Ord. S. Benedicti ſpectantem, cùm autem poſita ſit in extremis tum Regni Neapolitani, tum Status Eccleſiaſtici, obnoxia fuit Prædonum, quos Banditos vocant, excurſionibus; ut refert D. Cœleſtin. Guicciardinus in ſua MS. relatione.

Abbatia tit. SS. Mariani, & Jacobi de Camplo, cujus Eccleſia nunc Secularis Abbatia eſt, & Collegiata; ut teſtatur Ughellus; forſan eadem cum Abbatia S. Marciani de Nucello: nam, cùm terra Campli tribus conſtet partibus, tertia ejus pars eſt Nuccella Oppidum; vulgò *Nocella*, in Aprutio Ulteriori, decem paſs. mill. Interamnâ *Teramo* diſtans, Occidentem æſtivum versùs, ſuper *Trontino* fluvium; erat Ord. S. Benedicti.

Abbatia titulo S. Mariæ de *Campo baſſo*, Diœc. Beneventanę in Principatu Ulteriori, de ejus Abbate habente uſum Mitræ, & Baculi mentio fit anno 1374. in Synodo ab Ugone II. Archiepiſcopo Beneventano habita. Vide *Pompeo Sarnelli. Memorie Cronologiche de' Veſcovi, ed Archiveſcovi di Benevento* pag. 132. diſtat viginti ſex paſs. mill. à Beneventana Civitate, versùs Aquilonem.

Abbatia Campoleonis, vide infra de Capoleone, ſive de Capolana.

Abbatia, ſive Monaſt. in Campo Coronatæ, à Cuniperto Longobardorum Rege in honorem S. Georgii conditum; creditur locum fuiſſe inter Papiam, & Vicentiam poſitum; ita Epit. Hiſt. Benedict. tomo 2. pag. 36. unde credi poteſt Ordinis fuiſſe S. Benedicti.

Abbatia titulo S. Bartholomæi de Campo-Regiano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Eugubinæ, corruptè de Campuegio in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. quam condidit, & fundavit anno 1053. S. Petrus Damiani Card. cujus primus Abbas fuit Joannes ejus diſcipulus; Ejus Abbas nominatur in quodam privilegio dato anno 1196. in favorem Aretinæ Eccleſiæ, apud Ughellum tomo 1. pag. 460. ejuſdem Abbatiæ Eccleſia anno 1228. conſtructa, ſive reſtructa eſt, rem promovente B. Villanio Eugubino Antiſtite. Vide Ludovic. Jacobilli de Sanctis Umbrię tomo 1. pag. 472. erat Congregationis Abbatiæ S. Petri de Eugubio, cui unita fuit per Martinum V. anno 1419. ita idem Author tomo 3. pag. 300. tandem anno 1505. in eam introducti ſunt Monachi Congregationis Montis Oliveti, quorum nunc eſt Simplex beneficium ibidem pag. 306. de ea loquitur Bonavent. Tondi in ſuo

Oliveto dilucidato pagin. 7. undecim mill. paſs. Eugubio diſtat versùs Occidentem paulò ad Aquilonem, & trib. paſs. mill. ab Oppido *Fratta*, versùs Boream, in Ducatu Urbini.

Abbatia tit. S. Benedicti de Campitellis, Ordin. S. Benedicti, in Umbria ędificata anno 1030. Cum Eccleſia S. Laurentii de *Campatuni*, cujus primus Abbas Albertus vocabatur; & anno 1070. alter Abbas nomine Francus; ut teſtatur Ludovicus Jacobilli de SS. Umbrię to. 3. pag. 305.

Abbatia tit. S. Laurentii in Campo, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Fanenſis Civitatis Umbriæ Senonenſis, vulgò *Fano*; extabat hęc Abbatia ante ann. 1289. ut teſtatur Ughell. to. 1. in Epiſcopis Fani; recenſetur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. de ejus Abbate ad annum 1455. mentionem facit Lucas Wadinghus in Annalibus Seraphicis num. 121. hoc Monaſt. dicitur nullius eſſe Diœc. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Laurentii de Campo, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Faventinæ de *Faenza*; ut recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. in Æmilia, ſive Romandiola, forſan *S. Lorenzo* 13. mill. paſs. Faventiâ diſtans, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri in Campis, quod Alex. III. Papa, Bullâ data 1173. confirmat Andreę Teatino Epiſcopo, & Innocentius III. Bartholomæo ejuſdem ſucceſſori ann. 1208. ubi vocatur S. Petri in Campo. Vide apud Ughell. to. 6. pag. 877. & 886. Diœc. erat Teatinæ, in Regni Neapolitani Aprutio Citeriori.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri in Campo, quod anno 1462. à Pio II. Sum. Pont. unitum eſt Epiſcopalibus Eccleſiis Pientinæ *Pientia*, & Ilcinenſi de *Monte Alcino* ſimul ab eodem Pontifice junctis; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Oppidum S. Petri in Campo ab ipſo Pio II. attributum eſt Pientinę Eccleſiæ, ab Ilcinenſi ſeparatę, in Territorio Senenſi.

Abbatia tit. S. Petri in Campo, de qua in Bulla Alexandri II. Papę data anno 1068. Vide apud Ughellum to. 2. pag. 726. & pag. 733. dicitur Abbatia S. Petri in Campo Malburgo Malmibacci, videturque fuiſſe Cluſinæ *Chiuſi* Diœc. in Etruria.

Abbatia titulo S. Bartholomęi de Campo Fullono, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Firmanæ; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. eadem eſt ſanè cum Abbatia Campi Fellonis, de qua mentio fit in Bulla Pii V. data pro erectione Eccleſię Ripætranſonis in Cathedralem anno 1571. apud Ughellum tomo 3. pag. 836. vulgò *Campo Felone* Oppidum novem paſs. mill. à Civitate Firmana diſſitum, Orientem hyemalem versùs, & 4. paſs. mill. ab Adriatico mari, in Marchia Anconitana.

Abbatia titulo S. Michaelis, ſive S. Marię de Campo Groſſo, Ordinis S. Baſilii, de qua ut aſſerit Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis ipſemet locutus eſt lib. 1. de Eccleſiis Siciliæ, notitia 1. fol. 153. & 211. exciderat anno 1613. quo de hujus Ordinis Abbatiis extantibus ſcripſit Sylv. Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 67.

Abbatia tit. S. Nicolai de Campo Longo, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Aſſi-

Aſſiſinatis, in Ducatu Spoletano; ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Codex Taxar. D. Paſſionei aſſerit unitam eſſe fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci; in Veteri Cod. Taxæ Cameral. dicitur extra muros Aſſiſinates.

Abbatia titulo S. Petri in Campo Majori, Diœceſis Lucanæ, in Tuſcia; recenſetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. unita eſt Hoſpitali pauperum de Miſericordia Civitatis Lucanæ; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Prope Campum mortuum, vulgò *Campo morto*, quæ parva regio eſt Latii, Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Cæſarii, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Veliternenſis, quod olim poſſidebant Baſiliani Monachi S. Bartholomæi: Velitrarum Civitati erat ad Meridiem. Vide Bonaventuram Theule in Theatro Hiſt. *di Velletri* pag. 297.

Abbatia tit. S. Euphemiæ de Campo S. Petri, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tarviſinæ; tenebatur in Commendam anno 1579. per Vincentium Juſtinianum Cardinalem, ut conſtat ex inſtrumento publico. *Campo* S. Pietro Oppidum inſigne in Territorio Paduano prope fines Agri Tarviſini, ad confluentes fluviolos *Vandura*, & *Riovego*, tredecim circiter paſſuum millibus à Tarviſina Civitate Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Maria de Campora. Vide infra della Capora.

Abbatia tit. S. Mariæ de Campis, Ordin. S. Benedicti, quæ unita eſt Cathedrali Eccleſiæ Alexandrinæ anno Sal. 1458. ut refertur in Codice Taxar. Cam. Apoſt.

Abbatia tit. S. Annæ in Camprena, Ordinis, ſive Congreg. Montis Oliveti, Diœc. primitus Aretinæ, nunc Pientinæ unitæ Diœc. Ilcinenſi, in Senenſi Territorio, inter Montem Politianum, & Montem Oliveti, ab utroque quinque millib. paſs. diſſita, Ordinis olim S. Benedicti; ut habetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. ipſi initium dedit anno 1324. Uguccia Ranuccii Bognonii Senenſis Patricii Conjux, Eccleſiam iſtam cùm tenuî dote concedens Olivetanis, dotem poſtea auxit Legatum Angeli Martinozzi Senenſis, quod recuſaverant PP. Carthuſiani. In hoc Monaſterio hoſpitatus eſt Pius II. Papa, ut ipſemet narrat Commentariorum lib. 10. Vide Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 16.

Abbatia titulo S. Mariæ de Cana, Diœceſis Neocaſtrenſis *Nicaſtro*, in Calabria Ulteriori, dari ſolita in Commendam; ut obſervat Ughell. to. 9. pag. 556.

Abbatia titulo S. Mariæ de Canali, Monialium Ord. S. Benedicti, Diœc. Amerinæ, quam anno 1390. Bonifacius IX. Papa per Bullam unit Abbatiæ S. Manni Civitatis Ameriæ; ita ut S. Mariæ defuncta Abbatiſſa, Moniales, & omnia bona Monaſterii uniantùr prædicto S. Manni Monaſt. utrumque erat ſub juriſdictione, & protectione Abbatis S. Pauli de Urbe. Vide Bullar. Caſinen. to. 2. pag. 288. *Canale* Terra, ſive Vicus Umbriæ in Colle poſitus, octo circiter paſſuum millibus Ameriâ diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Laurentii de la Canaria, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Compſanæ *Conza*, in Regni Neapolitani

tani, Provincia Principatus Ulterior dicta; ut habetur in Codice Taxar. D. Paſſionęi; erat tempore Clementis VII. circa ann. 1528.

Abbatia tit. S. Baſilidis de Canaria, Ordinis, ſive Congregat. Vallis Umbroſę, Diœceſis Parmenſis; de qua Codex Tax. Cam. Apoſt.

Abbatia tit. S. Andreæ de Canceto, Ordin. Ciſtercien. Diœc. Piſanæ; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. eadem eſt cum Abbatia de Claravalle, ejuſdem Ordinis, & Diœceſis, in eodem Taxarum codice; quia forſan filia Abbatiæ Claræ Vallis in Gallia; deſideratur in Indice Caroli de Viſch, per Bullam Pauli II. Papæ unita eſt Abbatiæ S. Michaelis de Verruca.

Abbatia tit. S. Andreæ de Candeculis, Ordinis, ſeu Congreg. Camaldulenſis, Diœc. Florentinæ, in Etruria; de qua Codex Taxar. Cameræ Apoſt. De Petro Abbate S. Andreę de Candiculis, ſub Innoc. VIII. Papa ad annum 1486. mentio fit in hiſtoria Camaldulenſi part. 2. lib. 4. cap. 21. In Codice Taxar. D. Paſſionęi dicitur nunc eſſe Congregat. Vallis Umbroſæ illique unitam per Clementem VII. Papam anno 1526. in altero Codice Tax. vocatur de Claviculis.

Abbatia tit. S. Marię, aliàs S. Michaelis de Candiano, ſive de Candiana, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Patavinæ; ita Cod. Taxar. Cam. Apoſt. de ea mentio fit ad annum 1350. Gabriel Pennottus hiſtor. tripartitę lib. 2. cap. 25. vocat Cœnobium Abbatiale S. Michaelis de Candiana conceſſum Canonicis Regularibus, Ord. S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia per Nicolaum V. Papam anno 1449. Index tamen Abbatiarum hujus Congreg. aſſerit ipſi unitam tempore Pii II. anno 1463. Curam habet Animarum. Anno 1585. ejus Abbas erat D. Patritius Spini Brixianus, qui hiſtorias Brixianas M. Eliæ Cauriolo edidit, & auxit; ſita eſt in Territorio Patavino, & à plurimis incolitur Canonicis. De ea Sylveſter Maruli in Oceano Religionum Mundi lib. 4. pagin. 326. quindecim mill. paſs. Patavio diſtat Orientem hyemalem versùs ſuper *Berbegara* fluv.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Mariæ Montis Virginis in Terra Candida nuncupata, Ord. ſive Congregationis Montis Virginis, ſub Regula S. Benedicti, quod per Superiorem cum tit. Abbatis regi conceſſit Paulus V. Papa, Bullâ data ann. 1611. Vide Bullarium Caſinenſe to. 1. pag. 423.

Abbatia titulo S. Marię de Caneto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Polenſis, unita cum Abbatia S. Michaelis de Monte, ut aſſeritur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. ſita eſt in Iſtria.

Abbatia S. Mariæ de Caneto, Diœc. Volaterranæ. Vide infra de Coneo.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Marię in Canneto in finibus Thermulenſis Territorii, quod Henricus Imperator Caſinenſi Cœnobio confirmat. Vide Chronicon Caſinen. lib. 2. cap. 43. *Caneto* Oppidum in Regni Neapolitani, Provincia Capitanata dicta, maritimum, prope *Tiferno*, ſive *Fortore* fluvii oſtia tribus paſſuum millib. à Termulenſi Civitate *Termoli*, ſive Termine diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Petri in Canneto, aut Montis Canneti, quod Urbanus II. Papa, in ſua Bulla data

data anno 1097. declarat eſſe ſub juriſdictione Epiſcopi Verulani. Vide Ughellum tomo 1. pag. * 292. *Caneto* Terra, ſive Vicus Latii, ſive Campaniç de Roma, tredecim millib. paſs. Verulis *Veroli* diſtans Orientem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Euſebii in plebe Canobii, Ordinis ſive Congreg. Vallis Umbroſç, Diœceſis Novarienſis; ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, in Ducatu, ſive Statu Mediolanenſi.

Abbatia S. Petri de Canonica. Vide ſupra verbo Amalphia num. 1.

Abbatia de Canoſſa. Vide Canuſina.

Abbatia tit. S. Salvatoris, & S. Bartholomęi de Cantignano, Ord. ſive Congreg. Camaldulenſis, Diœc. Tipherni, ſive Civitatis Caſtelli; ut refertur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. in Ducatu ejuſd. Civit. Caſtelli, inter Umbriam, & Ducatum Urbini.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Salvatoris, ſive S. Salviani de Cantiniano, vulgò de *Catignano*; Ordinis, ſeu Congregationis Camaldulenſis, Diœceſis Lucanç: unita eſt Abbatiæ S. Pantaleonis ejuſdem Diœc. tempore Martini V. Papç, qui ſedere cœpit an. 1417. Vide Codicem Taxarum Cam. Apoſt. de ea ſæpe loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico ad annum 1432, de Roberto Cantiniani Abbate mentio fit anno 1212. in Hiſt. Camaldulen. par. 2. lib. 3. cap. 1. diſtat quatuor millibus paſſuum à Civitate Lucenſi, versùs Meridiem.

Abbatia S. Nicolai de Cantone. Vide de Controno.

Abbatia Canuſina, aliàs de Canoſſa, in qua ſepultus eſt Gothifredus Brixienſis Epiſcopus, qui ſedere cœpit anno 970. & ejus Pater Atho Brixienſis Marchio, qui plures Sanctorum reliquias huic Abbatiæ conceſſit. Vide Ughellum to. 4. pag. 737. ſub titulo S. Apollinaris, & Ord. S. Benedicti; illud Monaſt. Alberoni Regii Epiſcopo confirmat Lucius II. Papa an. 1144. idem Auth. to. 5. pag. 1607. an. 1513. Ludov. Tricaricenſis Epiſcopus Commendatarius erat S. Apollinaris de *Canoſſa*; idem Author tomo 7. pag. 207. ſita eſt non longè à Regio Lepidi, novem videlicet mill. paſs. Occidentem hyemalem versùs. Vide Hieronym. dalla Corte in Hiſt. Veronenſi part. 2. pag. 572. Locus eſt Diœceſis, & Territorii Regienſis.

Abbatia tit. S. Petri à Capella Conſiſtorialis, & Diœc. Surrentinæ, de qua Ughell. in notitia Surrentinç Metropolis to. 6. pag. 743. eſt eadem cum Abbatia S. Petri Crapolani; de qua vide infra.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Nicolai de Capellis, in Diœc. Marſicana, de cujus ſubjectione lis erat ann. 1236. inter Epiſcopum Marſorum, & Abbatem Caſç-Marii. Vide Ughellum to. 1. pag. 980. Marſi, ſive Provincia, olim Valeriæ, nunc Pars Auſtralis Aprutii Ulterioris, circa lacum Fucinum, vulgò *Lago di Celano*; de ea adhuc infra Verbo Marſi.

Abbatia titulo S. Petri Apoſtoli in Territorio Capiſtrani, Ord. S. Benedicti; nullius quidem Diœceſis, tamen Provinciæ Theatinæ; ut teſtatur Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. *Capiſtrano* Oppidum in Apru-

tio

tio Ulteriori, duodecim paſs. millib. à Theatina Civitate Occidentem hyemalem verſùs; fortè eadem cum Abbatia Tritanæ Vallis, de qua vide infra litt. T.

Abbatia tit. S. Mariȩ de Capiſtrano, Diœc. Militenſis in Calabria Ulteriori: recenſetur in Veteri Codice Taxȩ Cameralis.

Abbatia Capitis Aquȩ, Ordinis Ciſtercien. Diœceſis Turritanȩ in Sardinia, fundata anno 1149. tertio Nonas Martii; ut obſervat Carolus de Viſch in ejuſdem Ordin. Abbatiarum indice, in Septentrionali Regione Inſulȩ.

Abbatia titulo SS. Trinitatis de Capite Lacus, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Mediolanenſis, ut recenſetur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. *Capo di Lago*, Vicus in Ducatu, ſeu Territorio Mediolanenſi, ad Orientalem ripam lacus, vulgò de *Ghivira* nuncupati, viginti octo millib. paſs. Mediolano diſtans, Occidentem æſtivum verſùs.

Abbatia Sancti Fructuoſi de Capite Montis. Vide prope Januam litt. I.

Abbatia tit. S. Januarii de Capolana, vel Capolona meliùs de Campoleone; apud Ughellum corruptè S. Jaminalis de Campolen, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Aretinæ, cujus Abbas anno Salutis 1058. tranſigit cum Petro Epiſcopo Cluſino de medietate cujuſdam terræ, apud eundem Ughell. tomo 2. pag. 723. unita fuit anno 1459. Menſæ Epiſcopali Aretinæ; ita Cod. Tax. Cam. Apoſtolicæ anno 1065. Abbatiȩ Campolenſis Abbas erat quidam Albizus; ut refertur in Hiſt. Camaldulenſi lib. 1. capit. 50. *Caſtro de Capolana* in Dominio Florentino, ad Arnum fluv. quinque mill. paſs. ab Aretio Civitate Occidentem æſtivum verſùs; dicitur eſſe de Jure Patronatus Domus de Stafa; ita Codex Taxarum D. Paſſionȩi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ *della Capora*, Diœc. Florentinȩ, unitum Abbatiæ S. Mariæ de Florentia; ut aſſeritur in Codice Tax. Cam. Apoſt. eadem ſanè, quȩ S. Mariȩ de Campora.

Abbatia, ſive Monaſt. Capariæ Inſulȩ, ſub Abbate Eudoxio, ad quem ſcribit S. Auguſt. epiſt. 81. Vide Baronium in Annalibus ad ann. 398. hȩc Inſula erat in mari Tuſco inter Sacrum Promontorium Corſicȩ Inſulæ, & Etruriam.

Abbatia titulo S. Thomæ Apoſtoli, Monialium Caprariȩ ſita; ad cujus Abbatiſſam ſcribit anno 1142. Gottifredus Florentinus Epiſcopus, & aliquam ſimul donationem confirmat. Vide Ughellum to. 2. pag. 118. forſan *Capraja* Vicus quindecim millib. paſs. Florentiâ diſtans, Occidentem hyemalem verſùs apud Arnum fluv.

Abbatia de Capreſino dicta, Ord. S. Baſilii, Diœc. Militenſis in Calabria Ulteriori, de qua loquitur Ughel. to. 9. pag. 548. hujus Monachus erat Barlaham factus ann. 1342. Hieracen. Epiſcopus. Videtur eadem cum Abbatia S. Heliȩ de Capatino, de qua Vetus Codex Taxȩ Cameralis, aliàs de Capaſino.

Abbatia S. Angeli de Caprino. Vide litt. M. de Monte Raparo.

Abbatia titulo S. Stephani in Inſula Capri, de qua S. Gregorius Papa lib. ..... Inſula quȩ latinè Caprea dicitur, in Mari Tirrheno è Regione Promontorii Minervȩ, ad Regni Neapolitani

litani Provinciam ſpectans Principatus Citerior nuncupatam.

Capua prima, quæ vetus in Campania Felice, nunc ingens Pagus, qui *S. Maria* vocatur, duobus paſs. mill. Occidentem verſus à nova Capua Civitate Metropoli; nunc vulgò *Capoa* in Terra Laboris ad Vulturnum fluv. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Vincentii, in loco *Preſe* nuncupato, Ordin. S. Benedicti, intra Civitatem conſtructum anno 882. aut anno 900. primitus parva tantum erat, & exilis Eccleſia, viliſque domuncula lignis contexta, Ordinis S. Benedicti, ſed Joannes Abbas Caſinenſis vigeſimus tertius anno 915. electus, in alio loco juxta ipſam Civitatem, & ſuper Vulturnum fluv. ædificavit Monaſterium in honorem S. Vincentii, & Monachos, qui per diverſa diſperſi fuerant congregavit, & res, atque poſſeſſiones ipſius Monaſterii deperditas recollegit. Vide Chronicon Caſinenſe lib. 1. cap. 53.

II. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Laurentii, Ord. S. Benedicti, cujus mentionem facit Chronicon Caſinen. lib. 2. cap. 21. ſubjungit Angelus de Nuce hæc verba in notis; ceſſit poſtea in jus Monaſterii S. Laurentii de Averſa, ſed prçter Eccleſiam nec amplam, nec vetuſtam, penè nihil antiquæ fabricæ ſupereſt.

III. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Benedicti, & Ord. ejuſd. Sancti, in quo ſanctè vixit, & obiit quidam Paulus Monachus Caſinenſis Profeſſus decimo ſçculo; ut legitur in Chronico Caſinen. lib. 2. cap. 56. & cap. ſeq. 57. dicitur juxta Eccleſiam prædicti Monaſterii conſtructum an. circiter 1030. Oratorium Beati Joannis Baptiſtæ, à Pandulpho Comite Teanenſi. De hac Abbatia ad annum 943. mentio eſt apud Ughellum to. 6. pag. 388. hujus Monaſterii Sancti Benedicti Eccleſia anno 1108. ſolemniter conſecrata eſt à Paſchali II. Summ. Pont.

IV. Abbatia, ſive vetuſtum Cœnobium tit. S. Joannis Baptiſtæ Benedictinorum, conſtructum anno 967. ut refert Michael Monachus in Sanctuario Capuano; ab Ughello citatus to. 6. pag. 389.

V. Abbatia tit. S. Joannis Baptiſtæ, Monialium Ordinis S. Benedicti, quam ann. 967. Aligernus Abbas Caſinenſis conſtruxit, & in ea Sichelgardam Abbatiſſam ordinavit; ut refert Ughellus tomo 6. pag. 390. ejus Abbatiſſa impoſterum debebat à Caſinen. Abbate confirmari; ſicut ad an. 1115. teſtatur Chronicon Caſinen. lib. 4. cap. 59. & cap. 108.

VI. Abbatia, ſive Monaſterium SS. Trinitatis Cavenſis, Ord. S. Benedicti, de quo in inſtrumento Taxar. pro Eccleſiis Diœceſis Capuanç facto anno 1375. ut habetur apud Ughellum tomo 6. pag. 430. ſic dictum eſt, quia dependebat ad Abbatia celebri SS. Trinitatis de Cava.

VII. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Angeli in Formis, apud, ſive prope Capuam, vide ſupra Verbo S. Angeli ad Formas.

VIII. Abbatia tit. S. Mariæ ad Magellam, ſive de Magellis, Congregationis Cœleſtinorum Ord. S. Benedicti, ad ingreſſum pontis Vulturni, in Civitate fundata per Carolum II. Andegavenſem Regem Neapolitanum

L an-

anno 1312. Enumeratur cum aliis Monaſt. in inſtrumento Taxarum pro Eccleſiis Diœceſis Capuanæ facto anno 1375. apud Ughell. to.6. pag. 430. ob propinquitatem tum fluminis, tum arcis, & ab alluvionibus, & bellorum viciſſitudines, plurimas eſt perpeſſa calamitates; ita Cœleſtinus Guicciardini in relatione MS.

IX. Abbatia titulo S. Salvatoris, cujus Abbas cum Clero ſuo ad Sacerdotium admiſit S.Stephanum conf. qui in eadem Eccleſia Abbas poſtea ordinatus, anno 978. factus eſt Calatinus Epiſcopus. Ita Michael Monachus in ſuo Sanctuario Capuano part. 2. ab Ughello citatus to. 6. pag. 563.

X. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ, Congregationis Montis Virginis, Ord. S. Benedicti, quod Gubernari per Superiorem ſub titulo Abbatis ordinat Paulus V. Sum.Pont. Bullâ data anno 1611. Vide Bullarium Caſinenſe; tomo 1. pag. 423.

XI. Abbatia tit. S. Mariæ Monialium, Ord. S. Benedicti, ad quam translata fuit Abbatia Monialium S. Mariæ de Cingla, primò intra Civitatem, ſed quia locus nimium arctus erat, Capuani Principes Landulphus, & filius ejus Pandulphus dederunt Monialibus locum foris murum Civitatis, ubi Caſtrum, & Monaſterium conſtruerentur, qualiter vadit uſque ad flumen. Verba ſunt Chronici Caſinenſis lib. 2. cap. 2. circa an. 953.

XII. Abbatia tit. S. Mariæ Majoris Monialium, de qua ad ann. 1173. loquitur Ughellus tomo 6. pagin. 400. aſſeritque non eſſe aliam ab Abbatia S. Mariæ Monialium intra Capuam, quæ S. Maria Major appellatur, cujus Abbatiſſa, & Moniales prętendebant, Eccleſię ſuæ, & Monaſterii libertatem, nec Archiepiſcopo volebant obedire, eas tamen illi ſubjecit Alexander III. Papa, qui hoc eodem anno ſedebat 1173.

Abbatia tit. S. Mariæ de Caramania, Monialium Ordin. S. Benedicti, Diœc. Taurinenſis, quam anno 1028. fundarunt Odericus Manfredus Securiæ Marchio, & Bertha ejus Uxor Auberti Marchionis filia. Moniales amovit Felix V. Antipapa, & Monachis ejuſd. Ordinis tradidit; anno 1444. ipſis pariter exturbatis Cœnobium datum eſt Hieronymianis Monachis, cum Abbate Commendatario; fundationis, & dotationis inſtrumentum publici juris fecit Ughellus tomo 4. pagin. 1443. ſita eſt in Conterminis Aſterii Comitatus, & Pedemonti; vulgò *Caramagna*, vicus decem, & novem paſſuum millibus Turino diſtans, versùs Meridiem; extat Privilegium in ejus favorem Conradi Imp. datum anno 1028. quod vide apud Ughell. to. 4. pag. 1344.

Abbatia tit. S. Mariæ de Caramanico, Diœc. Theatinæ *Chieti*, cujus Abbati anno 1194. decimas, & oblationes quarumdam Eccleſiarum conceſſit Bartholomęus Theatinus Epiſc. Donationem vide apud Ughell. to. 6. pag. 883. *Caramanico* Vicus in Aprutio Citeriori, tredecim paſſuum millib. Teate diſtans, versùs Meridiem, & paulò ad Occaſum.

Abbatia tit. S. Blaſii de Carapulis, ſive de Crapulis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Nucerinę, unita Abbatiæ Heremi S. Sylveſtri Montis Fani de Fabriano per litteras Sixti IV. Summi

Pont.

Pont. anno Pontific. 1. Sal. 1471. ut recenſetur in Cod. Taxarum Cameræ Apoſt. ſita videtur in Marchia Anconitana; aut in Umbria ſicut Nuceria; in Veteri Codice Taxę Cameralis dicitur de Caprilibus.

Abbatia tit. S. Nazarii de Cararo, ſive Carato, Diœc. Caputaquenſis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. Ughellus to. 7. pag. 664. aſſerit iſtud Monaſt. unitum eſſe Baſilicæ Vaticanæ; ſita eſt in Regni Neapolitani Provincia, Principatus Citerior dicta. Codex Taxar. D. Paſſionęi dicit S. Nazarei de Cararo, aliàs Cuccaro, Ord. Sancti Baſilii, & unionem factam per Pium IV. Papam anno 1564.

Abbatia, ſive Monaſt. Carbonenſe, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Roſſanenſis, cujus Archimandrita, hoc eſt Abbas, erat Fr. Elias factus anno 1255. Roſſanenſis Archiepiſcopus. Vide apud Ughellum tomo 9. pag. 399. ſita erat in Calabria Citeriori; credi poteſt exciſa, nam inter extantes anno 1613. non enumeratur à Sylveſtro Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 68.

Abbatia tit. S. Eliæ, & S. Anaſtaſii mart. de Carbono dicta, in Valle *di Sinno*, ſive Siniſio, vel Marſico, in parte Veteris Apuliæ, quę nunc dicitur Baſilicata, Ord. S. Baſilii, Diœc. Anglonenſis, quam Roboan Anglonenſis Epiſcopus inſtrumento publico anno 1181. concedit Abbatiæ Montis Regalis, Ordin. S. Benedicti in Sicilia ſitæ; ut refert Ludovicus Lellus in Summa Privilegiorum hujus Montis Regalis Abbatiæ nu. 26. Vallis Siniſii, vulgò *Saniſe* decem paſs. mill. diſtat à Civitate Turſienſi *Turſi*, quæ Anglonæ deſtructæ Sedem excepit Epiſcopalem, in Regione Capitanata dicta; hujuſce Abbatiæ conditor fertur Sanctus magnus Lucas cognomento Carboni, magni Sabæ diſcipulus, obiit anno 893. ejuſdem Abbatiæ hiſtoriam ſcripſit Paulus Æmilius Sanctorius Cuſentinus Archiepiſcopus; ſæpiſſime vocatur tantùm Abbatia S. Anaſtaſii de Carbone, ſitaque in Comitatu Claramontenſi, conſiſtorialis eſt ſub Commendatariorum poteſtate; de ea Ughellus tomo 7. pagin. 107. & 110. circa annum 1570. ejus Abbas Commendatarius fuit Julius Antonius Sanctorius Cardinalis, qui illam collapſam reſtituit unà cum Regulari Obſervantia. Vide apud Ciaconium tomo 3. pag. 1043. *Carboni* locus 16. paſſuum mill. à Turſio Civitate diſtat, versùs Occidentem; in ejus Hiſtoria præcitata dicitur Monaſterium SS. Genitricis, & Sancti Anaſtaſii, & Sancti Elię Prophetæ de Carbono, ibi Abbatum indicem vide, quorum primus Commendatarius fuit quidam Paulus. Vide pariter Benefactorum Catalogum. In Bulla Innocentii V. Papæ aſſeritur ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinere. Vide ibidem pagin. 173. Romæ edita eſt anno 1601. per Guillelmum Facciottum.

Abbatia tit. S. Nicolai de Carbonaria, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Amalphitanæ; cujus Abbas Manſo fuit anno 1274. à Philippo Amalphitano Archiepiſcopo ad Concilium Lugdunenſe ſuus Procurator miſſus; hæc Abbatia à Gregorio XIII. Summ. Pontif. fuit Capitulo Eccleſiæ Amalphitanæ perpetuò unita. Vide Ughell. tomo 7. pagin. 243. & pagin. 308. in

Regni Neapolitani Provincia, Principatus Citerior dicta:

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Bartholomei de Carbonaria, quod anno 1225. Federicus II. Imperator confirmat Abbatiæ S. Mariæ de Pulſano, ut habetur in inſtrumento apud Ughellum to. 7. pag. 1131.

Abbatia tit. S. Mariæ Carcerum, Ordin. ſive Congreg. Camaldulenſis, cui unitum eſt Monaſterium S. Michaelis de Murano, per litteras Sixti IV. Papæ; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. hujus Abbatiæ Monachus, & Prior erat anno 1185. Piſtor, qui tunc factus eſt Vicentinus Epiſcopus; ut obſervat Ughellus tomo 5. pag. 1120. de ea non ſemel loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico ſub titulo Abbatiæ de Carceribus: Diœc. eſt Patavinę; de Abbate Carcerum fit mentio in Hiſt. Camaldulen. lib. 3. cap. 19. Primitus Prioratus erat Presbyterorum Secularium, poſtea Canonicor. Regularium, Ord. S. Auguſtini; Deinde à Gregorio XII. Papa anno circiter 1406. Camaldulenſibus datus, tandem à Martino V. Summ. Pont. Abbatiali dignitate donatus, vide eandem Hiſtor. part. 2. lib. 4. cap. 1. & ſeqq. dari ſolita eſt in Commendam. *Carcere* Vicus tredecim millibus paſs. Patavio diſtans, versùs Meridiem, & 4. paſſuum millibus ab Eſtenſi Urbe.

Abbatia S. Marię in Cardani Terra. Vide litt. F. Verbo Fontana.

In Cariati Territorio, Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Andreæ ſitum, quod ſubita aquarum colluvione dirutum, & deſolatum Baſilius Roſſanen. Archiepiſcopus anno Sal. 1228. dedit Rodulpho Abbati Fontis Laureati Ordin. ſeu Congreg. Florenſis. Vide Ughellum to. 9. pag. 398. in Calabria erat Citeriori. Ubi eſt Cariatum Epiſcopalis Civitas.

Abbatia tit. S. Apollonii de Carioſa, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Regienſis in Lombardia, hoc eſt Regii Lepidi; ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo.

Abbatia tit. S. Andreæ de Carmignano, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Patavinæ, de quo Monaſterio in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ ſic legitur, *& ſi opus fit in Abbatiam erectum*, anno 1626. locus eſt *Carmignano* dictus decem, & octo mill. paſſuum Patavio diſtans, versùs Meridiem, *nel Ritratto del Gorzone* vocatur etiam *Villa di villa* datur in Commendam, & hodie poſſidetur à Cardinali.

Abbatia tit. S. Andreæ in Carnano. Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Tudertinæ; ut teſtatur Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 280. *Carnano* Oppidum ſuper Collem poſitum, decem paſs. mill. Tuderto *Todi* diſſitum versùs Meridiem, & altero milliario à Tyberi flumine.

Abbatia tit. S. Ægidii de Carpano, Ordin. ſeu Congreg. Camaldulenſis, Diœc. Aretinæ: ut refert Ughellus. In Etruriæ Dominio Florentino.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Marci de Carpenone, in loco Aquaſonula dicto, Cœnobio Caſinenſi oblatum circa annum 1060. Vide Chronicon Caſinen. lib. 3. cap. 19.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Bartholomæi de Carpineto, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Pennenſis, fundatum anno 962. à Berardo Comite

Comi-

Comitatus Pennenſis in contractu ad radices montis Apennini, in loco qui dicitur de Lecena poſitum, in Inſula, quę inter flumen Nares, & Rium de Vite. Primus Abbas electus fuit, & confirmatus dictus Benedictus. Hæc & bona, quæ ad Abbatiæ fundationem dedit Berardus, vide in inſtrumento fundationis apud Ughellum tomo 1. pag. * 49. fundationis, & bonorum confirmationes ab Epiſcopis Pennenſibus factas habes ibidem pagin. * 51. & 52. Traditum fuit Ord. Ciſtercienſi, & Caſæ Novæ nobili Diœc. Pennenſis Cœnobio unitum: idem Ughellus tomo 5. pag. 1485. & to. 6. pag. 1231. refert Chronica, & fundationem hujus Abbatiæ, ubi fundator vocatur Bernardus Liuduni; ſita eſt in Aprutio Ulteriori. Pompeo Saranelli pagin. 58. dicit ibi depoſitum à fundatore brachium S. Bartholomæi Apoſt.

Abbatia tit. S. Carpophori, Ord. Sancti Benedicti, Diœc. aut Civitatis Comenſis, in Statu Mediolanenſi. Hanc Eccleſiam, quæ titulo Patriarchali jam antea fulſerat, in Abbatiam erexit Litigerius Comenſis Epiſcopus qui ſedebat anno 1031. auctamque omnibus redditibus, ac privilegiis, quibus à ſua propemodum inſtitutione fulta erat, Monachis Benedictinis attribuit: qui ſub Sixto IV. Summo Pontifice fuerunt ejecti. Ejus Abbas olim cum Clero Comenſi concurrebat ad electionem Epiſcopi; ut aſſerit Ughellus tom. 5. pag. 236. & 275. videtur eadem, quæ in Codice Taxarum Cam. Apoſt. dicitur perperam S. Chriſtophori, quæ unita eſt Monaſterio S. Pauli de Urbe per Eugenium IV. Papam Pontific. anno 4. Sal. 1434.

Abbatia tit. S. Marię de la Carra Ord. S. Baſilii, Diœc. Squillacenſis, in Calabria Ulteriori, recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. *lo Carra*, Vicus ſeptem millib. paſs. à Squillace diſtat versùs Aquilonem; dicitur aliàs *de la Carra*; in Vetuſto Codice Taxæ Cameralis dicitur de Carea.

Abbatia *di Carra*, Diœc. Inſulanenſis in Calabria Ulteriori; ut refert Ughellus tomo 9. pag. 710. Abbatia eſt tit. S. Marię *dello Carra*, Ordinis S. Baſilii, de qua ad annum 1613. ut extante mentionem facit Sylv. Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 68.

Abbatia titulo S. Mariæ de Carra, Ord. S. Benedicti, Diœc. Neocaſtrenſis in Ulteriori Calabria, dari ſolita in Commendam, de qua Codex Taxar. Cameræ Apoſtolicæ, & Ughell. to. 9. pag. 556.

Abbatia de Carra, Ord. S. Baſilii, Diœc. Aquilejenſis, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. Legit S. Mariæ de Carra Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo.

Abbatia tit. S. Stephani de Carraria, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Patavinæ, ut refertur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. *Carrara* Terra, ſeu Vicus Agri Patavini ſeptem millib. paſs. Patavio diſſitus, versùs Meridiem.

Abbatia tit S. Joannis de Carrectis, olim de Inſula Cornu nuncupata, Monialium Ord. S. Benedicti, Diœceſis Mantuanæ, quam Sixtus IV. Summ. Pontif. Bullâ data anno 1483. à juriſdictione quorumcunque Epiſcoporum exemptam declarat, & Curæ, atque ſubjectioni Abbatis Sancti Benedicti de Padolyrone committit. Vide

de Bullarium Caſinenſe tomo 2. pagin. 382.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de *Carutta*, Ord. S. Benedicti, inter primas, quæ unitę ſunt Congregationi S. Juſtinę de Padua; ut aſſerit Sylveſter Maruli, in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 90.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Caſalgono, aliàs Caſale Valone, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Novarienſis, ita quidem Codex Taxar. Cam. Apoſtol. ſed vocatur etiam Abbatia S. Salvatoris de Caſale, & rectiùs Caſalis Vallonis, vulgò *Caſale Aloni*, & Caſale Volonum; conſtat fuiſſe primitus Ordin. S. Benedicti, illam anno 1133. Innocentius II. Papa Litifredo Novarienſi Epiſcopo confirmat, ut teſtatur Ughellus tomo 4. pag. 963. eam Carolus de Viſch in ſuo Indice vocat Caſalis Galonis, aliàs Caſa Gegaleonis, in Lombardia, & fundatam hoc eſt Ciſtercienſibus datam in Diœceſi Comenſi anno 1169. Calendis Aprilis. Vicus nunc cum arce dirutus, ad Seſitem fluvium prope Villatta, non longè à Vercellis Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Mariani de Caſalata, ſeu Caſalalta, unitum Abbatię S. Pancratii, Diœc. Tudertinæ per Bullam Pauli II. Papę datam Pontific. anno 6. Sal. 1470. ita Codex Taxarum Camerę Apoſt. ſita in Umbria ſupra collem decem millib. paſsuum Tuderto *Todi* diſtans ad Aquilonem.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Mariæ de Caſalpucii, Diœc. Acheruntinæ, quod unitum eſt Carthuſiæ S. Laurentii de Padula, Diœc. Caputaquenſis; ut refertur in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. Acheruntia, vulgò *Cirenza*, in Provincia Baſilicata dicta; in Veteri Codice Taxæ Cameralis vocatur de Caſali Piſtici, Ord. S. Benedicti.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Martini de Caſalichio, Diœc. Bononienſis, quod Gregorius VII. Papa concedit Lamberto Epiſcopo Bononienſi; ut obſervat Ughellus tomo 3. pag. 18. *Caſalecchio* Terra, ſive Vicus ad Renum *Reno* fluvium poſitus, quatuor millibus paſs. Bononiâ diſtans, versùs Meridiem paulò ad Occaſum.

Abbatia, ſive Monaſterium Caſæ Maricanæ, Congregationis Montis Virginis, ſub Regula S. Benedicti, quod à Superiore ſub titulo Abbatis Gubernari ſtatuit Paulus V. Summ. Pontif. Bullâ data anno 1611. Vide Bullar. Caſinen. to. 2. pag. 423.

Abbatia, ſive Monaſterium, vulgò Caſa Marii nuncupatum, ſub tit. Sanctorum Joannis, & Pauli, in Diœc. Verulana, & in ejuſd. Agro, in Latio, ſive *Campagna di Roma*. Ordinis primitus erat S. Benedicti anno 1005. & ann. 1031. Stephanus Cajetæ Epiſcopus dat Monachis locum in Cajetana Civitate ſitum olim Sanctæ Scholaſticæ dedicatum; ann. 1088. indictione 11. quidam nomine Auguſtinus fit Abbas Caſe-Marii, ut videtur in Chronico Foſſæ Novæ, fuit ipſi unitum Monaſt. in Inſula Arpinas dicta fundatum. Vide ſupra hoc Verbo. Huc ab Honorio III. Summ. Pontif. qui obiit anno 1227. Introductos Ciſtercienſes affirmat Ughellus, & olim Verulanenſium populorum pietate conſtructam dicit; to. 1. pag. * 289. ſed hanc introductionem ad an. 1140.

Pri-

Pridie Nonas Aprilis aſſignat Carolus de Viſch in ſuo Indice; nunc Abbati ſubeſt Commendatario; octo circiter paſſuum millib. Verulis *Verolꝭ* diſtat versùs Orientem. Illam Soranæ Diœceſi adſcribunt; fundatores habuit Anteceſſores familiæ, ſive gentis Cardinalis Baronii, ut ipſemet teſtatur in ſuis Annalibus, & P. Bernabei in ejuſdem Card. vitæ initio.

Abbatia tit. S. Mariæ de Caſa Nova, Ordin. Ciſtercienſis, & Diœc. Pennenſis, in Aprutio Ulteriori; quam anno 1191. Margarita Comitiſſa Berardi Comitis Laureti, & Cuperſani Mater fundavit, & ampliſſimis poſſeſſionibus, bonis, & juribus, atque privilegiis dotavit, quam dotationem poſtmodum anno 1220. confirmavit Berardus Comes filius: confirmationis, & bonorum enumerationis inſtrumentum habes apud Ughellum to. 1. pag. * 54. hæc omnia ann. 1240. Confirmavit Gregorius IX. Papa Pontific. anno 14. Abbatem habet Commendatarium. Huic perpetuò unita eſt Abbatia S. Bartholomæi de Carpineto; ſex circiter millibus paſſuum à Civitate *di Penna* diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia de Caſa Nova, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Parmenſis, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, de ea ſilet Carolus de Viſch in ſuo Indice.

Abbatia tit. S. Mariæ de Caſa Nova, Ordin. Ciſtercien. Diœc. Turinenſis in Pedemontio; fundata anno 1150. quarto Kal. Julii; ut refert Carolus de Viſch in ſuo Indice; illa haud dubiè, quæ in finibus Carmagnoliæ ſita, facta poſtmodum eſt Diœceſis Salutiarum; cujus anno 1503. Abbas Commendatarius erat Galeotus Franciottus de Ruvere Cardinalis. Vide Ciaconium tomo 3. pag. 292. Hanc Salutiarum Marchiones multis locupletatam redditibus, auxilio Marchionum Romagnani, & Comitum Laureti, aliorumque nobilium, erexerunt. Vide eundem Authorem to. 4. pag. 291. *Caſanova* tredecim millibus paſſuum Taurino diſtat ad Meridiem, & Carmagnolâ quatuor circiter paſs. mill. Orientem æſtivum versùs.

Abbatia Caſauræ, hoc eſt Caſæ aureæ, vide infra litt. P. Abbatia de Peſcara.

Abbatia S. Petri, Diœc. Caſertanæ, de qua Ughellus, ſive Monaſt. Caſertę, Ordin. S. Auguſtini Cathedrali Eccleſiæ vicinæ unitum; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. & Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Caſerta Epiſcopalis Civitas Campaniæ Felicis, ſive Terræ Laboris, ſuper montem poſita in Tiphenatibus montibus, ſive Capuanis. Vocatur etiam ab eodem Pace Jordano Abbatia S. Petri de Pedemonte de Caſerta, Ord. S. Benedicti: cujus Abbas Commendatarius erat Albericus Jaquintus factus anno 1540. Teleſinus Epiſcopus. Vide Ughell. to. 8. pag. 524.

Abbatia tit. S. Mariæ de Caſerto, ſive Caſoreto, Canonicor. Regular. Ordin. S. Auguſtini, Diœc. Mediolanenſis; recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ de qua ſic Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitę lib. 2. c. 26. Abbatiale Cœnobium de Caſoreto ſecundo à Civitate Mediolanenſi milliario foris portam Orientalem, à D. Petro de Tanciis anno 1405. fundatum

Cano-

Canonicorum Congreg. Lateranenſis. Vocatur etiam S. Mariæ Blanchæ, ſive S. Mariæ de Miſericordia, erecta fuit in Abbatiam à Pio V. Sum. Pont. anno 1566. vide eundem Auth. lib. 3. cap. 10.

Abbatia *di Caſciano* in Diœceſi, & Statu Imolenſi *d'Imola*, altero à Civitate milliario Occidentem hyemalem versùs; ut conſtat ex Mappa Antonii Magini, in Provincia, quæ olim Æmilia nunc *Romandiola*: hæc Civitas vocabatur olim forum Cornelii, ſive forum Syllæ.

Caſinum, ſive Mons Caſinus, aut Caſſinus, ſic enim paſſim ſcribitur, olim Civitas Epiſcopalis, cujus Epiſcopus Severus anno 489. ſubſcribit Lateranenſi Concilio; hanc ſolo æquaverat Gothorum Rex Theodericus; huc circa annum 529. Accedit S. Benedictus, Monaſterium conſtruit, ibique Regulam ſcribit, & Ordinis ſui fundamenta firmat; fuit hæc Abbatia circa annum 580. à Longobardis effundata.

Topographicam ejus deſcriptionem vide in libro, cui titulus Chronica Sacri Monaſterii Caſinenſis, edita ab Angelo de Nuce Abbate, impreſſa Lutetiæ Pariſiorum per Ludov. Billaine anno 1668.

Tempore S. Benedicti vocabatur Caſtrum Caſinum, quod ferunt primitus vocatum Eracleam Civitatem. Ex prçlaudato Chronico colligitur anno 568. Monaſt. fuiſſe à Longobardis direptum, ſicque per 130. annos permanſiſſe, quo uſque à Petronace fuit reſtauratum, qui factus eſt Abbas anno 720. A Zacharia Summ. Pontifice exemptionem obtinuit, videlicet eſſe cum ſuis Cellis Sanctę Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum, quin etiam Epiſcopali cum juriſdictione.

A Joanne Papa XXII. ejus Eccleſia in Cathedralem erecta eſt ab anno 1323. uſque ad annum 1367. quo ab Urbano V. ad Abbatialem dignitatem rediit. De ejus ditione temporali vide notas in Chronicon Caſinenſe num. 525.

Anno Incarnat. 884. iterum Monaſterium à Saracenis combuſtum eſt, & Bertharius Abbas decollatus, & per 67. annos neglectum, & inhabitatum remanſit. Prologus lib. 3. Chronici Caſinenſis aſſerit fundatorem S. Benedictum; reſtauratores verò Primum Petronacem, Secundum Aligernum, Tertium denique Deſiderium Abbates.

Fuit hoc Sacrum Monaſterium unitum Congregationi S. Juſtinæ de Padua anno 1504. à Julio II. Papa, qui ſuo privilegio ſtatuit, ut deinceps nuncuparetur Congregatio Caſinenſis, & S. Juſtinæ.

Ex titulis Abbatis Abbatiæ dignitatem collige; hi verò ſunt.

Patriarcha Sacræ Religionis, Abbas Sacri Monaſterii Caſſinenſis, Dux, & Princeps omnium Abbatum, & Religioſorum; Vicecancellarius Sacri Imperii, per Italiam Cancellarius Regnorum Siciliæ, Jeruſalem, & Hungariæ. Comes, & Rector Campaniæ, Maritimæque Provinciarum.

Sita in novo Latio, ſeu Volci Agri, in Via Latina, in Campania Felice, quæ nunc vulgò Terra Laboris dicta, locus verò *Monte Caſino* ſexaginta quinque paſſuum millibus Romà diſtat, versùs Solis Ortum.

Prope

Prope Caſinum Abbatia, ſive Monaſterium Monialium, Ord. S. Benedicti, quod Rachis Regis Longobardorum Uxor conſtruxit, & cum filiabus ſuis Monachali habitu ſumpto vitam ſanctiſſimè traduxerunt; ut obſervant Baronius ad annum 750. num. 2. & Ciaconius pag. 519.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Matthæi Servorum Dei, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Caſſanenſis in Calabria Citeriori; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis, & Codex Taxar. D. Paſſionęi.

Caſſię Abbatia ſub tit. S. Margaritę, Monialium, Ordin. S. Benedicti; ab Abbatiis unitis S. Mariæ de Farſa, & S. Salvatoris majoris dependens, & earum Abbati Commendatario omnino ſubdita, in Spoletana Diœceſi; ut refertur in Synodo Farſę habita anno 1685. pag. 270. debent ibidem eſſe tredecim Moniales, & duæ famulæ. Vide pagin. 272. Caſſia, ſeu Caſcia Oppidulum Umbriæ, decem & octo millib. paſs. Spoleto diſtans Orientem hyemalem versùs.

II. Abbatia Caſſiæ tit. S. Mariæ Magdalenę, Monialium Ord. Eremit. S. Auguſtini, Diœc. Spoleti; ubi ante annum 1425. Sanctitate floruit B. Ritta ejuſdem Ord. ut aſſerit in ejus vita Ludovic. Jacobilli de SS. Umbrię to. 1. pag. 545.

Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Caſſiani, Diœceſis Volaterranæ in Dominii Florentini Etruria; ita Ughellus tomo 2. pag. 564. cujus Abbas anno 1409. erat in Concilio Piſano; eadem forſan, cujus anno 1092. Abbas erat Rodulphus Narnienſis Epiſcopus; idem Ughellus to. 5. pag. 1524. locus reperitur *Caſciana* dictus, 19. millibus paſsuum *Volterrà* diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia titulo S. Caſſiani, vulgò *S. Caſciano*, in Umbriæ Territorio Tudertino, novem mill. paſs. Tuderto diſſita Occidentem ęſtivum versùs, cujus forſan, & non pręcedentis anno 1092. Abbas erat Rodulphus Narnienſis Epiſcopus. Vide ſupra citatum Ughellum.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo Sancti Petri de Caſtaneo, Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Viterbienſis, cujus Eccleſiam conſtruxit, & Ciſtercienſibus conceſſit Raynerius Capoccius Cardinalis anno circiter 1240. Vide Ciaconium tomo 2. pagin. 34. in Etruriæ parte patrimonium S. Petri nuncupata.

Abbatia tit. S. Joannis de Caſtuneta, Ord. S. Baſilii, Diœc. Reginenſis in Calabria Ulteriori; ut recenſet Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo; eadem haud dubiè cùm Abbatia S. Joannis *del Caſtagnito* ejuſd. Ordinis in Calabria, de qua Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 68.

Abbatia titulo S. Martini de Caſtaneta, Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis S. Agathæ Gothorum nuncupatę, in Terræ Laboris finibus, atque in Principatu Ulteriori; de ea Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo; deſideratur in Caroli de Viſch indice.

Abbatia titulo S. Mariæ de Caſtaneto, vulgò *Caſtagneto*, quam an. 1059. ut Abbas regebat Albertus Monachus, qui in Concilio per Nicolaum II. Papam prope Beneventum, in Eccle-

ſia S. Petri habito, declaratus eſt intruſus, fuitque depoſitus; hæc Abbatia dependebat ab Abbatia S. Vincentii de Vulturno. Vide Pompeum Saranelli *Memorie Cronologiche de' Veſcovi Beneventani* pag. 79. Ordin. erat S. Benedicti.

Abbatia tit. S. Marię Clarevallis in Caſtaneola, vulgò *Caſtagnola*, Ordin. Ciſtercien. Diœc. Senogallienſis, quę in indice Caroli de Viſch; fundata aſſeritur anno 1146. Pridie Calendas Auguſti; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſt. in mappis vulgò *B. di Chiaravalle* inter Senogalliam, & Æſim *Jeſi* Civitates paulò ad Orientem, in Marchia Anconitana; de hac Abbatia, ut contigua ad Caſtel Ferreti, ejuſque bonis, & Abbate extat Bulla Eugenii IV. Papę de ann. 1436. ad Epiſcopum Senogallienſem, quam citat Julianus Saracini *nelle notitie d'Ancona*, pag. 253. & pagin. 269. aſſerit illam eſſe S. Sedi Apoſtolicę immediatè ſubditam; datur Cardinalibus in Commendam; à S. Bernardo conſtructam dicit Oratius Avicenna *nelle memorie della Città di Cingoli* pag. 225.

Abbatia de Caſtaneola dicta, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Parmenſis, fundata anno 1127. ut refert Carolus de Viſch in ſuo indice; diverſa omnino eſt à prꝗcedenti, ut probat locorum diſtantia.

Abbatia titulo S. Marinę Virg. de Caſtania (hęc autem vixit 17. Julii anno 1071.) Ordin. S. Baſilii, Diœc. Pactenſis in Sicilia, Baſilianos primùm habuit Abbates, poſtmodum Commendatarios. Dubitat, & nihil certum ſtatuit Rocchus Pirrus, an eadem non ſit cum Abbatia S. Marię de Malimachi, de qua ſtatim idem Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitia 25. Caſtania, vulgò *Caſtagna* Oppidum quindecim millibus paſs. Pactâ diſtans, versùs Meridiem paulò ad Occaſum.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Andreæ, & Sylveſtri, ſitum in Civitate Caſtellana, cujus bonorum defenſionem Honorius IV. Papa anno 1285. commendat Petro Capocio Anconitano Epiſcopo; ut obſervat Ughellus tomo 1. pag. 381. in Etruriæ parte nunc Patrimonium S. Petri nuncupata; ſuper *Treggia* fluv.

Abbatia tit. S. Eraſmi de Caſtellana, cui Abbas Commendatarius erat Joannes Gattula de Cajeta factus anno 1465. Venafranus Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 6. pagin. 734. Vide infra verbo de Caſtilio Novo.

Abbatia tit. S. Marię Caſtellanetenſis, Ordin. S. Benedicti, cujus Abbas erat quidam nomine Angelus, factus anno 1402. Nuceriæ Paganorum Epiſcopus. Vide Ughell. to. 7. pag. 742.

Abbatia tit. S. Marię à Partu, prope *Caſtelbuono* Oppidum Sicilię, Ordin. S. Benedicti, in qua profeſſus, & ejuſdem Abbas fuit Franciſcus Maurolycus, ſuis operibus ſcriptis clariſſimus; ſic aſſerit ejus ex fratre nepos Sylveſter Maruli, in ſuo omnium Religionum Mundi Oceano lib. 1. pag. 88. diſtat. Caſtellum Bonum quadraginta circiter paſſuum millibus Panormo, versùs Orientem.

Abbatia, ſive Monaſterium Caſtellienſe extabat anno 598. quo Sanctus Gregorius Papa Epiſt. 33. lib. 7. Indictione 1. ſcribit ad Joannem Epiſcopum Luſitanæ Civitatis antea deſtructę,

ſtructæ, tunc vero Scyllitanum Epiſcopum de oppreſſione Monachorum hujus Cœnobii. Unde clarum eſt ſitum fuiſſe in Calabria. Vide Ughellum to. 9. pag. 580.

Abbatia Sancti Chriſtophori de Caſtellaro, vide infra verbo de finiculis litt. F.

Abbatia titulo S. Marię de Caſtello vide ſupra verbo Alexandria nu. 4.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Marię de Caſtiglione, quod anno Sal. 1182. Lucius III. Summ. Pontif. anno ſui Pontific. 2. confirmat Joanni Epiſcopo Ravellenſi. Bullam refert Ughellus to. 9. pag. 925. hinc colligi poteſt ſitum fuiſſe in Picentinis, ubi nunc Principatus citerior.

Abbatia tit. S. Mariæ de Caſtiglione, ſeu Caſtilliano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Parmenſis. Unita fuit an. 1487. Congregationi Montis Oliveti; ita Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ, hujus Cœnobii antea, videlicet anno 1411. Monachus erat Petrus Spinula, tunc factus Savonenſis Epiſcopus. Vide Ughellum to. 4. pag. 1016. fundatores fuere Adelbertus Pallavicinus, & Adeleida Conjux, ille mortuus eſt anno 1034. Ejus Abbati Alberto plures Eccleſias confirmavit Lucius II. Papa, præcipuè Abbatiam S. Marię de Plaidela, Bullâ data anno 1144. fuit poſtmodum data in Commendam. Sic refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 122.

Abbatia tit. S. Andreę Caſtillionis Latronorum, quæ anno circiter 1140. unita eſt Eremo ad Vivum dictæ, Ord. ſive Congregationis Camaldulenſis. Vide hiſtoriam Camaldulenſem par. 2. lib. 2. cap. 13.

Abbatia S. Eraſmi de Caſtilio Novo, alias de Caſtellano; unde concluditur eamdem eſſe cum Abbatia Sancti Eraſmi de Caſtellana, de qua ſupra. Ordinis S. Benedicti, unita Congregationi Montis Oliveti; ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Diœc. Cajetanæ. Bonaventura Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 131. de ea confusè ſcribens, vocat *de Caſtellone*, data eſt in Commendam. Olivetanis attributa fuit anno 1493. & ex eis factus Abbas clauſtralis Fr. Thomas Brabantinus; ejus Abbas ſæpius vocatur Abbas S. Eraſmi ſimpliciter; Plurimis quondam fuit nobilitata privilegiis; Unà cum Eccleſia fuit à Turcis igne ſuccenſa, & poſtmodum anno 1560. reſſarcita. *Caſtellone* Oppidum Campaniæ Felicis, ſive Terrę Laboris, tribus paſſuum mill. Cajetâ Civitate diſtans, versùs Aquilonem. Ipſa eadem eſt de qua infra verbo S. Heraſmi de Civitate Furmiana, atque ea, quæ infra S. Eraſmi in Iſtro.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Caſtillione, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Triventinæ in Comitatu Moliſii taxata fuit die 12. Junii anno 1606. Ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Caſtilione, Ordin. .... Diœc. Portuenſis, & S. Rufinæ, ſive Sylvæ candidæ: recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. *Caſtiglione* Vicus, ſeu Terra in Etruriæ parte Patrimonium S. Petri dicta, tredecim paſſuum mill. à ſitu Portuenſis Civitatis, Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia in Caſtro S. Baſilii. Vide infra litt. S. de la Scerta.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo

M 2 S. Vi-

S. Vitalis prope Caſtrum Cedula, ſubtus viam publicam, cum tota curte Calderaria, cujus circa annum 1096. mentio fit in Chronico Caſinen. lib. 4. cap. 18.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti, ſitum in pertinentiis Caſtri Cremonenſis, quod circa annum 1080. Heinricus filius Heinrici Comitis Caſtri Cremonenſis obtulit Caſinenſi Cœnobio; ut habetur in Chronico Caſinen. lib. 3. cap. 61.

Abbatia tit. S. Chriſtophori Caſtri Durantis, Ord. S. Benedicti, Diœc. olim Urbinatenſis, in Urbinatis Ducatus Provincia *Maſſa Trabaria* dicta, in medio denſiſſimæ ſylvæ *Capetto*, ſeu Cerreto nuncupatæ, ad ripam ſiniſtram Metauri *Metro* fluminis condita, à Branchaleonum familia conſtructa, & opibus ditata: Anno 1403. ab Urbinatis Epiſcopi authoritate ſubducta, & nullius Diœceſis facta, ſub immediata S. Sedis juriſdictione. Plures habuit Abbates Commendatarios; illam Paulus V. Papa in Eccleſiam erexit Collegiatam, quæ ab Urbano VIII. Sum. Pont. in Epiſcopalem an. 1635. fuit erecta, Caſtrique Durantis ſuppreſſo nomine Locus in Civitatem erectus eſt, & Urbania Civitas appellatus. Vide Ughellum to. 3. pag. 976. & ſeqq.

Abbatia tit. S. Mariæ de Gratiis, juxta Caſtrum Novum, vulgò Abbatia Caſtri novi, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Parmenſis; unita Congregationi Caſinenſi, aliàs S. Juſtinæ de Padua, per Leonem Papam X. annò 1515. ita Codex Taxar. Cameræ Apoſt. & Catalogus MS. Abbatiarum iſti Congregationi unitarum. *Caſtro Novo* ad dexteram, & Orientalem fluvii *Parma* ripam, tribus circiter paſs. mill. à Parmâ Civitate, versùs Aquilonem.

Abbatia tit. S. Laurentii de Caſtro-Ficardi, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Humanatenſis; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis. *Caſtro Ficardo* Oppidum Marchiæ Anconitanæ, quinque mill. paſs. à S. Maria de Laureto diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia titulo S. Martini de Caſtro Forte, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Cajetanæ; recenſetur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. in Campania Felice, quæ nunc Terra Laboris, apud *Garigliano* fluvium, undecim mill. paſs. Cajeta diſtans, Orientem æſtivum versùs.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri in Caſtroniano, cum Eccleſia S. Cęciliæ, & cum omnibus pertinentiis ſuis, Ord. S. Benedicti, extabat ante annum 884. ut conſtat ex Chronico Caſinenſi lib. 1. cap. 45.

Abbatia titulo S. Andreę de Caſtris Cellorum, Diœc. Brunduſinæ; ut refertur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; in Salentinis, ſive in Provincia Regni Neapolitani, quæ nunc Terra Hydruntina *d'Otranto* dicta.

Abbatia tit. S. Angeli apud Caſtrum Sarracenum, non procul ab Appennini montis faucibus, in loco aſperrimo, & in Lucaniæ montibus ad Sambuci ſerram; de ejus Abbate ad annum 1516. mentio fit in hiſtoria Monaſterii Carbonenſis pag. 140.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Baſilii, Ordinis ejuſdem Sancti, in Territorio Caſtrivillarum in Calabria Citeriori; per Bullam Julii II. Sum. Pont.

Pont. Pontific. anno 6. unitum Cathedrali Eccleſiæ Caſſanenſi; ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ *Caſtro villare* Oppidum quinque mill. paſs. Caſſano diſtans, versùs Occidentem; in Codice citato vocatur S. Baſilii de Crathereto; in eadem Diœceſi Caſſanenſi; obſervandum eſt Terram, ſeu Vicum altero milliario à Caſtro Villari diſſitum *S. Baſile* vocari, ubi forſan eſt prçlaudata Abbatia apud *Cochile*, ſive *Sibari* fluvium.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti Caſtro Villarum, Ordin. ejuſdem Sancti, quod Gregorius XIII. Summ. Pontif. univit Bullâ data anno 1578. Congregationi Caſinenſi, ſive S. Juſtinæ de Padua; ut conſtat ex Syllabo MS. Abbatiarum hujus Congregationis.

Abbatia de Celinis. Vide infra S. Mariæ de Monte Colinis.

Abbatia S. Joannis de Celimento vide infra Colimaii.

Abbatia titulo SS. Trinitatis apud Caſtrum Veteranum, vulgò *Caſtel Veterano*, aliàs *Vetrano* in Sicilia, Ord. S. Baſilii, Diœc. Mazarienſis, in Valle *di Mazara*, quinque mill. paſs. à Civitate Mazara diſtans, versùs Orientem; ab hac Abbatia ſemoti fuere Monachi Baſiliani; ut obſervat Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi, conſcripto anno 1613. lib. 2. pag. 67.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Euſtaſii, infra Caſtrum, vulgò Caſtro Vipera nuncupatum, quod Nubilo Comes de Caſtro Vipera, circa ann. 1080. obtulit Caſinenſi Cœnobio. Vide Chron. Caſinen. lib. 3. cap. 61.

Abbatia tit. S. Nicolai de Caſula, ſive de Caſulis, Ord. S. Baſilii, Diœc. Hydruntinæ, in Apulia ſic refertur in Codice Taxar. Cam. Apoſtolicæ fuit anno 1480. à Turcis diruta, & ſtalla Brutorum effecta; ut obſervat Ughell. to. 9. pag. 84. additque præcipuam eſſe Abbatiarum hujus Diœceſis, & in Commendam dari ſolitam; in Territorio Hydruntino, ſive *Terra d'Otranto*; dicitur etiam de Caſulis in Veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Juſtini in Caſule, aliàs, ſed corruptè S. Juſti in de Conſule, quod Cœnobium Alexander III. Summ. Pontif. anno 1173. confirmat Andreæ Epiſcopo Theatino, & ejus ſucceſſori Bartholomæo, Innoc. III. Papa anno 1208. ut refert Ughell. tom. 6. pag. 877. & pag. 886. *Caſale* Vicus in Aprutio Citeriori, Diœc. Teatinæ, tribus paſſuum millib. à Teate *Chieti* Civitate, versùs Meridiem.

Catana, aliàs Catania Civitas Siciliæ maritima, in ora Inſulæ Orientali, ad mare Jonium. Ætnæ monti finitima, & ad radices ejus prope fluvium *Judicello*, in Regione, ſive Valle *di Demona*. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium à quodam Juliano conſtructum, cujus dotem auxit S. Gregorius Papa; ut ipſemet dicit Epiſt. lib. 11. Epiſt. 23.

II. Prope Catanam, ad tria circiter paſſuum mill. Aquilonem versùs, Abbatia, ſive Monaſt. Monialium titulo S. Sophiæ, cujus rudera in edito monte adhuc viſuntur, de cujus fundatione, & dotatione à Juliano facta loquitur S. Gregorius Papa Epiſt. 23. lib. 3. indictione 6. ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis pag. 155.

Ab-

III. Abbatia olim Ordin. S. Benedicti, quæ primitus fuit ſub titulo B. Mariæ Virg. & S. Georgii, uſque ad annum 1126. quo titularem accepit S. Agatham Virg. & mart. Poſtmodum Pius V. Summ. Pont. Capitulum Regulare ſæculariſavit, & Collegiatam Eccleſiam fecit anno Sal. 1568.

IV. Abbatia ſub titulo S. Mariæ Novæ lucis extra Civitatis muros, Ordinis S. Benedicti, extabat ante annum 1430. de ea Rocchus Pirrus in notitia Catanienſis Eccleſiæ; & lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 85.

V. Abbatia S. Mariæ de Medio Auguſto. Vide infra litt. M.

Abbatia tit. S. Mariæ in Cataneto, quam Anaſtaſius IV. Summ. Pontif. intra fines Aprutinæ Diœceſis eſſe declarat, in ſuo diplomate dato an. 1153. Vide Ughell. to. 1. pag. 396.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Laurentii Caſtiliani, apud quod Alexander II. Summ. Pont. Pontificatus anno 8. Salutis 1069. Diploma dedit in favorem Archidiaconi, & Canonicorum Narnienſis Eccleſiæ. Vide Ughellum to. 1. pag. 1088. *Caſtigliano* Terra, ſive Vicus in Colle ſitus, in Umbria, undecim mill. paſs. Narniâ diſtans, Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia tit. S. Benedicti in Catrula, ipſam Anaſtaſius IV. Summ. Pont. in ſuo diplomate dato anno Salutis 1153. recenſet poſitam intra fines Diœceſis Aprutinæ; ut refert Ughellus tom. 1. pag. 396.

Abbatia tit. S. Angeli de Catume, de cujus Abbate Beraldo ad ann. 1209. mentionem facit Chronicon Foſſæ Novæ.

Cava nobiliſſima Abbatia, Ordin. Cluniacenſis, ſub Regula S. Benedicti, quam S. Alferius Salernitanus factus Cluniacenſis Monachus ædificavit, ſub titulo SS. Trinitatis anno 980. ingentibuſque ditavit divitiis: fuit Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecta, cum Civili juriſdictione, cui Summi Pont. Gregorius VII. & Urbanus II. ſplendida contulere beneficia: poſita primitus erat ſub abrupta montis cava, in loco ad Cavam dicto, & Diœc. Salernitanæ. Illam in Cathedralem Eccleſiam erexit Bonifacius IX. Papa anno Salutis 1394. Pontificatus anno 5. ſed Leo X. ſuppreſſo Monaſterii SS. Trinitatis Cathedralis Eccleſiæ titulo novam an. 1514. in vicino Caſtello S. Mariæ Eccleſiam in Cathedralem erexit.

Locus vocatur Caveæ Metellianæ, ſive Mitillianum, non longè à Salerno Civitate quinto videlicet milliario, in Regni Neapolitani Provincia Principatus Citerior dicta: Unita fuit Congregationi Caſinenſi, ſive S. Juſtinæ de Padua per Alexandrum VI. Papam anno Salutis 1495. daturque ei Abbas Commendatarius. Vide Ughellum tomo 1. pagin. 646. & ſeqq. ſita eſt in Clivo Orientali Montis, cui nomen Feneſtra: habebat olim viginti novem Abbatias ſibi ſubjectas, & 91. Prioratus quibus conſtabat Congregatio Cavenſis dicta, cujuſque ipſa Caput erat. Chronicon Cavenſe, & ejus Abbatum indicem vide apud eundem Ughellum to. 7. pag. 511. & deinceps Pompeo Sarnelli *nelle memorie Chronologiche de' Veſcovi, &c. di Benevento* pag. 14. obſervat Urbanum II. Papam anno 1091. impoſuiſſe Mitram Capiti

S. Pe-

S. Petri Abbatis Cavenſis, & fuiſſe primum Abbatem hoc Privilegio decoratum. Vide etiam pag. 86.

Abbatia tit. S. Mariæ Magdalenæ de Cava, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Cremonenſis; ut recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. corruptè *de Cana* in indice Caroli de Viſch, qui in Lombardia fundatam aſſerit an. 1231. tertio Idus Auguſti. *Cava* Terra, ſive Vicus ad ripam ſiniſtram, & Aquilonarem Padi fluminis, ſecundo Cremonâ milliario, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia de Cavana, in Territorio Parmenſi, cujus meminit Bonavent. de Angelis in hiſtoria Parmenſi lib. 8. pag. 755. Terra, ſive Vicus Parmâ diſtans duodecim paſs. millib. versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Criſpini in Cauca, Ord. S. Auguſtini, Diœc. Savonenſis. Ita Vetus Codex Taxæ Cameralis. In Liguria.

Abbatia Cavonæ, cujus ann. 1591. Abbas erat Paulus Sanvitalis Parmenſis Spoletanus Epiſcopus; ut obſervat Ughellus tomo 1. pagin. * 185. credi poteſt eadem cum præcedenti, & ſcriptum Cavonæ pro Cavanæ.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Jacobi de Cavena, Ordin. S. Benedicti; unitum Abbatiæ S. Capraſii Lunenſis, Diœc. ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. deest quoque Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo; in Etruria, & Liguriæ confinio.

Abbatia tit. S. Michaelis Archangeli de Caveoſo, Ordin. S. Benedicti, quam anno 1484. Sixtus IV. Summ. Pontifex univit Congregationi Sanctæ Juſtinæ de Padua; ut habetur in indice MS. Abbatiarum huic Congregationi unitarum.

Abbatia *di Caurigha*, Monialium Ordin. ſive Congreg. Vallis Umbroſę, in qua anno 1163. ſanctitate floruit ejuſdem Abbatiſſa B. Berta Virgo; ut refert Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 2. pag. 122. *Cauriglia* Villa eſt, Diœc. Feſulanę, quindecim mill. paſsuum à Florentia Civitate diſtans. In indice Monaſteriorum hujus Congregationis, in Bulla Alexandri III. Papæ data anno 1176. apud Ughell. to. 2. pag. 284. vocatur *Monaſt. Caprilia*.

Abbatia titulo S. Cæciliæ, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Caputaquenſis, de qua loquitur Ughell. to. 7. pag. 664. legit Pax Jordanus in Abbatiarum Catalogo S. Cæciliæ Cotula, in Regni Neapolitani Provincia, Principatus Citerior dicta.

Abbatia tit. S. Michaelis de Ceciliis, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Aretinę, recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. unita fuit Congregationi Montis Oliveti; non diverſa eſt ab Abbatia tit. S. Mariæ de Cicillo, quam anno 1443. Eugenius IV. Papa dedit Abbatiæ Olivetanæ titulo S. Benedicti apud Senas ſitæ. Habebat ſub ſe Eccleſias S. Petri de Petrojo, S. Andreę, & S. Agathæ de Cicelano, aliàs Ciclano, de Eſeleto, de Agello de Petrojo, de Camprena, de Vajano, & de Tigliano. Vide Bonaventuram Tondi in Oliveto dilucidato pag. 5. dicitur etiam de Ciciliis.

Abbatia inſignis titulo Sanctæ Mariæ de Cecto, cujus anno 1572. Abbas Commendatarius erat Vincentius de Marinis Albæ Pompejæ Epiſco-

ſco-

ſcopus. Vide Ughellum tomo 4. pagin. 425.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Vitalis prope Caſtrum Cedula, ſubtus viam publicam cum tota curte Calderaria. Vide Chronic. Caſinen. lib. 4. cap. 18. circa annum 1096.

Abbatia tit. S. Angeli de Cedaldis, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Caſtellanenſis, hoc eſt Venetiarum; recenſetur in Codice Cam. Apoſt. verbo *Caſtellanus* Epiſcopatus. Codex Taxar. D. Paſſionæi legit de Codaldis; tempore Clem. VII. anno circiter 1525. & dubius hæret an non ſit Diœc. Civitatis Caſtelli.

Abbatia tit. S. Nicodemi Celeranis, Ord. S. Baſilii, Diœc. Hieracenſis in Calabria Ulteriori; habetur in Cod. Taxarum Cam. Apoſt. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum catalogo legit Sancti Nicomedis de Celeramis, aliàs de Mancola; ſuppreſſam ante an. 1613. ſuadet ſilentium Sylveſtri Maruli, in indice Abbatiarum Ordin. S. Baſilii. Codex Taxar. D. Paſſionęi legit S. Nicodemi Celerani, aliàs Mamola, de qua vide infra hoc verbo.

Abbatia tit. S. Angeli de Celano, Congregationis Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti, Diœc. Marſicanæ, prope lacum Fucinum, in Editiori colle ſita; Fundator Petrus de Azaglamora Celani Comes, qui anno 1392. In honorem S. Michaelis Archangeli Eccleſiam in pręfato ſuo Caſtro Celani ædificavit, nec multo poſt de adjungendo illi Monaſterio cogitavit, quod, & brevi illud de bonis feudalibus propriis munificentiſſimè dotando perfecit. Celanum quod Lacui Fucino *Lago di Celano* nomen recentius dedit, à quo duobus paſs. mill. diſtat versùs Aquilonem, ad radices Apennini montis, in Aprutio Ulteriori, à Civitate Aquilâ quatuordecim mill. paſs. diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Archangeli de Celiis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Barenſis, in Territorio *Terra di Bari* dicto. Unita fuit Abbatiæ S. Nicolai de Siriis; ut aſſeritur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. Celiæ, vulgò *Ceglie* Oppidum quinque paſs. mill. à Civitate Barenſi diſſitum, versùs Meridiem. In Codice Taxar. D. Paſſionęi ſic legitur. S. Angeli, & S. Nicolai de Ciliis, vel Alto Silice, Ord. S. Benedicti invicem uniti.

Abbatia de Celimento S. Joannis vide verbo Coli Maii.

Abbatia de Celinis. Vide verbo de Monte Colinis.

Abbatia tit. S. Catharinæ à Cella, quàm anno 1579. Commendatam habebat Matthæus Colles Neapolitanus Marſorum Epiſcopus. Vide Ughell. to. 1. pag. 986. *Celle* Terra, ſive Vicus Diœc. Marſorum, in Aprutio Ulteriori, quindecim mill. paſs. à Fucino, ſive Celano lacu, versùs Occidentem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Jacobi de Cella Volana, in Nemoribus, nobiliſſimum olim Canonicor. Regularium Ord. S. Auguſtini, quod ante annum 1200. invidioſa vetuſtas ita delevit, ut nullum nunc extet veſtigium; ut aſſerit Ughellus to. 3. in Epiſcopis Comaclenſibus pag. 504. Diœc. erat Comaclienſis. Vetus hoc Monaſterium Ferrariam prope muros translatum eſt poſt annum 1505. cum titulo Sancti Jacobi, & Lazari. *Volana* ad Oſtia brachii cujuſdam Padi fluminis

minis *il Po di Volana* dicti, Comaclenſi Civitati ad Boream.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ, quæ dicitur in Cellis, in Territorio Carſeolano, quod circa an.1000. prope Talleacotium, ſive Taliequitium Caſtrum, vulgò *Tagliacozzo* Rainaldus Comes Marſorum fundavit, illud in circuitu non parvis poſſeſſionibus ditans. Vide Chronic. Caſinen. lib. 2. cap. 23. in Diœceſi Marſorum, & in Aprutio Ulteriori, octo circiter paſs. mill. à Fucino, aliàs Celano lacu diſſitum, versùs Orientem, ubi etiam nunc terra eſt, vulgò *le Marie* dicta.

Abbatia titulo Beatæ Marię Matris Domini Cenetenſis *Ceneda* Diœceſis, forſan in ipſamet Civitate, de qua ſolus Codex Taxarum Cam. Apoſt. in Marchia Tarviſina.

Abbatia tit. S. Spiritus in Oppido Centi, Ordin. Canonicor. Regular. S. Auguſtini, Congreg. S. Salvatoris Bononiæ; in Diœc. Ferrarienſi, primùm Prioratus erectus nuper ſub tit. Abbatiæ, concedente Paulo V. Sum. Pontif. anno 1609. ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitæ lib. 2. c. 52. pag. 474. illam pariter in Diœc. Ferrarienſi collocat Catalogus MS. Abbatiarum ejuſd. Congregationis *Cento* Caſtrum Ducatus Ferrarienſis ſuper canale *di S. Giovanni* poſitum, viginti mill. paſs. Ferrariâ diſtans Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Marię de Centula, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Caputaquenſis *Capuccio*; ut refert Ughellus tomo 7. pag. 663. qui nominis ſimilitudine deceptus huic Cœnobio attribuit S. Richarium Monaſterii Centulę in Gallia fundatorem, hęc veriùs aſſerimus ex diuturniori noſtro in hoc loco incolatu. Vide notas noſtras in Martyrologium Romanum tabula 3. pagin. 52. *Centola* Oppidum in Colle ſitum, in Regni Neapolitani Provincia, Principatus Citerior dicta; quatuordecim paſsuum mill. à Policaſtro diſtans; versùs Occidentem. In Cod. Taxarum D. Paſſionæi; ſic legitur S. Marię de Angelis de Centula, Ord. S. Benedicti aliàs nullius Dięceſis.

Abbatia tit. S. Marię de Centula, Ordin. S. Benedicti, Dięc. Aquenſis; ut habetur in Cod.Taxar. Cam. Apoſt. *Aqui* in Ducatu Montis Ferrati. Cod. Taxar. D. Paſſionęi addit; aliàs titulo S. Petri.

Abbatia tit. S. Petri extra muros de Centula, Diœc. Aquenſis; ut aſſerit Ughellus tomo 4. pag. 465. in Ducatu Montisferrati.

Abbatia, ſive Monaſt. Canonicor. Regularium tit. S. Paterniani, apud Caſtrum Ceperani, ad dexteram, & Occiduam Lyris, ſive Lirii, vulgò *Garigliano* fluminis ripam, in Latio; nunc *Campagna di Roma*, Diœceſis Verulanę; in quo Concilium celebratum eſt ann. 1114. à Paſchale II. Sum. Pont. Vide Ughell. to. 1. pag.* 293. reperitur anno 1170. quidam Schetinus Abbas Ceperanæ; in Bulla Urbani II. Papæ data anno 1097. vocatur ſimpliciter Monaſter. Canonicorum S. Paterniani; quindecim millibus paſſuum Verulis diſtat, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia titulo S. Mariæ de Cerate, aliàs de Charitate, Ordin. S. Baſilii, Diœceſis Aletienſis, ſive Lycienſis, vulgò *Lecce*, in Regni Neapolitani

Provincia Hydruntina, vulgò *Terra d'Otranto* nuncupata; unita hoſpitali Beatæ Mariæ de Populo Incurabilium Neapolitano, per Clementem VII. Papam anno 1531. ita Codex Taxar. D. Paſſionei.

Abbatia S. Cerbonis, ſive Cerbonii Monialium. Vide infra litt. L. verbo Lucæ.

Abbatia tit. S. Mariæ de Cereto, Diœc. Bovenſis in Calabria Ulteriori, ita Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ, ſimiliter Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Codex Taxarum D. Paſſionei dicit eſſe Ordin. S. Baſilii, aſſeritque illi unita Monaſt. S. Michaelis extra muros Bovenſes, & S. Marię de Candelora, & S. Leonis de Alphinea Diœc. Regienſis, per Martin. V. anno 1430.

Abbatia tit. S. Andreę, & S. Marię de Cereto, ex partibus Yſtriæ, ſive Hiſtriæ, de cujus Abbate Sipoto longè ante annum 1255. vivente mentionem facit Alexander IV. Papa in Bulla hoc anno data; quam refert Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitæ lib. 3. c. 16. pag. 620.

Abbatia tit. S. Philippi in Cerice, Ord. S. Baſilii, Diœc. Rheginenſis in Calabria Ulteriori, cujus mentio fit in Codice Taxar. Cam. Apoſt. de ea nihil in indice Sylveſtri Maruli edito anno 1613. dicitur aliàs de *Guite*, cujus mentio fit in regiſtro Eugen. IV. Papæ; de ea Codex Taxarum D. Paſſionei.

Abbatia titulo S. Stephani de Cerratello, Ordinis S. Benedicti, quæ ſubdita, ſive de Congregatione erat Abbatiæ S. Petri de Eugubio, ut obſervat Lud. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pagin. 300. in confinibus de Caratello, Diœc. Eugubinæ, quam Leo X. Summ. Pont. anno 1520. univit præfatæ Abbatiæ S. Petri, in quam introducti priùs fuerant Monachi Olivetani. Vide Bonavent. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato, pag. 158. Videtur eſſe ea, quæ in Mappa Antonii Magini Ducatus Urbini vocatur *Badia di S. Stephano*, octo paſs. millibus Eugubio diſtans, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Michaelis Cerreti, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Bergomenſis juxta flumen Ollei *Oglio*, in confiniis Agri Cremonenſis, quam Carolus Craſſus Imperator anno 883. ſuis diplomatibus univit Cathedrali Eccleſiæ Bergomenſi, ea tamen conditione, quod apud Cerretum alerentur Abbas, & duodecim Monachi, qui divinum perſolverent officium; ut refert Ughellus tomo 4. pag. 593. & 597. & ſeqq. ubi ſimilia aliorum Imperatorum privilegia refert: illam à Paganis deſtructam reſtauravit Oldericus Epiſcopus circa ann. 968. Vide ibidem pag. 623.

Abbatia titulo S. Mariæ de Cerreto, prope Laudam Pompejam. Vide infra litt. L. hoc Verbo.

Abbatia tit. S. Mariæ de Cerreto, ſeu Toyero, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Rheginenſis, alias Rhegienſis in Calabria Ulteriori; ut habetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. de qua ſilet Sylv. Maruli in indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis anno 1613. edito.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Petri de Cerreto, quod Franſaricus filius Theodini, pro remedio animæ ſuæ, dedit Epiſcopo Eccleſiæ Eſculanæ; ut expri-

exprimitur in diplomate Lotharii Imp. dato ann. 1137. de eodem mentionem faciunt diplomata Imperatorum Conradi, & Friderici. Vide Ughellum tomo 1. pag. 507. & 509. ac 513. intelligi debet de Eccleſia Aſculana Piceni, ſive Marchiæ Anconitanæ.

Abbatia titulo S. Petri de Cerreto, Diœc. Volaterranæ; ita Cod. Taxar. Cam. Apoſt. in Dominio Florentino Etruriæ, Ord. ſive Congreg. Camaldulenſis, unita eſt Monaſt. S. Mariæ de Angelis Florentino; ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia, vulgò la Certoſa dicta. Vide ſupra litt. B. S. Mariæ de Baggio.

Abbatia tit. S. Hieronymi de Cervaria, prope Portum finem, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Januenſis, cujus fundator fuit Guido Januenſis Archiepiſcopus, qui ibidem ſepultus eſt anno 1368. Anno 1159. Fridericus Imperator dat Abbatiam de Cervaria Taurinenſi Eccleſiæ; in hoc Monaſt. Hoſpitatus eſt anno 1377. Greg. XI. Papa, quo tempore ſimplex erat Prioratus. Vide Ughell. to. 4. pag. 1233. & pag. 1467. fuit unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua, per Pium II. Summ. Pont. anno 1460. Codex Taxarum Cam. Apoſt. aſſerit illi unitam eſſe Abbatiam S. Benigni de Capite Fari prope Januam.

Ceſena. Vide ſupra Cæſena.

In Oppido de Ceſi, Abbatia titulo S. Agnetis, Monialium Ord. S. Benedicti, & Congregationis Caſinenſis, ſive S. Juſtinæ de Padua, Diœc. Spoletinę in Umbria, quam Martha de Fulginio fundavit anno 1540. ibique prima Abbatiſſa, uſque ad diem obitus anno 1559. permanſit. Penè deſtructam reſtauravit anno 1614. Abbas Laurentius Caſtrucci, qui poſtmodum Spoletinus fuit Epiſcopus, multiſque Sanctorum reliquiis exornavit; ut teſtatur Ludovic. Jacobilli de Sanctis Umbriæ to. 3. pag. 322. *Ceſi* decem paſs. mill. Spoleto diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Onuphrii *del Chaos*, Ordin. S. Baſilii in Calabria de qua ad an. 1613. extante loquitur Sylv. Maruli, in Oceano omnium Religionum Mundi, lib. 1. pag. 67.

Abbatia de Chareto, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Laudenſis in Lombardia, recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. forſan eadem cum Abbatia S. Petri de Cerreto.

Abbatia S. Mariæ de Charitate, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Lycienſis; quam recenſet Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Lycia, aliàs Lupia, vulgò *Leccie*, in Regni Neapolitani Provincia *Terra d'Otranto* vocata.

Apud Cherium Urbem, Abbatia titulo S. Marię de Stivolato, Monialium, Diœc. Taurinenſis; cui anno 1413. Unita eſt Præpoſitura Sancti Andreæ ejuſdem Oppidi Cherii, Canonicorum Regularium Congreg. Mortarienſis; ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſtor. tripartitæ lib. 2. cap. 28. *Chieri* in Pedemontio, octo mill. paſs. Taurino diſtans, versùs Orientem.

Abbatia titulo S. Salvatoris de Chilina, Diœc. Militenſis, in Calabria Ulteriori; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis, in fine.

Abbatia tit. S. Chriſtinæ, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Mediolanenſis;

N 2 ut

ut refert Codex Taxar. Cam. Apoſt. de ea Ughellus to. 4. pag. 82. an. 1423. hujus Abbas erat Venturus de Marnis Cremonenſis Epiſcopus. *S. Chriſtina* Terra, ſive Vicus in Ducatu Mediolanenſi ad *Olena* fluvium, ſexdecim circiter mill. paſs. Mediolano diſtans, Occidentem æſtivum versùs; hoc Monaſt. unitum eſt Collegio Germanico Urbis Romæ, per Greg. XIII. Summ. Pont. anno 1581. ita Codex Taxar. D. Paſſionęi.

Abbatia tit. S. Chriſtophori, Diȩc. Aſtenſis, de qua Ughell. to. 4. pag. 518. Ubi Eugenius III. Summ. Pont. Bullâ data ann. 1153. illam Anſelmo Aſtenſi Epiſcopo confirmat, & ſub Protectione S. Sedis Apoſtolicæ ſuſcipit, eandem pariter anno 1216. Innocent. III. Papa Abbatiæ Cluſinæ confirmat; unde clarum eſt Ord. fuiſſe S. Benedicti; Vide Privilegium ibidem pag. 1436. ſita eſt in Liguria.

Abbatia *di S. Chriſtophoro*, in Territorii Peruſini Marchionatu Caſtilionis de Lacu, a quo *Caſtiglione di Lago* Oppido trib. paſs. mill. diſtat, versùs Meridiem, duobus à Lacu Peruſino, versùs Occidentem, ut exprimit Antonius Maginus in Mappis.

Abbatia, ſive Monaſt. Churamidi, cujus Tenimentum contiguum erat Tenimento Abbatiæ Sancti Heliæ, & S. Anaſtaſii de Carbona, ut conſtat ex donatione Ugonis de Claramonte, & Grimargę Uxoris ejus, Monaſterio de Carbone facta an. 1077. Vide Ughell. to. 7. pag. 110. in parte veteris Apulię, quæ nunc dicitur Baſilicata.

Abbatia tit. S. Petri de Ciano, Ord. S. Baſilii in Calabria, recenſetur in Syllabo Abbatiarum hujus Ord. apud Sylveſt. Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi ad annum 1613. lib. 1. pag. 68.

Abbatia titulo S. Mariæ de Cicillo, eadem quæ S. Michaelis de Ceciliis, de qua ſupra.

Abbatia, ſive Monaſterium Cilenti, ſub tit. S. Michaelis Archangeli, de quo apud Ughell. to. 7. pag. 767. mentio fit in Vita S. Petri, Primi Policaſtrenſis Epiſcopi, qui ad Cœlum evolavit anno 1123.

Abbatia titulo S. Mariæ de Cinago, vide infra litt. L. Verbo Lomaquenſis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Cingla, Monialium, Ord. S. Benedicti, à Petronace Montis Caſini Abbate, de bonis cujuſdam Sculdais, & donationibus Giſulphi Ducis Beneventi fundatum; ut refertur in Chronico Caſinen. lib. 1. c. 6. initium cœpit anno circiter 750. Prima Abbatiſſa Gauſa; fuit Monaſt. poſtea Capuam translatum; locus vocatur etiam nunc Cingula, in Territorio Aliphano, in Regni Neapolitani Provincia Campania Felix, ſive Terra Laboris dicta. Anno 847. Monaſt. fuit à Saracenis devaſtatum. Anno circiter 1110. Girardus Caſinen. Abbas Eccleſiam ibi ampliorem extruxit. Vide idem Chronicon lib. 4. pag. 53. tandem hæc Abbatia fuit Caſinenſi Cœnobio reſtituta circa annum 1120. eodem libro, cap. 70. fuſiora. Vide apud Ughellum tom. 6. pag. 375.

Cingulum, vulgò *Cingoli* Urbs olim Civitatis titulo decorata, Diȩc. Auximanæ in Marchia Anconitana ad *Muſone* fluv. quatuordecim mill. paſſuum Auximo diſtans, Occidentem hyema-

malem verſus, & decem circiter mill. paſsuum Æſio *Jeſi*, versùs Meridiem. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Michaelis, Monialium Ordin. S. Benedicti, quam anno 1265. ædificavit B. Sperandia Virgo, ſub Congregat. S. Sperandii, ejuſque prima Abbatiſſa fuit; ut obſervat Ludovic. Jacobilli de SS. Umbrię to.2. pag.237. obiit prælaudata B. ann.1276. Corpus ejus ibidem requieſcit, & frequentibus miraculis fulget, unde loci Eccleſia nomen S. Sperandię adepta eſt. Vide Oratium Avicenna libro cui titulus *Memorie della Città di Cingoli*.

II. Abbatia titulo S. Catharinæ, Monialium Ordinis priùs S. Benedicti, quæ poſtmodum ad Ordinem tranſiere Ciſtercienſem: cujus initia ad annum circiter 850. referuntur; fuere primitus in loco *Colle de Luce* dicto, ubi nunc S. Jacobi Eccleſia, & Conventus Patrum Minorum de Obſervantia. Multis fuit nobilitata Privilegiis. Abbatiſſa à Monialibus eligebatur, & à Summo confirmabatur Pontifice Ordin. S. Benedicti. Duo ejuſdem Ordin. Conventus Virorum, qui ſubditi erant Abbatiſſæ, quæ ibi Priores inſtituebat, primus erat Monaſter. S. Andreę intra Civitatem. alter tit. S. Bartholomæi in Territorio di *Colognola*, ubi etiam nunc jus habet Rectorem inſtituendi; non admittebantur puellæ, niſi de nobiliſſimo ſanguine procreatæ. Dominium habebat plurium Caſtellorum, maximè in Territorio Æſino; ejus perpetua Abbatiſſa fuit filia Benutini Cima Senatoris Romani tempore Bonifacii IX. Papæ. Vide Oratium Avicenna; lib. *Memorie della Città di Cingoli* pag.242. & 243.

III. Cinguli Abbatia tit. S. Benedicti, Congregationis Sylveſtrinorum Ord. S. Benedicti, ut habetur in indice Abbatiarum MS. ejuſdem Congregationis.

IV. In Territorio Cingulenſi, Abbatia tit. SS. quatuor Coronatorum, in Diœceſi Auximana, Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini; data fuit in Commendam; plurimis gaudebat poſſeſſionibus, & aliquando à quibuſdam Cinguli Civibus fuit deſolata; ut aſſerit Oratius Avicenna in libro *Memorie della Città di Cingoli*; Anno 1525. ejus Abbas Commendatarius erat Joannes Petrus Simonetti Cingulanus; ut teſtatur Lodovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 2. pag. 238. erat olim ſub tit. S. Victoris, & Ord. S. Benedicti; ejusque Abbas privilegium habebat uti Mitrâ, & Pontificiis veſtibus; ut obſervat idem Oratius pag.224. erat prope Caſtellum *d'Arcione*; dicitur S. Victoris de Arciano de Cingulo.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nazaræ de *Cipho*, unitum Abbatiæ S. Mariæ de Petronio anno 1439. in Urbini Ducatu, ad confines Umbriæ; vide Codicem Taxarum Cam. Apoſt. Verbo *Civitatis Caſtelli*, aliàs Tipherni. *Cipho* Vicus Umbriæ novem paſs. millibus Spoleto diſtans, versùs Aquilonem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Ciriaci, Ord. S. Benedicti, Diœc. S. Marci in Citeriori Calabria; ut referunt Ughellus, & Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ taxatum fuit die 29. Martii anno 1604.

Ab-

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Angeli in Cinarclano, aliàs in Cornacula, quod anno 1173. Alex. III. Papa confirmat Andreę Theatino Epiſcopo, & ſucceſſori ejus Bartholomęo Innocentius III. Bullâ data ann. 1208. Vide Ughellum tomo 6. pag. 876. & pagin. 886. in Aprutio Citeriori. In Codice Taxarum D. Paſſionęi dicitur S. Angeli de Corciano, ſive Cornachiano, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Theatinæ.

Abbatia tit. S. Petri de Cirimigna, Ord. S. Benedicti, Diœc. Surrentinę; de qua Vetus Codex Taxę Cameralis; ſita in Campania Felice, ſive Terra Laboris.

Abbatia tit. SS. Vincentii, & Anaſtaſii in Ciſiano, non longè ab Oppido Amandula, cujus Abbas Commendatarius erat Petrus Priſcus, è Familia Nobili Guglielmuccia de Amandula, Firmanę Diœc. factus anno 1515. Lavellenſis Epiſcopus. Vide Ughellum to. 9. pag. 1041. & 1042. in Marchia Anconitana.

Abbatia S. Mariæ de Citria. Vide infra de Sitria litt. S.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Pauli Civitatenſis, quod Abbatiæ S. Marię de Pulſino confirmat Federicus II. Imperator; per diploma datum anno 1225. apud Ughell. to. 7. pag. 1131. Civitas Marſici veteris Apuliæ Epiſcopalis, in Provincia Capitanata nuncupata.

Abbatia tit. S. Mariæ de Civitella in ſuburbio Civitatis Teatinæ. Vide infra hoc Verbo litt. T.

Abbatia Sancti Laurentii de Civitella. Vide ſupra Sancti Laurenti de Anderta.

Abbatia S. Mariæ Claræ vallis. Vide ſupra S. Mariæ de Caſtaneola.

Abbatia S. Mariæ Claræ vallis, Ord. Ciſtercienſis, in Diœc. Camerinenſi. Locum dedit Guarnerus Marchio Ducatus Spoletani ſitum in Comitatu Camerini, juxta fluvium *Clentis*, illum haud dubiè, qui nunc *Chiento*. Donatio facta eſt anno 1145. quam refert Ughellus tomo 1. pag. 597. forſan ubi nunc Vicus, vulgò *Badia* dictus quatuor millibus paſs. Camerino diſtans, versùs Orientem paulò ad Boream; forſan quæ Clarevallis de Flaſtra; Vide infra hoc Verbo litt. F.

Abbatia tit. S. Mariæ Claræ vallis, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Mediolanenſis ſecundo à Civitate lapide, ad Portam Romanam à S. Bernardo extructa ann. 1135. adiutore nobili viro Guidone ex Capitaneis Portę Orientalis, plurima huic Abbatiæ bona contulit Archintea familia. Primus Abbas fuit quidam nomine Bruno, & Commendatarios Abbates habuit ab anno 1442. ad annum 1465. quo per Abbates Conventuales regenda tradita eſt Septimianis Ciſtercienſibus. Vide Ughellum tomo 4. pag. 196. & ſeqq. unitum illi fuit Monaſter. S. Petri de Leſſolio, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Papienſis; ut aſſeritur in Codice Taxar. Cam. Apoſt.

Abbatia titulo S. Angeli de Claſerna, aliàs Claſſerna, vulgò *Chiaserna*, vel *Chiaſſerna*, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Eugubinæ; Unita fuit Monaſterio S. Petri de Eugubio per litteras Sixti IV. Papæ; denique unita Congregationi montis Oliveti anno 1483. de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. ſita eſt in Ducatus Urbini Territorio Can-

Cantiano, quatuor videlicet millibus paſs. à Cantiano, versùs Meridiem, & octo mill. paſs. ab Eugubio, versùs Boream.

Claſſis Oppidum, ſive Claſſenſe, quia ibi olim Claſſis Romana ad tutelam Adriatici maris excubabat, ſic appellatum, in Æmilià nunc Romandiolà apud Ravennam, à qua tribus tantum paſſuum millibus diſtat, versùs Meridiem. Ibi.

I. Abbatia, ſive celebre Monaſt. Claſſenſe, ſub titulo S. Apollinaris mart. cujus Corpus in Eccleſiam loci adſportatum eſt anno 549. & viginti ſex poſt annos prope illam Monaſterium ædificatum; anno deinde 731. per Joannem Ravennæ Epiſcopum celebris evaſit Abbatia, in quam anno 775. circiter introducti ſunt Monachi Benedictini, quibus anno 1138. ſucceſſerunt Monachi Congregationis Camaldulenſis, qui anno 1515. in Civitatem tranſmigrarunt.

II. Ibidem altera Abbatia ſub tit. Sancti Severi Epiſcopi Ravennatis, in quam ejus Corpus translatum eſt à Joanne ſucceſſore. Ordinis primitus fuit S. Benedicti, tranſiit poſtea ad Monachos Ordinis Ciſtercienſis anno videlicet 1112. quo in illam fuerunt introducti: Denique Calliſtus III. Papa, circa annum 1457. illam univit S. Apollinaris Claſſenſi Eccleſiæ; data erat in Commendam, nunc ſola reſtat Eccleſia, ut teſtatur Hieronymus Fabri *nelle Sacre memorie di Ravenna*, pag. 340. Vide infra Verbo Ravenna num. 52.

III. Apud Claſſem Abbatia, ſive Monaſterium ſub titulo SS. Joannis, & Stephani, cujus Abbas fuit Venerabilis Claudius, de quo S. Gregorius Magnus Papa lib. 4. epiſt. 41. & 43. & lib. 7. epiſt. 18. Ejus Abbas erat anno 649. S. Maurus Cæſenæ Epiſcopus; ut aſſerit Hieronymus Fabri *nelle Sacre Memorie di Ravenna* pag. 437.

Abbatia tit. S. Mariæ de Clavenna, & corruptè, ut reor, de Chiavena, aliàs de Derta, ſeu Dona, Ordinis Ciſtercienſis, & Diœc. Comenſis, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. de ea ſilet Carolus de Viſch in Abbatiarum ejuſdem Ordinis indice; ſilet quoque Ughellus, & ipſe Ciſtercienſis. *Chiavenna* Oppidum ſui Comitatus Caput, apud Rhetos, ſive *Griſæos* aliàs Griſones ſuper *Majera* fluvium. Codex Taxarum D. Paſſionæi dicit unitam Congreg. S. Juſtinæ per Alexandrum VI. anno 1497.

Abbatia tit. S. Clementis, de cujus Abbate ſæpius ſermo in Chronico Foſſæ Novæ, præcipuè ad ann. 1209. ubi Abbas vocatur Joannes; conſtat, ex iis, quæ narrantur anno 1216. In eodem Chronico, vicinam fuiſſe Abbatiæ S. Mariæ de flumine *Ceccano*, in Latio, ſive in Campania *di Roma* poſitæ.

Abbatia tit. S. Clementis, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Tiburtinæ, de qua mentio fit in Codice Taxar. Cam. Apoſt. in Latio novo. Vide infra Verbo Tibure.

Abbatia di S. Clemente in Aprutio Citeriori, ad fines Ulterioris, ſupra fluvium olim Aternum, nunc vulgò *Piſcara* nuncupatum, duodecim circiter millibus paſs. à Theatina Civitate *Chieti* diſtans, versùs Meridiem, ſed paulò ad Solis Occaſum. Vide in Tabulis Antonii Magini Tabula 49. & Ta-

& Tabul. 50. eadem eſt cùm Abbatia de Peſcara, de qua infra in litt. P.

Abbatia titulo S. Crucis de Clente, Ord. S. Benedicti, Diœc. Firmanæ, quæ anno 1162. requirente Abbate, & Monachis, tranſiit ad Ordin. Ciſtercienſem, ſub directione Abbatiæ Sanctæ Mariæ de Flaſtra, rem approbante Alex. III. Papa Bullâ data anno 1165. manſit ſub proprio Abbate, & filiatione Claræ vallis, quæ in Gallia, uſque ad annum 1285. quo caſu penè cecidit, & præfatæ tunc fuit reunita Clarevallenſi Abbatiæ. Vide Ughell. tomo 9. pag. 897. ſita eſt apud ripam dextram Clentis, vulgò *Chiento* fluvii, ſex millibus paſſuum à Firmo Civitate versùs Aquilonem, in Marchia Anconitana.

Abbatia titulo S. Mariæ de Cliente, vulgò *Chiente*, ſive *Chiento*, quam Monachis, Ord. S. Benedicti olim extruxit S. Victorinus Septempedanus Epiſcopus, in Piceno ad ſiniſtram, & Aquilonarem fluvii Clientis ripam, à cujus vicinitate vulgare nomen adepta eſt *S. Maria à pie di Chienti*, in Marchia nunc Anconitana, illam ad undecimum à Civitate Macerata milliarium, versùs Orientem collocat Antonius Maginus in ſua mappa, & ſex milliariis à Clientis fluvii oſtiis, versùs Occidentem; de hoc Monaſt. loquitur Ludovic. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 462. diverſa eſt à præcedente Abbatia S. Crucis, à qua medio interfluente fluvio quatuor paſs. mill. diſtat, versùs Occaſum.

Abbatia de Cliente, Ord. Ciſtercienſis, & Diœc. Laudenſis, in Lombardia, fundata anno 1141. tertio Calendas Decembris; ut teſtatur Carolus de Viſch in ſuo indice; alii verò anno 1143. fundatam aſſerunt; ut refert Gaſpar Jongelinus in Abbatiis Italiæ num. 33.

Abbatia tit. SS. Petri Apoſtoli, & Caloceri de Clivate, Ord. S. Benedicti, Diœc. Mediolanenſis; recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Anno 1100. Adam Abbas S. Caloceri ſubſcribit inſtrumento Anſelmi Archiepiſcopi Mediolanenſis; ut refert Ughellus to. 4. pag. 173. videtur eſſe Abbatia ab eo Chivirati dicta pag. 47. dicitur vulgò *di Chiva*, data eſt in Commendam, & anno 1556. ejus Commendatarius Abbas erat Nicolaus Sfondrati Card. qui poſtea fuit Gregorius XIV. Papa, & in eam Monachos Congregationis Montis Oliveti introduxit; ut aſſerit Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 181. *Chivira*, Oppidum Status Mediolanenſis ad Occiduam Laci *de Ghivira* ripam, triginta quinque millibus paſsuum Mediolano diſſitum Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia tit. S. Victoris de Cluſis, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis: extabat ante annum 1309. quo ejus Abbas nomine Gratias factus eſt Senogallien. Epiſcopus. Vide Ughell. to. 3. pag. 961.

Abbatia tit. S. Michaelis de Cluſa, Ord. S. Benedicti, Diœc. Taurinenſis, quam ann. 966. Hugo Diſſatus Alvernus primæ nobilitatis Vir, Montis Beuceri Regulus, cum Iſengarda Conjuge magnis effuſis Theſauris ad montem Capraſium extruxit, Annuncone Taurinate permittente Epiſcopo, & immunitatem concedente; ubi Advertum primum Abbatem conſtituerunt,

runt, poſtmodum fuit miraculo Inſigni in alteram montis partem tranſlata, ubi olim Phirghinaria Civitas, ab Alpibus duodecim paſs. millib. diſtans in monte Pycheriano, aliàs Porcariano. Ejus fundationem, & Innocentii III. Papæ Bullam datam anno 1216. ubi omnes Eccleſię ad hanc Abbatiam pertinentes enumerantur, vide apud Ughellum to. 4. pag. 1434. & 1435. Dari ſolita eſt in Commendam; fuit tandem anno 1622. à Gregorio XV. Summo Pontif. inſtante Mauritio Cardinale à Sabaudia ſecularifata, & Canonicorum Secularium facta Collegiata. Vide Hieronymum Fabri pag. 386. *Chiuſa* 12. mill. paſs. Taurino diſſita, versùs Occaſum.

Abbatia tit. S. Leonardi de Cluſa, vulgò *di Chiuſa*, Ordin. nunc, ſive Congregationis Montis Oliveti, Dięceſis Agrigentinæ in Sicilia; ut refert Rocchus Pirrus in hujus Eccleſiæ notitia; fuit primitus membrum celebris Monaſterii de Nemore in Sicilia, quod anno 1620. fuit in Abbatiam erectum, primuſque Abbas inſttutus D. Vitalis de *Sciacia* inſignis Theologus; ut refert Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato pag. 202.

Abbatia tit. S. Cæciliæ de Cochulo Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Caputaquenſis; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis; ſita in Regni Neapolitani Provincia, Principatus Citerior dicta.

Abbatia S. Angeli de Codaldis; vide ſupra de Cedaldis.

Abbatia *Colbar* dicta, Ord. Ciſterciensis, Diœc. Camerinenſis, recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. in Marchia Anconitana; de hac ſilet Carolus de Viſch in indice. Vocatur Cobbas in Veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia *di Col di Pepi*, aliàs di *Col Pepo*, quam ad ſiniſtram, & Orientalem Tyberis fluvii ripam collocat Ant. Maginus in mappis, ad nonum à Tudertina Civitate milliarium, versùs Aquilonem; in Umbria ad confines Territorii Peruſini.

Abbatia tit. S. Mariæ ad Martyres SS. Domini, & Salvatoris, & Sancti Quintii, ad montem de Colinis, ſive Abbatia de Celinis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Piſanæ; de qua vide Ughell. tomo 2. pag. 596. & Codicem Taxar. Cameræ Apoſtolicæ in Etrurię Dominio Florentino.

Abbatia tit. S. Joannis Colimaii, Ord. S. Benedicti; cujus Abbas Commendatarius, ſive Secularis erat anno 1486. Joannes Baptiſta Epiſcopus Aquilanus. Vide Ughellum tomo 1. pag. 437. forſan eadem cum Abbatia ejuſdem Diœc. tit. S. Joannis de Colimendo, aliàs de Celimento, cujus mentio fit in Codice Taxarum Cam. Apoſt. in Aprutio Citeriori; in Veteri Codice Taxę Cameralis vocatur de Collemontis.

Abbatia titulo S. Petri de Colle, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Cenetenſis; ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. & apud Ughellum to. 5. pag. 203. in Commendam dari ſolita; in Marchia Tarviſina, ſub Venetorum Dominio, à Civitate Ceneta duobus paſsuum millibus diſtans, Orientem hyemalem versùs, & duobus millibus paſs. à Conegliano.

Abbatia titulo Sanctæ Mariæ Collis Bovis. Vide ſupra littera B. hoc verbo, & prope Camerinum.

In Oppido antiquo Siciliæ Colliſanus dicto, Abbatia tit. S. Mariæ de Pedali; Oppido Comitatus titulo inſigni, Diœc. Cephaludenſis; ut refert Rocchus Pirrus lib. 3. in notitia Cephaludenſis Eccleſiæ *Colliſano* ad fontes Rocellæ fluvii, viginti mill. paſs. à Civitate Cephaludenſi, versùs Meridiem, Ord. eſt S. Benedicti.

Abbatia *alla Collina* nuncupata, in Dominii Florentini Territorio Caſentino; ita Anton. Maginus in mappis ad dexteram, & Occiduam Arni fluminis ripam, diſtat Florentiâ viginti quinque paſs. mill. versùs Orientem, paulò ad Aquilonem.

Abbatia de Colle medio, ſive Madio; vide ſupra verbo Aquila nu. 11.

Abbatia Collis Ementi dicta, cujus Abbati Hieremias Saſſenatenſis Epiſcopus (qui ſedit ab anno 1085. uſque ad annum 1102.) plurima bona contulit. Vide Ughellum to. 3. pag. 709. veroſimile eſt fuiſſe Saſſenæ *Sarzina*, Diœc. in Status Eccleſiaſtici Provincia Romandiola dicta.

Abbatia tit. S. Viti Ventonis, aliàs Monaſterium Collis Viridis, Ordinis S. Benedicti; Diœc. Tudertinæ; recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. ſita erat in Umbria.

Abbatia S. Petri de Colovelis, Diœceſis Geruntinæ in Calabria Citeriori; recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. aliàs de Calonelis.

Abbatia tit. S. Placidi de Colonero, in Sicilia, Diœc. Meſſanenſis prope Meſſanam, Ord. S. Benedicti. Primitus fuit ann. 1364. prope Eccleſiam Sancti Aloyſii de Calſidiro, quæ nunc S. Placidi veteris appellatur, ubi ejus Prior erat Leonardus de Anaſtaſio, anno 1367. Primus Abbas fuit Philippus de Dulci, deinde conſtructa eſt in planicie S. Dominicæ dicta, duobus milliaribus versùs Meridiem, in loco qui *Colonero*, hoc eſt in idiomate Græco vulgari, quod latinè *Bona aqua*; tranſmigrarunt anno 1393. ann. 1445. ejus Abbas erat Fr. Matthæus de Marco ejuſdem loci Monachus; ut teſtatur Ughellus tomo 9. pagin. 656. tandem anno 1633. propter Piratarum metum, ad ſuum hoſpitium S. Mariæ Magdalenæ, juxta Civitatis Meſſanenſis mœnia, versùs Auſtrum tranſierunt, retento nomine S. Placidi de Colonero; fuſiſſimam ejus notitiam vide apud Rocchum Pirrum lib. 4. de Abbatiis à pag. 243. & deinceps. Caput eſt Congregationis Siculæ, quæ unita eſt Congregationis ejuſdem Ordinis Caſinenſi, ſive Sanctæ Juſtinæ de Padua, per Julium II. Papam anno Sal. 1506.

Abbatia tit. S. Mariæ de Columba, Ordin. Ciſtercien. Diœc. Placentinæ, quam in Agro Placentino quinto decimo à Civitate lapide, & tertio à Julia Fidentia, Sanctus Bernardus Claravallis in Gallia Abbas ædificavit ann. 1135. & ei nomen primæ Abbatiæ Clarevallis impoſuit, locum atque fundum dantibus Clero, & Populo Placentinis. Anno 1137. in ſuam protectionem hanc Abbatiam ſuſcepit Innocentius II. Summ. Pontif. horum omnium vide inſtrumenta apud Ughel. tomo 3. pag. 262. primus Abbas fuit quidam Joannes poſtmodum Placentinus Epiſcopus. Ibidem pag. 266.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Columbæ, in finibus Banneoli, ſive Diœc. Beneventanæ, ab Adelpherio Comi-

Comite conſtructum, huic anno 1050. Pandolphus, & ejus filius Landolphus Longobardorum gentis Principes Beneventani plura bona dederunt; donationis diploma vide apud Ughellum tomo 8. pagin. 113. in Regni Neapolitani Principatu Ulteriori. *Bagnolo* Caſtrum ad fontes *Calore* fluvii, viginti duobus paſſuum millib. Benevento diſſitum, versùs Meridiem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo Sancti Columbani Cumanæ *di Como* Diœc. unitum Abbatiæ S. Victoris, extra muros Mediolanenſes ſitæ, per litteras Leonis Papæ X. Pontificatus anno 9. ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, anno Salutis 1521. in Lombardia.

Abbatia tit. S. Mariæ de Columna, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tranenſis; ita Vetus Codex Taxæ Cameralis: *la Colonna* milliario, prope Tranum ad Orientem, in Terra Barienſi *di Bari*.

Abbatia titulo S. Spiritus de Cominaco, vulgò *de Cominagho*, in Territorio Novarienſi, cujus anno 1609. Commendatarius Abbas erat Scipio Cardinalis Burgheſius, ubi unus tunc Capellanus reſidebat; ut habetur in Codice MS. Bibliothecæ Alterianę columna 13. littera D. numer. 4. fortè *Comignano* Vicus duodecim millibus paſſuum Novaria diſſitus, versùs Aquilonem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Comitii, Ordin. S. Benedicti ante annum 884. juxta fluvium Arulum, cum multis poſſeſſionibus ad Monaſt. Caſinenſe ſpectans; ita Chronicon Caſinenſe lib. 1. cap. 45.

Abbatia tit. S. Marię Magdalenæ, quam Pantaleoni Archiepiſcopo Compſano confirmat Innocentius III. Papa, Bullâ data Pontific. anno 3. Salutis anno 1200. quam vide apud Ughellum in Appendice Tomi 6. In Regni Neapolitani Provincia, Principatus Ulterior dicta.

Comum, & poſt inſtaurationem Novo-Comum, quæ etiam Cumana Civitas Epiſcopalis, vulgò *Como* Veteris Inſubriæ ad ripam Auſtralem lacus Larii, ab ea *di Como* dicti, à veteri Como ferè milliario diſſita, in Statu Mediolanenſi. Ibi.

I. Prope muros Abbatia titulo S. Juliani Comenſis, Ordin. S. Benedicti; cujus Abbas una cum Clero vocem olim habebat in Electione Epiſcopi, hanc fundavit, & dotavit Benno Comenſis Epiſcopus, qui ſedebat anno 1049. de ejus Abbate Jacobo ad annum 1458. mentionem facit Lucas Wadinghus, in Annalibus Seraphicis num. 47. Eam Sixtus IV. Papa, qui ſedere cœpit anno 1471. in Commendam dedit, & hinc demigrare coacti ſunt Monachi. Vide Ughellum to. 5. pag. 236. & pag. 279.

II. Extra muros Abbatia titulo S. Abundii, Ord. S. Benedicti, cujus Eccleſia primitus SS. Apoſtolis Petro, & Paulo fuerat conſecrata, ejus Abbas olim cum Clero electioni Comenſis Epiſcopi ſuffragabatur; ibi ſepultus eſt Sanctus Abundius Comenſis Epiſcopus; tradita poſtmodum fuit Monachis Ciſtercienſibus; ante an. 1140. nobile ejus membrum fuit Abbatia Aquæ Frigidæ; Vide apud Ughellum to. 5. pag. 236. & 242. fuerat primitus vetus Cathedralis Eccleſia, quam anno circiter 1010. in Abbatiam erexit

Albericus Comenſis Epiſcopus, & bonis privilegiiſque ditavit; ſub Sixto IV. Summ. Pont. qui ſedere cœpit anno 1471. ejecti fuere Ciſtercienſes, & Abbatia in Commendam data: vide ibid. pag. 270.

III. Abbatia titulo S. Benedicti, Diœc. Cumanæ *di Como*, quam cum Abbatia S. Mariæ de Aqua Frigida ejuſdem Diœc. unitam aſſerit Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo.

IV. Abbatia, ſive Monaſteriolum titulo S. Fidelis, quod anno 823. Leoni Comenſi Epiſcopo æternaliter poſſidendum tradidit Lotharius Imp. Vide Ughellum tomo 5. pagin. 247. & 250. ubi dicitur ad Epiſcopatum Comenſem pertinere. Huc Canonicos traduxit Henricus de Seſſa Comenſis Epiſcopus anno 1384. Vide ibidem pag. 311.

V. Abbatia titulo S. Dionyſii; in privilegio Lotharii Imperatoris, dato anno 834. in favorem Leonis Comenſis Epiſcopi, mentio fit de Waldone Abbate S. Dionyſii, & de rebus quas habebat in Valle Tellina; apud Ughellum tomo 5. pag. 250.

VI. Abbatia tit. S. Carpophori, Diœc. aut Civit. Comenſis, vide ſupra hoc verbo S. Carpophori.

Abbatia tit. S. Mariæ de Concha, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Theanenſis *Tiano*; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. deſideratur in indice Caroli de Viſch. In Campania Felice, ſive in Terra Laboris.

Abbatia titulo S. Gregorii, juxta fluv. Concha. Vide ſupra Verbo Arimini num. 7.

Abbatia tit. S. Antonii de Coneſano, Diœc. Cenetenſis, unita Congregationi Lateranenſi; ut recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. Legendum S. Antonii Caſtri Conegliani, erat priùs Canonicorum Regularium, Ord. S. Auguſtini, Congregationis Sancti Marci, uniturque Congregationi Lateranenſi ann. 1479. per Sixtum IV. Sum. Pont. ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſtor. tripartitæ lib. 3. cap. 32. pag. 700. Sed an fuerit Abbatia non affirmat. *Conegliano* in Marchia Tarviſina ſuper Collem, ad ripam dextram, & Occiduam fluvii *Mottegan*, quinque millib. paſsuum à Ceneta Civitate, versùs Meridiem. In Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur S. Antonii de *Canegliano*, Ordinis S. Auguſtini.

Abbatia titulo S. Angeli de Conſerva, Ord. S. Benedicti, Diœc. Eugubinæ; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis; in Marchia Anconitana, ſive in Urbini Ducatu.

Abbatia titulo S. Conſtantini, Diœceſis Militenſis, in Calabria Ulteriori; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Nicolai de Controno aliàs, ſed perperam, de Cantone, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Caputaquenſis in Commendam dari ſolita, de qua Ughellus to. 7. pag. 663. & Codex Taxar. Cam. Apoſt. atque Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. *Controne* Oppidum in Regni Neapolitani Provincia, Principatus Citerior appellata, ſeptem paſſuum millib. à nova Caputaquenſi Civitate versùs Orientem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Coneo, aliàs de *Coner*, Ordin. ſive Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœc. Volaterranæ, de

de qua loquitur Ughell. to.2. pag. 564. & Codex Taxar. Cam. Apoſt. de ea fit mentio in Bulla Alexandri III. Papæ data anno 1176. apud eundem Ughel. eodem tomo pagin. 284. Ejus Abbas ann. 1409. ſubſcribit Concilio Piſano; data erat ann. 1592. in Commendam. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo illam vocat S. Mariæ de Caneto, aliàs de Coneto. In Etruriæ Dominio Florentino *Caneto*, ſeptem mill. paſs. Volaterrâ, versùs Auſtrum: fuit unita Eccleſiæ Collenſi per Bullam erectionis ejus in Cathedralem per Clementem VIII. Papam ann. 1592. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Mariæ de Coprininza, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Cremonenſis; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Corate, quam anno 1153. Anaſtaſius IV. Sum. Pont. confirmat Petro Beneventano Archiepiſcopo, & anno 1157. Adrianus IV. Papa ſimiliter confirmat Henrico ejuſdem Sedis Archiepiſcopo, Bullas vide apud Ughellum tomo 8. pag. 176. & 183. in Regni Neapolitani Provincia, Principatus Ulterior dicta.

Abbatia S. Mariæ de Corbano, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Firmanæ; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis, in Marchia Anconitana.

Abbatia Monialium, in Territorio olim Urbis Siciliæ, cui nomen Corelio, vulgò *Coriglione*, in Diœc. Panormitana, in Valle, ſive Regione *di Mazara*, ad radices montis Buſamara, & ad fontes fluvii *Coriglione* dicti: Eccleſia erat ſub titulo S. Mariæ Magdalenæ, quam propter bellorum pericula Abbatiſſa, & Moniales deſerere ſunt coactæ, longè ante an. 1184. quo Rex Siciliæ Guillelmus Eccleſiam illam Divino Cultu deſtitutam dedit Abbatiæ Montis Regalis; ut refert Ludovic. Lellus in Summa Privileg. hujus Abbatiæ num. 49.

Abbatia S. Salvatoris de Cornaro. Vide infra litt. S. Verbo Sylvæ mundæ.

Abbatia tit. S. Stephani de Cornu, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Laudenſis in Lombardia, dicitur aliquando de Cornu Juveni, aliquando de Cornu Veteri, quam Anſelda Comitiſſa Griſalbæ cum filiis ſuis Lanfranco Arduino, & Magnifredo conſtruxit, & de ſuis facultatibus dotavit. Vide Ughell. tomo 4. pag. 902. & 906. Ubi Paſchalis II. Papa, Bullâ data anno 1106. illam ſub ſua protectione ſuſcipit. Index tamen Caroli de Viſch, qui primam Ordin. Ciſtercien. Abbatiam in Italia fundatam aſſignat anno 1120. hanc vocat Sanctæ Mariæ de Cornu in Lombardia, in Diœc. Laudenſi, & fundatam anno 1232. unde colligitur fuiſſe primitus Ordinis S. Benedicti, data tandem eſt in Commendam, & ejus Commendatarius Abbas fuit Sanctus Carolus Cardin. Borromæus; in Codice Taxar. Cam. Apoſt. vocatur S. Stephani de Cornu; eſt *Corno* Oppidum à Laudenſi Civitate ſexdecim paſſuum millibus diſſitum Orientem hyemalem versùs.

Abbatia S. Angeli in Cornacula. Vide ſupra in Cinarclano.

Abbatia titulo S. Mariæ Coronatæ, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Tarentinenſis, in Apuliæ parte, quæ nunc Terra Hydruntina; conſtructa fuit anno

anno 1225. eductis Monachis ex Abbatia Ferrariæ Diœceſis Theanenſis, nunc deſtructa jacet. Vide Ughellum to. 9. pag. 186. & Carolum de Viſch in Abbatiarum hujus Ordin. indice.

Abbatia tit. S. Mariæ de Coronata, Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia, Diœc. Januenſis; ipſis conceſſa eſt ſub Innocentio VIII. Summ. Pontif. anno Sal. 1486. ut teſtatur Catalogus MS. Abbatiarum ejuſd. Congregationis.

Abbatia, ſive Monaſterium Sanctæ Mariæ Coronatę, Diœc. Troianę *Troja* in Apulia; de qua Bulla Paſchalis II. Papæ ad annum 1100. apud Ughellum tomo 7. pag. 1376. ibidem Alexander II. Summ. Pontif. qui obiit anno 1073. confirmat illud Stephano Trojano Epiſcopo, cum benedictione Abbatis, hoc eſt cum jure Abbatem benedicendi; erat in Regni Neapolitani Provincia, nunc Capitanata dicta.

Abbatia tit. S. Georgii Coronatæ. Vide infra litt. G. Verbo S. Georgii.

Abbatia Corſeſtaglie, quam Abbatiæ Montis Chriſti ſuo diplomate confirmat Alexander VI. Papa, qui ſedebat an. 1492. Vide Hiſt. Camaldulen. cujus Ordinis fuiſſe videtur, lib. 2. cap. 22.

Abbatia tit. S. Mariæ de Corſica, de Plaidela nuncupata, quam Lucius II. Papa, Bullâ data anno 1144. confirmavit Alberto Abbati S. Mariæ de Caſtilione, Diœc. Parmenſis; ut refert Bonavent. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 122.

Abbatia tit. S. Mariæ de Corviano, Ferentinæ Diœc. in Latio, ſive Campania Romana, quæ per litteras Martini V. Papæ datas Pontific. anno 3. Salutis 1419. unita eſt Menſæ Epiſcopali Ferentinæ; ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. per Martin. V. Papam, Pontific. anno 3. Sal. 1419.

Abbatia tit. S. Ceciliæ de Corvaria, Ordin. ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Bononienſis, unita Monaſterio S. Salvatoris Vallis Umbroſæ per Innocentium VIII. Papam anno Pontific. 3. Sal. 1486. ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. recenſetur in Bulla Alexandri III. Summ. Pontif. data anno 1176. apud Ughellum to. 2. pag. 284. in Catalogo MS. Abbatiarum Canonicorum Regular. S. Auguſtini Congregationis S. Salvatoris de Bononia dictæ legitur S. Cæciliæ de Corbaria, cum Cura Animarum, Diœc. Bononienſis, ſub Innoc. VIII. de anno 1487. quo conſtat ad pręfatam Canonicorum tranſiiſſe Congregationem. *Corvara* quinque circiter mill. paſs. Bononiâ diſtat, Orientem hyemalem verſùs.

Apud Coſium Oppidum, olim Abbatia S. Petri; ut obſervat Fortunatus Sprecherus; in Pallade Rhætica pag. 290. ſitum eſt in Parte Italię, quę ſubjacet Rhætis; Valliſtellina nuncupatæ, ad Bitti *Bito* fluvii ripam ſiniſtram, Diœc. eſt Comenſis.

Abbatia titulo S. Coſmæ, prope ſpeluncam in qua primitus S. Benedictus vixit, cujus Abbate mortuo circa an. 500. ipſemet eſt Abbas electus è qua tamen anno elapſo diceſſit. Vide Ludov. Jacobilli in ejus vita pagin. 338. in Latio, ſive *Campagna di Roma*.

Abbatia titulo S. Petri in Coſta, Canonicorum Regularium S. Auguſti-

ni

ni Congregationis S. Salvatoris de Bononia dictę, Diœc. Januenſis; ipſis Canonicis tradita tempore Pauli III. Papæ anno 1541. ut teſtatur index MS Abbatiarum ejuſdem Congreg.

Abbatia titulo S. Cæciliç de Cotula, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Caput-Aquenſis in Regni Neapolitani Principatu Citeriori, de qua Ughell. to. 7. pagin. 664. & Pax Jordanus in Abbatiarum Catalogo.

Abbatia titulo S. Petri Crapolani, Ord. S. Benedicti, Diœc. Surrentinę; ut recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. non videtur, alia ab Abbatia Conſiſtoriali S. Petri à Capella, ejuſd. Diœc. de qua Ughellus to. 6. pag. 743. Vide ſupra. Propterea in Codice Taxarum D. Paſſionæi ſic intitulatur S. Petri ad Crapolam, ſeu à Capella.

Abbatia titulo S. Sylveſtri de Crapto. Vide S. Andreę in Flumine.

Abbatia S. Baſilii de Crathereto. Vide ſupra Sancti Baſilii Caſtri Villarum.

Abbatia tit. S. Marcellini Craterenſis, unita Abbatiæ S. Sebaſtiani Neapolitani, de qua S. Gregorius Papa epiſt. lib. 11. epiſt. 4. indictione 6. ſita erat prope Neapolim.

Abbatia tit. S. Barnabæ in Craticula, cujus Commendatarius Abbas erat anno 1446. Jacobus Borromæus Papienſis Epiſcopus. Vide Ughell. to. 1. pag. * 38.

Abbatia S. Mariæ de Crea. Vide infra S. Mariæ Montis Cretæ.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Marię de Credario, aliàs de Fredario, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Mantuanæ, cui unitum eſt Monaſterium titulo S. Marię de Oliveto, quodque unitum fuit Congregationi Montis Oliveti; ut teſtatur Codex Taxarum Cameræ Apoſt. vocatur etiam S. Mariæ de Crudatio. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo legit S. Mariæ Gradariæ, Ord. S. Benedicti Olivet. appellatur in Gradarà.

Primitus Abbatia fuit Monialium; deinde Canonica, hoc eſt Canonicorum Collegium, poſtmodum Monachis Congreg. Montis Oliveti data anno 1453. per Nicolaum V. Summ. Pontif. Ipſiſque conceſſa fuit Parochia, ſive plebs titulo SS. Petri, & Pauli de Guidicciola; ſita in Marchionatu, & Diœc. Brixiæ. Vide Bonav. Tondi in in Oliveto dilucidato pag. 89.

In Civitate Crema, Cœnobium Abbatiale tit. S. Benedicti, Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis; ut aſſerit Gabriel Pennottus hiſt. tripartitę lib. 2. cap. 25. Primitus fuerat Prioratus, Ord. S. Benedicti, & tunc cum Urbe, Diœc. Placentinæ; poſtea illum, ibi Ordine S. Benedicti extincto, Canonicis Congreg. Lateranenſis conceſſit Leo X. Summ. Pont. anno 1519. & in Abbatiam erexit Paulus V. Papa. Vide eundem Authorem lib. 3. cap. 42. pag. 742. Crema Urbs Inſubriæ, in Epiſcopalem erecta eſt à Greg. XIII. anno 1579. ſita eſt in planitie, ſub Venetorum Dominio.

Abbatia titulo S. Bernardi. Ordin. Ciſtercienſis, & Diœc. Cremenſis in Inſubria; de ea mentionem facit Carolus de Viſch in Abbatiarum ejuſdem Ord. indice, non expreſſo fundationis anno.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Cremella, Monialium, Diœc.

Diœc. Mediolanenſis; de qua diploma Berengarii Imperatoris datum anno 920. in favorem Abbatię, & Canonicorum de Modœtia *Monza*; cujus hęc verba ſunt; *ut ipſi Canonici duodecim Monachabus Monaſterio B. Petri famulantibus, de prædicta Curte Cremellæ expenſa victum præbeant quotidianum, quemadmodum antiquitus fuit uſus*, &c. Vide apud Ughellum to. 4. pag. 87. Iiſdem Canonicis Clemens III. Papa. Bullâ data an. 1188. his verbis: *Illud Monaſterium confirmationem quoque electionis Cremellenſis Abbatiſſæ, ſicut à quondam bon. mem. Robaldo Mediolanenſi Archiepiſcopo rationabiliter vobis conceſſa eſt & ſcripto ſuo firmata. Jus etiam* &c. Vide apud eund. Auth. eodem to. pag. 90. *Monza* Mediolano eſt ad Boream, cui haud dubiè vicina erat Curtis Cremella.

Cremona Urbs antiqua Cenomanorum, nunc Civitas in Ducatu Mediolanenſi, ad Padi *il Po* fluminis ripam ſiniſtram, & Aquilonarem. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Thomę de Cremona, Ord. S. Benedicti, unita Cóngregationi Montis Oliveti per Leonem X. Papam, Pontificatus anno 2. Sal. 1514. ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. de hac Eccleſia fit mentio anno 1078. apud Ughellum tomo 4. pag. 811. illud reor Monaſterium eſſe S. Thomæ de Lerno, de quo anno 1197. apud eundem Authorem tom. 4. pag. 823. data fuerat in Commendam; in ea manſerunt Monachi Olivetani ab anno 1514. uſque ad annum 1546. quo propter aeris intemperiem, ad Abbatiam S. Laurentii tranſiere. Vide Bonaventuram Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 180.

II. Abbatia tit. S. Cathaldi Cremonenſis, Canonicorum Regularium, Ord. S. Auguſtini; de qua mentio fit in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

III. Abbatia titulo omnium Sanctorum, Ordin. S. Benedicti, recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. De Joanne Bono hujus Monaſt. Abbate mentio fit ad ann. Domini 1207. apud Ughellum tomo 4. pagin. 1296. poſita poſtmodum fuit ſub tit. S. Benedicti, & fundata, ſive reparata fuit circa annum 1445. per Alexandrum Mariani de Carpi; ut refert Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 111. erat extra Cremonæ muros.

IV. Abbatia tit. S. Petri de Pado apud Cremonam, Ord. Canonicor. Regularium S. Auguſtini, unita fuit Congregationi Lateranenſi an. 1439. per Eugenium Papam IV. ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. non alia ſanè eſt ab Abbatia S. Petri in Civitate Cremonenſi ſita, cujus Abbatis conſecrationem Calliſtus II. Papa concedit Oberto Cremonenſi Epiſcopo; apud Ughellum tomo 4. pag. 814. ſedebat Calliſtus ab anno 1119. ad ann. 1124. de hoc Abbatiali Cœnobio Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitæ lib. 2. c. 26. & lib. 3. cap. 19. ubi fundatores inſinuantur Ardingus, & Edina Uxor, & prælaudati Eugenii IV. Bullam datam aſſerit anno 1439. pag. 635.

V. Abbatia tit. S. Benedicti Cremonæ, cujus anno 1078. Abbas erat quidam Guillelmus, ut reperitur apud Ughellum tomo 4. pag. 811. diverſa ſanè ab Abbatia omnium Sanctorum, quæ longo poſt tempore titulum S. Benedicti adepta eſt.

Ex-

VI. Extra muros Abbatia titulo S. Laurentii, Ordinis S. Benedicti, quam Uldericus Cremonenſis Epiſcopus conſtruxit, ampliſſimis redditibus auxit, eique primum Abbatem Guidonem attribuit an. 990. Vide Ughel. tomo 4. pag. 804. hujus Monachus, & Abbas fuit anno 1155. B. Joannes, qui anno 1176. factus eſt Vicentinus Epiſcopus. Idem Ughellus tomo 5. pag. 1118. Commendatarius Abbas Joannes Franciſcus Gambara Cardin. ut refert Ciaconius tomo 3. pag. 939. cujus tempore, & conſenſu, ex Abbatia S. Thomæ huc tranſmigrarunt Monachi Congregationis Montis Oliveti; ut obſervat Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato pag. 180.

VII. Extra muros Cremonenſes, Abbatia tit. S. Sigiſmundi, Ordinis, ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, unita Congregationi Heremi; ut habetur in Codice Taxar. Cam. Apoſtol. de qua apud Ughellum to. 4. pag. 833. his verbis. Ubi jacet Eccleſia S. Sigiſmundi extra muros, vetere demolitâ, nova erigitur unà cum Monaſterio, operâ, & ſumptu D. Blanchæ Mariæ ibidem junctæ in matrimonio Franciſco Sfortiæ Mediolani Duci, quæ primum lapidem in fundamenta jecit anno 1463. die 20. menſis Junii: *Hæc ille*.

VIII. Abbatia, ſive Monaſterium quod Bernardus natione Gallus conſtruxit, non longè ab eo loco, in quo nunc eſt Parochialis Eccleſia S. Eleonardi, quod appellatur lingua vulgari *il Monaſtero del ponte di Preda*; ſedit Bernardus Cremonenſis Epiſcopus ab ann. 670. ad annum 703. Vide Ughel. tomo 4. pag. 785.

Abbatia, ſive Monaſterium titulò S. Mariæ de Creſcentiaco, vulgò *Creſcenzago*, Canonicorum Regularium ſub Regula S. Auguſtini, Diœc. Mediolanenſis; de ea Gabriel Pennottus hiſt. tripart. lib. 2. cap. 26. & 49. & lib. 3. cap. 35. Initium habuit an. 1140. fuitque inſignis Præpoſitura, & caput Congregationis ejuſdem nominis. Ejus Canonicus erat Albinus Albanenſis Epiſcopus, & Cardinalis ad an. 1180. de quo Ughellus tom. 1. pag. 295. fuit unita Congregationi Lateranenſi anno 1502. locus ſitus eſt tertio à Civitate Mediolanenſi lapide, versùs Orientem.

Abbatia titulo S. Mariæ de Creta, aliàs Crea, veriùs montis Cretæ, Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini Congreg. Lateranenſis, in Diœceſi nunc Caſalenſi Montisferrati, olim in Diœc. Vercellenſi, de qua Ughellus tomo 4. pag. 774. fundaverunt Marchiones Montisferrati. Mons ſitus eſt inter Padum, & Tanarum fluvios, montium vicinorum altiſſimus, ubi ſe recepit S. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, cum imagine B. Mariæ Virg. à S. Luca depicta, à ſe ex Oriente allata, & ubi poſtea Marchiones Montisferrati ampliſſimam extruxerunt Eccleſiam, quam Canonicis Regularibus Ordin. S. Aug. & anno 1482. hoc Cœnobium, quod ab initio ſub Prioris fuerat regimine Sixtus IV. Summ. Pontif. Congreg. Lateranenſi univit; evaſit tandem ob B. Marie Virg. devotionem celeberrimum, & ob reverentiam, & frequentiſſimi populi concurſum ante paucos annos dignitate fuit Abbatiali decoratum, fuit aliquando datum in Commen-

mendam, & ad alium ordinem tranſierat., ultimò prædictæ Congreg. reſtitutum; ut refert Gabriel Pennottus, qui ſcripſit anno 1624. Hiſt. tripartitæ lib. 2. cap. 26. & lib. 3. cap. 33. pagin. 702.

Abbatia tit. S. Marię de Crionofria, Ord. S. Benedicti, Diœc. Anglonenſis, in Regni Neapolitani Provincia, Baſilicata dicta, de qua Codex Taxar. D. Paſſionęi.

Abbatia tit. S. Marię de Criſpiano, aliàs de Criſpana, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tarentinæ, ita Codex Taxar. Cameræ Apoſt. Conſiſtorialis eſt, & in Commendam dari ſolita, de qua Ughellus tomo 9. pag. 161. in Regni Neapolitani Terra Hydruntina, *d' Otranto*.

Abbatia titulo S. Marię de Criſpino in Alpibus ſita, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Faventinæ, quam anno 1160. Fridericus Imper. ſub ſua protectione ſuſcipit, & ab omni tam Florentinorum, quam Faventinorum Epiſcoporum iuriſdictione facit immunem; apud Ughellum tomo 3. pag. 519. in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicę aſſeritur eſſe Ordin. Vallis Umbroſæ, in Æmilia, ſive Romandiola; Monaſterium de Criſpino recenſetur inter Monaſter. Abbatiæ Vallis Umbroſæ, in Bulla Alexandri III. Papæ data anno 1176. quam refert Ughellus to. 2. pag. 284.

Abbatia titulo S. Marię de Croco, Ordin. S. Baſilii; Diœc. Hydruntinę; de qua Vetus Codex Taxę Cameralis; in Provincia Terra Hydruntina, *d' Otranto* dicta.

Abbatia tit. S. Marię de Cropano, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Catacenſis, in Calabria Ulteriori; ut dicitur in Codice Taxarum Camerę Apoſt. vulgò *Cropani* Oppidum à Catacio, vulgò *Catanzaro* decem millibus paſsuum diſſitum, versùs Orientem; de ea nihil in indice Abbatiarum hujus Ordinis anno 1613. exarato.

Prope Cropanum, ſive Copranum Abbatia tit. S. Laurentii, Cœnobitarum olim Ordin. S. Baſilii, nunc in Commendam conferri ſolita, altero tantum milliario ab Oppido diſſita; de qua Ughellus tomo 9. pag. 485. in eadem Diœc. Catacenſi, & Ulteriori Calabria; de qua nihil in præallatò indice.

Abbatia tit. S. Nicolai de Crotono, Ord. S. Benedicti, Diœc. Caputaquenſis; de qua Vetus Codex Taxę Cam. Vide ſupra Verbo de Controno.

Abbatia titulo S. Crucis, in Diœc. Firmana, quam in inſula circumdata fluminibus anno 886. ædificavit, & fundavit Theodorus Firmanus Epiſcopus boniſque ſuæ Eccleſiæ auxit: illam aliquibus bonis locupletavit Carolus Craſſus Imperator, factaque eſt ſub poteſtate, & protectione Principis. Pręlaudatus fundator Theodorus facultatem religioſis conceſſit ſibi ſuos eligendi Abbates. Locus haud dubiè ipſe eſt, qui in mappa Marchiæ Anconitanę Antonii Magini, notatur *S. Croce B.* ideſt *Badia*, trib. paſſuum mill, à S. Elpidio, versùs Aquilonem, in ejus Territorio inter fluvios Ethaim, & Clentum. Vide Ughellum tomo 3. pag. 746. in Epiſcopis Firmanis, & pag. 777. ubi Abbas vocatur Abbas S. Crucis de Clenſo, vnde eadem videtur cum Abbatia S. Crucis de Clente, de qua vide ſupra hoc verbo.

Ab-

Abbatia titulo S. Mariæ de Cruce, Ord. S. Baſilii, Diœceſis aut Civitatis Brunduſii; & refertur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. in Regni Neapolitani Provincia Terra Hydruntina *d'Otranto* nuncupata, de ea ſilet Sylveſter Maruli in Syllabo Abbatiarum extantium hujus Ordinis anno 1613.

Abbatia S. Mariæ de Crudatio, vide ſupra S. Mariæ de Credario.

Abbatia Sancti Benedicti, Diœc. Cumanæ, vide ſupra verbo Comum num. 3.

Abbatia tit. S. Mariæ de Crypta, ſive Cripta, Ordin. Sancti Benedicti. Diœceſis Beneventanæ, recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Inter duo juga montium horrido, ac penè impervio ſitu ædificata, ab Atenulpho I. Beneventano, & Capuano Principe ann. 943. & à Benedictinis Monachis exculta uſque ad annum 1443. quam deinde in Commendam conceſſit Nicolaus V. Papa; apud Ughell. tomo 8. pag. 11. in Regni Neapolitani Principatu Ulteriori. Conventualis nunc Abbatia eſt ſub tit. S. Mariæ de Crypta in Vitulano, Congregationis Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti in Samnio inter juga Taburni montis ad partem Occidentalem, quæ è ſublimi proſpectus eſt in Campos Teleſinos; per plurima ſecula ferme inhabitata remanſit. Tandem Innicus de Avalos Cardinalis de Aragonia Commendatarius Abbas, & Cœleſtinorum Protector, eiſdem menſâ Conventuali aſſignata attribuit. Verum cum à prædonibus aſſiduè tentarentur, veteri Eccleſiâ relictâ, & Monaſterio, in humiliorem montis partem conceſſere, ubi reſtaurata S. Spiritus Grangiâ, contiguum eidem Monaſterium ædificare cœperunt ab anno 1649. ut teſtatur D. Guicciardini in relatione MS.

Abbatia S. Mariæ de Crypta; vide infra S. Mariæ de Gratia.

Abbatia titulo S. Mariæ de Crypta Ferrata, vulgò *Grotta Ferrata*, celebris Monachorum Græcorum Ordinis S. Baſilii, Diœc. Tuſculanæ, quam ſub titulo S. Mariæ fundavit S. Nilus ejuſdem Ordinis Abbas, qui ibidem obiit, & de quo Baronius in Annal. Eccl. ad annum 980. ibidem deceſſit S. Bartholomæus Abbas ejus diſcipulus, de quo pariter idem Baronius ad annum 1044. Dari ſolita eſt in Commendam; erat antiquitus Villa Tuſculana M. Tullii Ciceronis, ſive Ciceronis Tuſculanum, in Latii Valle Albana ad fluviolum, qui nunc *la Marana*, locus propter nobiliſſimas Dominiquini Pictoris eximii Picturas haud dubiè Viſendus, in *Campagna di Roma*; duodecim circiter mill. ab Urbe Roma diſſitus versùs Orientem. Prælaudatus S. Nilus erat antea Abbas S. Mariæ, & SS. Anaſtaſii, & Eliæ de Carbono...

Abbatia titulo S. Mariæ de Crypta, olim Ordin. S. Baſilii, Diœc. Mazarienſis in Sicilia, de qua Rocchus Pirrus in notitia Mazarienſis Eccleſiæ; non extare colligitur ex indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis à Sylveſtro Maruli anno 1613. in lucem edito.

Abbatia tit. S. Laurentii de Cultu Bono, Ord. ſive Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Feſulanæ, in Dominio Florentino; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. qui aſſerit unitam huic Congregationi, unde fatendum

eſt fuiſſe priùs Ordinis S. Benedicti. Recenſetur in indice Monaſteriorum hujus Congreg. Vallis Umbroſæ. In Bulla Alex. III. Papæ data ann. 1176. quam refert Ughellus to. 2. pag. 284. videtur ipſam eamdem eſſe, quæ in mappis Anton. Magini legitur *Badia di S. Lorenzo* quatuordecim mill. paſs. Florentiâ diſtans, versùs Septentrionem. Unio facta eſt per Alexandr. VI. Papam, Pontific. anno 7. Sal. 1499. ita Cod. Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Mariæ de Cupeſe, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ, in Diœceſi Vicentina; fortè *Campeſe* Vicus tredecim mill. paſs. Vicentiâ diſtans, versùs Boream; forſan non diverſa ab Abbatia S. Mariæ de *Gieſe* quam idem Codex in eadem collocat Diœc. Vicentina; diverſas facit Cod. Taxarum D. Paſſionæi, & utramque aſſerit unitam Congregationi Lateranenſi, in Marchia Tarviſina.

In Cuperſana Civitate, Abbatia titulo S. Benedicti, ſexto ſeculo condita, Ordin. S. Benedicti, cujus initia tribuuntur S. Mauro Abbati, fuit anno circiter 841. cum ibidem eſſent quadraginta Monachi, à Saracenis devaſtata, & penè ad nihilum redacta; tranſiit poſtea ad Ciſtercienſes Monachos, nunc verò poſſidetur à Sanctimonialibus ejuſd. Ord. Ciſtercienſis, quæ ann. Sal. 1266. ex Abbatia S. Mariæ de Verge nuncupata Montonenſis Diœc. in Romania ſitæ venerant, & illuc ſunt introductæ. Eſt Sanctæ Sedi immediatè ſubdita. Abbatiſſa uſum habet Abbatialis Baculi, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem; fuſiora vide apud Ughellum tom. 7. pag. 959. & ſequentibus; vulgò *Converſano* Epiſcopalis Civitas olim Apuliæ Peucetiæ, nunc in Regni Neapolitani Provincia, vulgò Terra Barii *di Bari* dicta, Mediterranea in excelſo Colle ſita, viginti millibus paſs. Bario diſtans, versùs Orientem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Curatio, vel Coratio, vulgò *Corazzo*, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Marturanenſis in Calabria Citeriori, ad ripas Crotalis fluvii, quam ferunt anno 1060. à Rogerio Marturanenſi fundatam, & & proinde tunc fuiſſe Ordinis S. Benedicti, & privilegiis à Summis Pontificibus donatam; fuit Ord. Ciſtercienſi incorporata anno 1162. cujus tunc primus Abbas Columbus, ſecundus Abbas Joannes Joachimus Prophetiæ dono celebris: eſt à juriſdictione Epiſcopi exempta, & in Commendam dari ſolita, de qua Ughellus to. 9. pag. 362. & 363. in indice Caroli de Viſch perperam tribuitur Rhegienſi Diœceſi; de ea Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 3. pagin. 177.

Abbatia titulo S. Nicolai de Curio in Sicilia, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Meſſanenſis, in Valle, ſive Regione di Demona; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia S. Petri de Curſina, vide infra litt. S. verbo Salernum, num. 3.

Abbatia titulo S. Petri ad Curtim, Ord. S. Benedicti, cujus Abbas Teſſelinus Fontana Civis Maſſæ Lubrenſis factus eſt ann. 1330. Viciquenſis Epiſcopus; ut obſervat Ughellus tomo 6. pag. 788.

Cuſentia, vulgò *Coſenza* Civitas Archiepiſcopalis inter Crathim *Crate* & Baſentum fluvios, in Regni Neapoli-

politani Calabria Citeriori , & Mediterranea ; ibi olim.

Abbatia , ſive Monaſterium Monialium , Ord. Ciſtercienſis , ad quod conſtruendum Synagogam Judęorum, ſupplicante Luca Archiepiſcopo, anno 1212. conceſſit Federicus II. Sicilię Rex, & Romanorum Cæſar ; ut refert Ughellus tomo 9. pag. 283.

Abbatia tit. S. Petri de Cuſato, Ord. Pręmonſtratenſis, Diœc. Policaſtrenſis; ut refertur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. apud Ughellum to. 7. pag. 940. vocatur S. Petri de Licuſati, & dari ſolita eſt in Commendam ; vulgò *li Coſati*. Vicus Regni Neapolitani in Provincia Principatus Citerioris dicta , decem paſs. mill. Polycaſtro diſtans, versùs Occidentem , & milliario à Camerotta, versùs Boream ; cum Abbatia vicina S. Petri de Camerota confundit Codex Taxar. D. Paſſionæi, dicitque unitam menſæ Capitulari Baſilicæ Vaticanæ.

Abbatia titulo S. Andreę de Caſtarolo, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Patavinæ, in regiſtro Pauli IV. Papę, qui ſedebat anno 1555. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Cypriani, Ord. S. Benedicti, quod cum capellis, & hominibus, & aliis pertinentiis ſuis Urbanus III. Papa confirmat Abbati Sancti Juliani prope Spoletum, Bullâ data anno 1185. quam refert Gabriel Pennottus Hiſtoriæ tripartitæ lib. tertio capit. 35. pagin. 710.

D

ABBATIA *di San Damiano*, in Diœc. Saſſenenſi , vulgò *Sarſina* ; ſita eſt milliario prope Mercatum Saracenum , Occidentem ęſtivum versùs , apud *Savio* fluvium , in Romandiola ; in mappa Antonii Magini, in cujus altera mappa corruptè ſcribitur *di S. Domian*.

Abbatia tit. S. Danielis in monte, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Patavinæ, unita Congregationi Canonicor. Regularium Lateranenſi ; ut refert Codex Taxar. Cam. Apoſt. Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitę lib. 2. c. 25. vocat illam Abbatiale Cœnobium prope Aponum , dicitque à Pio II. Summ. Pont. anno 1460. fuiſſe Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini Congregationi S. Salvatoris de Bononia dictæ unitum ; ante unionem Abbatem habebat Commendatarium. De ea Syllabus MS. Abbatiarum ejuſdem Congreg. S. Salvatoris ; vulgò *S. Daniel*, ſex circiter paſs. mill. Patavio diſtans, versùs Meridiem ; de ea Codex Vetus Taxæ Cameralis.

Abbatia tit. S. Petri de Deca , Ord. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis in Sicilia, de qua Codex Taxarum Camerę Apoſt. nunc ſub tit. eſt S. Petri de Vega, in ora maritima Oppidi S. Marci. Suffraganea Abbatiæ S. Salvatoris lin-

guę Phari Meſſanę, ex cujus electione titulo Abbatię decoratur; ut obſervat Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis pagin. 47. n. 23. & notit. 28. Ann. 1555. ejus Abbas erat Antonius Yannache Canonicus Panormitanus; ibidem pag. 227. extinctam anno 1613. colligi poteſt ex indice omnium Abbatiarum ejuſdem Ord. à Sylv. Maruli edito, in quo deſideratur.

Abbatia titulo S. Decentii, vulgò *San Decentio*, inter Piſaurum, & Fanum Civitates, duobus paſſuum mill. Piſauro diſtans, & in Urbini Ducatu poſita, ut conſtat ex mappis Anton. Magini.

Decianum, ubi anno 1432. Abbatia erat Ordinis, ſive Congregationis Camaldulenſis, ut conſtat ex Ambroſii Camaldulenſium Generalis Hodœporico, pag. 19. Anno 1133. locum S. Mariæ Diciani Camaldulenſibus obtulerunt, cum poſſeſſionibus, ac Jure Patronatus, nobiliſſimi viri Aretini Bernardinus, Martulus, Raynerius, & Quintavallis, unà cum conſortibus ſuis; vide Hiſtoriam Camaldulenſem lib. 2. pag. 152. in Diœceſi eſt Civitatis Caſtelli, ut aſſerit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ, tomo 1. pag. 281. *Danciano* Oppidum in Dominio Florentino, prope fines Status Eccleſiaſtici, undecim mill. paſſuum à Civitate Caſtelli diſſitum, versùs Meridiem. In Codice Taxar. D. Paſſionæi, dicitur S. Marię de *Dicano*, & ponitur in Diœc. Burgi S. Sepulchri.

Abbatia tit. S. Marię *di Decorata*, Diœceſis Beneventanæ, cujus Abbas gaudebat privilegio Mitræ, & Baculi Paſtoralis, & ejus mentio fit in Synodo Beneventana anno 1374. ab Ugone ſecundo Archiepiſcopo Beneventano celebrata; ut refertur à Pompeo *Sarnelli* pag. 132. vulgò *S. Maria Decorata*, Vicus in Principatu Ulteriori, ſexdecim paſſuum mill. Benevento diſtans, versùs Septentrionem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Philippi de Demenna in Sicilia, in quo facultatem inſtituendi Abbatem, & deſtituendi concedit Onuphrio Abbati S. Salvatoris Meſſanenſis Alexander III. Papa, Bullâ datâ anno 1175. vide Bullarium tomo 1. pag. 64. hinc conſtat Ord. fuiſſe S. Baſilii.

Abbatia Derchia dicta, in Territorio Imolæ Civitatis, ſeptem millibus paſſuum Imolâ diſtans, versùs Meridiem, ad ſiniſtram, & Occiduam fluvii *Seno* ripam poſita; ita Anton. Maginus in mappis; non videtur diverſa ab Abbatia S. Petri de Lardeſchio Diœc. Imolenſis, de qua infra. In Provincia Romandiolæ.

Abbatia S. Mariæ de Derta, vide ſupra S. Mariæ de Clavenna.

Derthona, ſive Terdona, ſeu Tortona, Urbs olim Ligurię ad Iriam *la Scrivia* fluv. Epiſcopalis, in Statu Mediolanenſi, & ſui *il Tortoneſe* Territorii caput. Ibi.

I. Abbatia tit. SS. Petri, & Martiani, Ord. S. Benedicti, quam conſtruxit, & de propriis redditibus dotavit Giſelprandus Derthonenſis Epiſcopus, in ipſa Civitate; ipſe ſedebat anno circiter 962. hujus Abbati Angelerio Abbatiam de Patrania conceſſit Otho IV. Imperator; ut refert Ughel. to. 4. pag. 856. vocatur paſſim tantùm Abbatia S. Marciani, forſan ea, quam Gregorius XII. Papa, qui ſedebat anno 1409. dedit, ſive univit Congre-

gregationi S. Juſtinæ de Padua; ut teſtatur Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 90.

II. Abbatia tit. S.Paulli extra muros Derthonenſes, Ord. ſive Congreg. Vallis Umbroſæ, ut teſtatur Codex Taxarum Cam. Apoſt. reperitur inter Monaſteria hujus Congreg. in Bulla Alexandri III. Summ. Pontif. in ejus favorem data anno 1176. vide apud Ughellum tomo 2. pag. 284. fuit olim unita Hoſpitali pauperum leproſorum S. Lazari extra muros, per Innocentium VIII. anno 1489. ſed hæc unio effectum non eſt ſortita; ita Codex Taxarum D. Paſſionei.

III. Abbatia ſive Monaſter. Sacrarum Virginum, quod Sanctus Innocentius Derthonenſis Epiſcopus inſtituit, & ſorori ſuæ Innocentiæ Virginitatem perpetuò ſervaturæ conceſſit, obiit ipſe anno Salutis 355. ut aſſerit Ughellus tomo 4. pag. 853.

IV. Abbatia tit. S. Lazari extra muros Derthonenſes; de qua lib. 1. Com. Innocentii VIII. fol.28. ita Codex Taxarum D. Paſſionei.

V. Abbatia tit. S. Stephani Civitatis Derthonenſis, Ord. S. Benedicti, de qua fit mentio in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Illam Adrianus Papa IV. litteris datis anno 1157. ſub S. Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipit. Vide apud Ughellum to. 4. pag. 861. Ejus Monachus, & Abbas fuit anno circiter 1474. Jacobus de Terzi Epiſcopus Triventinus, ut obſervat Hieronym. Ghilini in Annalibus Alexandriæ.

Abbatia tit. S. Joannis de Deſerto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Cremonenſis, ut refert Codex Tax. Cam. Apoſt. Ejus Abbas Commendatarius Nicolaus Solandi, de licentia Sixti IV. Summ. Pontif. illam ann. 1476. ceſſit Monachis Congreg. Montis Oliveti, reſervato ſibi titulo Abbatis, & jure celebrandi Pontificaliter cum Mitrâ; anno ſequenti poſſeſſionem adepti ſunt Monachi. Vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato, pag. 108.

Abbatia Devenentum appellata. Vide ſupra verbo Bantium.

Abbatia, ſive Monaſterium Monialium ſub titulo S. Gregorii de Dinazzano, Diœc. Camerinenſis, quod ann. 1291. Rambottus Camerini Epiſcopus unit Monaſterio S. Matthæi Collis Bovis, ſive Abbatiæ, quæ nunc ſub titulo eſt S. Mariæ. Vide Ughell. tom. 1. pag. 604. Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato pag. 121. vocat illam S. Gregorii de Dimatiano: erat prope Camerinum; unde credi poteſt fuiſſe, ubi nunc Vicus S. Georgio dictus ad Aquilonem poſitus, nam Sancti Georgii nomen plerumque ſumitur pro S. Gregorio; in Marchia Anconitana.

Abbatia S. Michaelis Diſcalceatorum nuncupata, Ordin. S. Auguſtini, Diœc. Piſanæ, unita Congregationi Canonicor. Regularium Lateranenſi; ut teſtatur Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. de hujus Monaſterii Abbate mentio fit ad annum 1218. in Bulla Honorii III. Papæ, apud Ughellum tomo 2. pag. 321. de ea Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitæ lib. 2. cap. 20. & lib. 2. cap. 29. ubi unionem factam aſſerit à Pio II. Sum. Pontif. an. 1463. inſtantibus Coſmo, & Petro Mediceis, qui totam à fundamentis reſtruxere.

Abbatia tit. S. Laurentii de Doliolo, Ord.

Ordin. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis; in Marchia Anconitana; de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. ſorſan. *Gagliole* Vicus Camerino decem millibus paſſuum diſtans, versùs Aquilonem. Martinus V. Papa Pontific. anno 6. Sal. 1422. providit Monaſterium SS. Laurentii, & Euſtachii de Doliolo, Diœc. Camerinenſis; ità Codex Taxar. D. Paſſionæi; in Veteri Codice S. Laurentii de Doliolo, & Euſtachii de Dominis Monaſt. invicem unitorum, aliàs de Dolio.

Abbatia, ſive Monaſterium vetuſtiſſimum tit. S. Dominicæ Virginis, & Martyris in Agro Tropejenſi Calabriæ Ulterioris natæ, & in Campania Felice, quæ nunc Terra Laboris dicitur, martyrium paſſæ, cujus Corpus ad ſolum natale ab Angelis relatum, ubi in ejus honorem pii fideles Eccleſiam condiderunt, ac Cœnobium iſtud excitarunt; temporum tamen injuria obſoletum, & extinctum, reſtante Eccleſiâ, juxta quam nova fontis laureati fundata eſt Abbatia, quæ paſſim S. Dominicæ, propter viciniam, eſt appellata. Ipſiſſima ſunt verba Innocentii III. Papæ in Bulla data, Ponticficatus anno 6. Sal. 1203. quam refert Ughellus to. 9. pag. 627. 634. & 636. de fonte Laureato agetur infra; non longe ab Oppido eſt cui nomen Frigidum *fiume Freddo*.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Philippi de Dona, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Polycaſtrenſis; de ea Vetus Codex Taxæ Cameralis, de qua etiam Ughellus; ſita eſt in Regni Neapolitani Provincia, Principatus Citerior dicta; ejus Monachus erat Joannes Campanella, factus anno 1456. Minerbinus Epiſcopus; ita citatus Ughel. tomo 7. pag. 1012.

Abbatia S. Mariæ de Dona. Vide ſupra verbo de Clavenna.

Abbatia tit. S. Andreæ de Donadula, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Foroliviensis, quæ extabat ante ann. 1458. ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. fit anno 1189. mentio Jacobi Abbatis S. Andreæ de Dovadula, in quodam inſtrumento, quod refert Sigiſmundus Marcheſi in hiſtoria Forolivienſi pagin. 164. locus erat ſub tit. Comitatus in Statu Foroliviensi Provinciæ Romandiolæ; in Codice Taxar. D. Paſſionæi dicitur de Nonantula, aliàs de Donadula.

Abbatia tit. S. Donati. Vide verbo in Gualdo Nuceriæ.

Abbatia titulo S. Donati, Diœc. Mediolanen. Vide litt. S. verbo Scozola, & in Sexto.

Drepani in Sicilia, Abbatia titulo SS. Trinitatis Sanctimonialium Tertiariarum Ordinis S. Franciſci, quam anno 1542. ædificavit Jacobus de Eugubio, quæ hodie à populo vocatur *l'Abbatia grande*, ut teſtatur Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 235. vulgò *Trapani*, Diœc. Mazarienſis, in regione, ſive Valle *di Mazara*, ad Inſulæ partem Occiduam.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Antonii, apud Dronerium, aliàs Dragonerium, Diœc. Salutienſis, cui anno 1188. Bonifacius Albæ Pompejæ Epiſcopus univit Prioratum, ſitum apud Benevellum, in montana Liguria, vulgò Longa dicta. Vide Ughell. to. 4. pag. 405. *Dragomero* Oppidum Pedemontii ſupra *Mair* fluv. novem paſſ. mill. Salutio diſtans versùs Merid.

Ab-

Abbatia titulo S. Quirici de Druſa, Ordinis Præmonſtratenſis, Diœceſis Aretinæ; de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis in Dominio Florentino.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ, in loco, qui dicitur *duas Baſilicas*, olim ab Abbatia S. Vincentii de Vulturno dependens; ut aſſeritur in Bulla Sergii IV. Papæ data Pontific. anno 3. Sal. 1011. Vide Ughell. tomo 6. pag. 489.

Abbatia S. Petri de Duddi, quam anno 967. Ottho magnus Imperator concedit Metropolitanæ Eccleſiæ Beatæ Marię Virg. Beneventi, & an. 1053. Leo IX. Summ. Pontifex illam confirmat Uldarico Beneventano Archiepiſcopo. Vide Ughel. to. 8. pag. 88. & 118.

Abbatia tit. S. Julii Dulcis Aquæ, vulgò *Dulciago* Diœc. Novarienſis; Scripturæ ad eam ſpectantes ſunt in Bibliotheca Cardinalis Alterii manus ſcriptorum columna 13. litt. D. nu. 4. Vicus eſt ſex paſs. mill. Novariâ diſtans versùs Boream. Ex Bullis MSS. conſtat fuiſſe olim Ordinis ſuppreſſi Humiliatorum, poſt Præpoſitura, deinde Abbatia Canonicor. Regular. S. Auguſtini, data in Commendam; cujus an. 1606. Commendatarius erat Cardinalis Scipio Burgheſius. Sylveſt. Maruli in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 2. pagin. 174. perperam dicit fuiſſe Præpoſituram Ordinis Pręmonſtratenſis.

E

ABBATIA tit. S. Eliæ de Ebula, ſive de Ambula, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis in Sicilia; cujus fundamenta an. circit. 1080. jecit Rogerius I. Siciliæ magnus Comes in eminentiori loco inter nemora, quinque paſs. mill. à vetuſta Civitate Troyna versùs Septentrionem, ſub titulo S. Eliæ Ebuli græcè, latinè, ſed corruptè de Ambula, ideſt græcè Boni conſilii, illamque plurimis bonis dotavit. Primus Abbas fuit Joannes Logotheta. Ejus Monachi propter plura incommoda ad novum Templum Troynenſis Civitatis tranſierunt, cujus Clauſtralis Prior dicebatur Abbas S. Eliæ, & S. Sylveſtri. Sed eodem anno videlicet 1627. ad Priorem Sancti Eliæ de Ebula locum reverſi ſunt; data fuit in Commendam, cujus Commendatarius Abbas fuit Rocchus Pirrus Netinus, qui de ea fuſiſſimè tractat in ſuo quarto libro de Abbatiis Siciliæ notit. 8. Eſt in Regione, ſive Valle *di Demona*. In Bulla Alex. III. Papæ data anno 1175. vocatur Monaſterium S. Elię de Embola, ibique Abtem conſtituendi facultatem concedit Onuphrio S. Salvatoris Meſſanenſis Abbati. Vide Bullarium tomo 1. pagin. 64.

Abbatia titulo S. Petri de Ebulo, vulgò *Eboli*, Ord. S. Benedicti, Diœc. Salernitanæ, Conſiſtorialis, & in Commen-

mendam dari ſolita ; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Anno 1160. ejus Abbati Joanni omnia bona juraque Abbatiæ, & ſucceſſoribus ejus confirmavit Romualdus II. Salernitanus Archiepiſcopus. Vide Ughellum tomo 7. pag. 567. ubi idem Joannes Abbas aſſeritur conditor Monaſterii *Evoli*. Oppidum eſt in Regni Neapolitani Provincia, Principatus Citerior dicta, decem, & ſeptem mill. paſs. Salerno diſtans Orientem hyemalem versùs.

Abbatia Elmi, Diœc. Volaterranę, de Abbate Elmi ad annum 1233. loquitur Ughellus tomo 2. pag. 325. ad Abbatem de Elmi ſcribit Greg. IX. Summ. Pontif. ſui Pontific. anno 10. hoc eſt 1237. librum de juriſdictione Feſulani Epiſcopi, forſan eſt Abbatia S. Mariæ Ermi, Ordinis Camaldulenſis ejuſdem Vulterranæ Diœc. de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. in Etruriæ Dominio Florentino.

Abbatia Elvacenſis, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Auguſtenſis Provinciæ Tarentaſienſis, ita Codex Taxarum Camerę Apoſt. de ea Ughellus to. 4. pag. 1533. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo ſcribit Eſvacenſis, Ordin. S. Auguſtini; in altero Veteri Codice legitur Elvvacenſis.

Abbatia S. Emiliani, vide infra verbo Eugubium num. 9.

Eporedia, Salaſſiorum, aliàs Hipporegia, & Hiporegia, Iporegia, atque Yporegia, vulgò *Broiea*, vulgariùs *Ivrea*, aliàs *Lamporegge* Civitas in Statu Pedemontii, inter duo editiſſimorum montium juga, ſuper *Doria Baltia* fluvium, dicitur quoque *Yporia*. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Stephani, Ord. S. Benedicti, cujus anno 1043. fundator fuit Henricus Eporedienſis Epiſcopus, cuique Summi Pontif. Nicol. II. & Anaſtaſius IV. Privilegia indulſerunt, necnon Henricus III. Imper. Vide Ughellum tomo 4. pag. 1496. nunc ſubeſt Abbati Commendatario.

II. Ibi pariter Abbatia Monialium, Ord. S. Claræ, quam an. 1291. conſtruendam curavit Albertus Eporedienſis Epiſcopus in hac ſua Civitate, ut obſervat Ughellus tomo 4. pag. 1506.

Equa Civitas. Vide ſupra Verbo Æqua.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Eraſmi, quod in latere montis Soractis ſitum eſt, cujus meminit, eique aliqua bona conceſſit S. Gregorius Papa lib. 1. epiſt. 23. de hac quoque loquitur Lucas Holſtenius, in notis in Italiam antiquam Cluverii pagin. 59. Mons Soractes in Etruriæ parte, quæ nunc Patrimonium S. Petri, apud Tyberim fluv. decem, & ſeptem mill. paſſuum ab Urbe Roma, versùs Aquilonem.

Abbatia S. Eraſmi. Vide ſupra verbo de Caſtellana, & verbo de Caſtilio novo.

Abbatia tit. S. Eraſmi, cujus Eccleſiam incœpit S. Benedictus Monachorum in Occidente Patriarcha, perfecit S. Placidus ejus diſcipulus, in Diœc. ſive Agro Verulano, ſeu potius apud Verulum tribus paſs. millib. ab Alatro diſſita; nunc Parochialis eſt Eccleſia, cui inſerviunt Canonici ſub Superiore Abbate; nuncupata, & propter Abbatiæ ſecularizationem vocatur Abbas ſecularis, ab Ughello

to. 1.

to. 1. pag. 334. quod aſſignat an. 1574. eſt in Latio, ſive in *Campagna di Roma*.

Abbatia tit. S. Mariæ de Eremitorio, Diœc. Beneventanæ, cujus Abbas uſum habebat Mitræ, & Baculi Paſtoralis, & de qua fit mentio in Synodo habita anno 1374. ab Ugone II. Archiepiſcopo Beneventano; ut refert Pompeus *Sarnelli* pag. 131. ſita eſt in Principatu Ulteriori.

Abbatia S. Mariæ Ermi, vide ſupra Abbatia Elmi.

Eſernia Civitas, vide ſupra Æſernia.

Eſium Civitas, vulgò *Jeſi*, vide ſupra Æſium.

Abbatia S. Eugenii de Inſula Liguriæ, vide infra Verbo Inſula Liguriæ.

Eugubium, vulgò *Gubbio*, & *Engubio* Civitas olim Umbriæ ad montis Apennini radices, nunc in Ducatu Urbini, ſuper *Camignano* fluvium. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Petri de Eugubio, Ord. S. Benedicti, unita Congregationi montis Oliveti; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Ejus Abbas erat circa annum 1050. Marcus Epiſcopus Callienſis, qui conſecrationi Eccleſiæ ejuſd. Abbatiæ affuit anno 1058. ut obſervat Ughellus to. 3. pag. 893. erat olim tempore B. Sperandei ejus Abbatis, qui deceſſit an. 1260. à S. Sede Apoſtolica immediatè dependens; in eam introducti ſunt Monachi Olivetani an. 1505. die 13. Auguſti. Ejus annales ſcripſit Offredus ſuus Abbas. Vide Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 1. pag. 80. & to. 3. pag. 300.

II. Abbatia tit. S. Secundi Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ; cum Cura Animarum; ipſis data eſt tempore Calliſti III. Summ. Pont. anno 1455. ita Syllabus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

III. Abbatia tit. S. Benedicti de Eugubio, Ord. S. Benedicti, cui unitum eſt Monaſt. S. Angeli de Claſerna; ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. Extra muros Civitatis. Hæc anno 1425. data fuit Monachis Congregationis Montis Oliveti, ut aſſerit Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ, tomo 3. pagin. 313. & 353. ubi dicit anno 1325. quemdam Moricum hujus loci tunc fuiſſe creatum Abbatem; in ea manſerunt uſque ad ann. 1520. Olivetani, quo Moniales S. Mariæ de Pelagio Ordin. S. Franciſci huc fuerunt translatæ, illarum priori Monaſterio ad arcem extruendam effundato; ut obſervat Bonavent. Tondi; in Oliveto dilucidato pag. 157.

IV. Abbatia tit. S. Spiritus, Monialium Ordin. S. Auguſtini, cui alia duo unita ſunt Monaſteria, videlicet S. Mariæ Virginum, vulgò Paradiſus dictum, & Monaſterium Sperandei, quæ extra Civitatem erant, & hoc anno 1468. Primaque trium unitorum Monaſteriorum Abbatiſſa fuit, & fundatrix B. Franciſca; de qua Ludovic. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 1. pag. 187.

V. Abbatia Monialium Ordinis Servarum B. Mariæ Virg. cujus fundatrix, & prima Abbatiſſa fuit anno circiter 1258. Beata Sanctuccia Eugubina, ut aſſerit Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 298. Vivebant

bant ſub Regula S. Benedicti; ſita erat in monte dicto *de' figli d'Ugone*, ſub titulo S. Mariæ *delle Serve*, & Moniales dictæ, vulgò *Serve della Madonna*; vide eund. Authorem to. 2. pag. 227. extra Civitatem, in pertinentiis Caſtelli de *Pozzoguemoli*, cujus Superior anno 1269. facta eſt Abbatiſſa Generalis viginti ſex Monaſteriorum hujus Congregationis Servarum B. Mariæ; hinc deinde ad flumen Cominianum jere.

VI. Abbatia Monialium, ſub titulo S. Marię de Virginibus, vulgò Paradiſus dicta, Ord. Canoniſſarum Sancti Auguſtini, cujus Abbatiſſa fuit B. Junipera, vulgò *Gennaja*, quæ obiit anno 1293. ſita erat extra muros Civitatis, unde ad Monaſt. S. Spiritus intra Civitatem translatæ ſunt Moniales anno 1468. ut refert Lud. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 96. & 97. extabat jam ante annum 1250.

VII. Extra Civitatem, Abbatia tit. SS. Bartholomęi, & Donati, Ord. S. Benedicti; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. Illam Sixtus IV. Summ. Pont. anno 1487. univit Abbatiæ S. Petri de Eugubio, ut teſtatur Lud. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 300. dicitur quoque S. Donati *alle Foci*; ibi manſerunt Monachi Olivetani uſque ad annum 1525. ut obſervat Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 157. ea ſanè eſt, quæ duobus paſſuum mill. Eugubio diſtat, versùs Orientem; in Veteri Codice Taxæ Cameralis litt. B. vocatur SS. Bartholomæi, & Donati de Prætorio.

VIII. Extra muros, Abbatia tit. S. Ambroſii Canonicor. Regularium S. Auguſtini Congregationis Rhenanę, ſive S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, illam ſub Gregorio XII. Sum. Pontif. anno 1414. obtinuerunt, & etiam nunc poſſident pręlaudati Canonici; ut habetur in Syllabo Abbatiarum MS. ejuſdem Congregationis: fuit olim unita Abbatiæ S. Mariæ de Rheno.

IX. In Diœc. Eugubina, Abbatia tit. S. Æmiliani, Ord. S. Benedicti; ut refertur in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. quam ann. circiter 1143. conſtruxit Cœleſtinus II. Papa, multiſque privilegiis, & gratiis exornavit. Sita eſt in Valle *di Congiuntolo* quinque milliariis à Saxo ferrato, in Territorio Eugubino, ut obſervat Lud. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 313. Data fuit in Commendam ann. 1524. Ibi aſſervantur Corpora prælaudati S. Æmiliani mart. & SS. Tertullæ, & Antoniæ Virginum, duodecim millib. paſſuum Eugubio diſtat, Orientem æſtivum versùs, apud *Sentino* fluvium.

X. Abbatia tit. S. Verecundi de Spirtis, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Eugubinæ; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. quam conſtruxere Cives Eugubini in colle dicto *Vall'ingegno*, ubi olim Caſtellum erat, ſeptem circiter mill. paſs. ab Eugubio diſtante, extabat ante annum 1191. Anno 1419. Martinus V. Papa ſcribit Abbati Sancti Verecundi, & mandat ſuppreſſionem Abbatiæ de Camporeggiano ejuſque unionem Abbatiæ S. Donati de Eugubio, ut refert Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 154. nunc tenetur in Commendam à Cardinali, ut obſervat Lud. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pagin. 6. in Codice

Taxarum D. Paſſionæi vocatur Sancti Verecundi de Spiſſis, aliàs de Spicis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Euphemiæ, cui Grimoaldus Beneventanæ Provinciæ Princeps privilegium conceſſit, ut teſtatur Chronicon Abbatiæ Sanctæ Sophiæ Beneventi; apud Ughellum tomo 8. pagin. 610. videtur fuiſſe in Ducatu Beneventano.

Abbatia tit. S. Euphemiæ, Diœc. Neocaſtrenſis in Calabria Ulteriori, cujus Abbas Riccardus ſubſcribit Inſtrumento facto ann. 1199. per Bonhomum Cuſentinum Archiepiſcopum. Vide Ughellum tomo 9. pag. 271. fuit per Saracenos Africanos deſtructa, & uſque ad hodiernum diem apparent veſtigia ejus. Ibidem pag. 490. Ejus Monachus quidam Petrus anno 1254. factus eſt Strungulenſis Epiſcopus; ibidem pag. 732. à Ducibus Nortmannis Roberto, & Rogerio anno 1050. largitionibus nobilitatam aſſerit Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis pag. 165.

F

ABBATIA tit. S. Mariæ, aliàs S. Crucis de Fabaris, vulgò *B. di S. Croce*, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Piſaurenſis, ut recenſetur in Cod. Taxarum Cam. Apoſt. in Marchia Anconitana, tribus paſſ. mill. Piſauro diſtans versùs Occaſum; non diverſa videtur ab ejuſdem Diœc. Abbatia S. Benedicti de Faballo, Ordin. Ciſtercienſis de qua Vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia, ſive Monaſt. de Fabione, Ordin. S. Benedicti, quod inter Monaſteria Florentinæ Diœceſis recenſet Ughellus tomo 3. In Etruriæ Dominio Florentino.

Fabrianum *Fabriano* Oppidum ampliſſimum Marchiæ Anconitanæ, in Statu Eccleſiaſtico, Diœc. Camerinenſis, ſuper *Jano* fluvium quindecim millibus paſſuum Camerino diſtans versùs Aquilonem, paulò ad Occaſum. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium Monialium, unitum Eccleſiæ Camerinenſi per litteras Pii II. Papæ, Pontificatus anno 2. Salutis 1459. recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ.

II. Abbatia tit. S. Sylveſtri Montis Fani de Fabriano. Vide infra verbo Montis Fani.

III. Intra Oppidum Fabrianum, Abbatia titulo S. Benedicti Congreg. Sylveſtrinorum, Ord. ejuſdem S. Benedicti, ut recenſetur in Catalogo MS. Abbatiarum ejuſd. Congreg.

IV. Abbatia tit. S. Mariæ; Ord. S. Benedicti Monialium, quæ propter bella, derelicto ſuo Vallis Saxi *Saſſo*, Monaſterio, ſeſe Fabrianum receperunt; ut obſervat Lucas Wadinghus in ſuis annalibus ad annum 1215. numer. 20.

Fa-

Fabrianum alterum Oppidum ab hoc longiùs diſtans, Diœc. Nucerinæ in Umbria, & novem paſs. millibus Nuceria *Nocera* diſſitum, versùs Meridiem; decem verò millib. paſſuum Fulginio versùs Solis Ortum. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Blaſii, Ordin. Camaldulenſis, ſive Congregationi Camaldulenſi reſtituta anno 1500. Primus Abbas inſtitutus Bartholomęus Forſius Florentinus; huc fuit Corpus S. Romualdi Abbatis translatum; vide hiſtoriam Camaldulen. part. 2. li. 4. cap. 19. & 20. fuerat data in Commendam per Sixtum IV. Sum. Pontif. ann. 1480. quæ Commenda an. 1517. ad Monachos reverſa eſt, ibique nunc reſidet Abbas cum duodecim Monachis, ut teſtatur Ludovic. Jacobilli to. de Sanctis Umbriæ tertio pag. 360. de Abbate S. Blaſii de Fabriano mentionem facit Paulus III. Papa in ſua Bulla data ann. 1543. Vide Bullarium tomo 1. pag. 556.

II. Abbatia titulo S. Catharinæ, Ordin. ſive Congreg. Montis Oliveti, Nucerinæ Diœc. Eccleſiam, & Monaſterium conſtruxerat quidam Joannes Monachus Sylveſtrinus, quo poſtulante anno 1397. introducti ſunt Patres Olivetani, quibus poſtmodum conceſſa fuit per Innocentium VII. Summ. Pontif. Abbatia Plebis Roſariæ; ut narrat Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 52.

Abbatia S. Mariæ de Facinora; vide infra verbo de Fraſſinaria.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Facto, Diœc. Trojæ in Apulia, de quo mentionem faciunt Bulla Alexandri II. Papæ, qui ſedit anno 1061. & Bulla Paſchalis Papę II. ad annum 1100. apud Ughellum to. 7. pagin. 1376. in Provincia Regni Neapolitani, Capitanata dicta, novem circiter millib. paſſuum Trojâ diſtans, versùs Occidentem, vulgò *Faito*.

Abbatia ſecularis Eccleſiæ de Fageto, Diœc. Auximanæ, ut ad an. 1349. refert Ughellus tom. 2. pag. 373. ſecularis hoc eſt ſeculariſatæ. *Faeto* Vicus Marchiæ Anconitanæ, decem, & ſeptem mill. paſs. Auximo diſtans Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Joannis de Fajano, aliàs de Cajano; Ordin. S. Benedicti, Diœc. Monopolitanæ Civitatis; apud Ughell. to. 1. pag. in Appendice 428. Bulla reperitur Alexandri III. Papæ data ann. 1179. Goffredo Abbati Monaſterii S. Joannis, Fajanenſibus fratribus, in qua commemorat omnes Monaſterii poſſeſſiones, & maximè, quas Romualdus quondam Monopolitanus Epiſcopus, cum conſenſu Capituli ſui, huic Monaſt. contulerat; ipſe verò ſedit ab anno 1073. uſque ad ann. 1118. ante quem proinde extabat Abbatia, de qua etiam mentio fit in altera Bulla ejuſd. Alexandri III. apud eundem Ughellum tomo 1. pag. 1046. in Regni Neapolitani Provincia, Terra Barii *di Bari* nuncupata. *Faſciano* octo circiter mill. paſs. Monopoli diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Faiſulis, aliàs de Faiſelis, vocatur etiam S. Mariæ de *Falſola*, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Beneventanæ, in qua Monachalem habitum ſuſcepit, cujuſque deinde Abbas fuit S. Petrus de Murrone, qui factus eſt Summus Pontifex Cœleſtinus V. dictus, hunc an. 1276. Capoferrus Archiepiſcopus Beneventanus

nus accerſivit, eique hanc Abbatiam reformandi curam demandavit, & ipſi Abbati facto anno 1278. Privilegium dedit, quod vide apud Ughell. tomo 8. pag. 218. In Principatu Ulteriori. Sylv. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 4. pagin. 309. vocat illam S. Mariæ *de Feſuli*, dicitur etiam de Faiſolis, & ejus Abbas gaudebat uſu Mitræ, & Baculi Paſtoralis, ut refertur à Pompeo *Sarnelli* pag. 131.

Abbatia Fallera, aliàs Falera dicta. Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Tipherni, hoc eſt Civitatis Caſtelli; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. fundata fuit anno 1143. ut refert Carolus de Viſch in ſuo indice. Pax Jordanus in Abbatiarum Syllabo verbo *Ortanus* legit. S. Mariæ *Faleri*. In Comitatu Civitatis Caſtelli, prope Ducatum Urbini.

Abbatia Panani *Fanan*, ſive prope locum Pananum; aliàs Faynanamus dictum, quam in honorem Domini Salvatoris conſtruxit S. Anſelmus Dux Foro-Julienſis anno 749. Ibique Monachos Regulares conſtituit, & Spreto mundo primus eſt Abbas factus ſub Regula S. Benedicti; fundationem confirmavit Aiſtulphus Rex Longobardorum an. 753. hoc Monaſterium anno 1253. fuit Nonantulanę Abbatiæ ſubjectum. Vide Ughellum tomo 3. pag. 101. & 106.

Abbatia tit. S. Mariæ, vel S. Pancratii de Fango, Ordin. S. Willermi, Diœc. Groſſetanæ; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. & Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo; in Etruriæ Territorio Senenſi; ſic etiam Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Fantini; vide infra verbo Parma Oppidum Calabriæ.

Prope Fanum Abbatia tit. S. Paterniani, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Fanenſis; de ejus Abbate mentio fit in vita S. Fortunati, apud Ughell. to. 1. pagin. 706. fuit hoc Monaſt. unitum menſæ Epiſcopali Fanenſi per Nicolaum V. Papam anno 1452. ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Tranſiit ad Canonicos Regulares, ea propter Gabriel Pennottus Hiſtoriæ tripartitæ lib. 2. capit. 21. vocat illam Collegium Abbatiale Congregationis Canonicor. Regularium S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ. Huic Congregationi, cum Cura Animarum, anno 1483. ſub Sixto IV. Sum. Pont. unita aſſeritur in Catalogo MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis. *Fano* Civitas Epiſcopalis maritima, in Ducatu Urbini ad oſtia fluvii *Argila*.

Abbatia titulo S. Martini de Fara, Ord. S. Benedicti, Diœc. Theatinæ; ita Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ apud Ughellum tomo 6. pag. 886. dicitur Eccleſia Sancti Martini de Fara, inter montes, quam Bartholomæo Theatino Epiſcopo confirmat Innocentius III. Papa; Bulla data an. 1208. forſan Vicus *S. Martino* prope Terram *la Sar.* in Aprutio Citeriori, octo mill. paſs. à Theate, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Faratis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Aletienſis, ſive de Lycia, vulgò *Lecce* in Regni Neapolitani Provincia Hydruntina, *Terra d'Otranto*; ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia di Farfa dicta, ſub titulo S. Mariæ Virginis, Celeberrima, Ord. S. Benedicti, in Territorio Diœceſis

Sabi-

Sabinenſis, ſed à juriſdictione Epiſcopi exempta, & à S. Sede Apoſtolica immediatè dependens: condita fuit à S. Laurentio, qui fuit illuminator cognominatus, Sabinenſi Epiſcopo, qui, relicta infulâ, Monachus ibi ſuum diem obiit; circa annum 576. fuit pariter Spoletanus Epiſcopus; ſic teſtatur S. Petrus Damiani Cardinalis lib. 1. epiſt. 9. ad Nicolaum II. Papam.

De hujus Monaſterii deſtructione tempore Leonis IX. Sum. Pont. circa ann. 1050. extat Codex Anonymus in Bibliotheca Vaticana, poſt anteriorem devaſtationem fuerat à B. Thoma ejus Abbate reſtituta, qui obiit an. 715. ſita erat in fundo Acutiano, primuſque Abbas ejus fuit prælaudatus Sanctus Laurentius; fuit in Commendam data per Bonifacium IX. Papam circa annum 1400. Unita fuit Congregationi Caſinenſi, ſive S. Juſtinæ de Padua per Pium V. Sum. Pont. anno 1567. Eſt menſalis, ideſt habet tantùm menſam Conventualem. Extante Abbate Commendatario, ipſi unita eſt vicina Abbatia S. Salvatoris majoris de *Scandrilia*, utraque ſub unico Abbate; utriuſque deſcriptionem vide in libro, cui titulus eſt Synodus Farfenſis, facta anno 1685. pag. 1055. & ſequentibus; viginti duobus mill. paſsuum ab Urbe Roma diſtat versùs Boream, ad Farſa fluviolum, vulgò *Farfaro*.

Abbatia tit. S. Fabiani de Farinate, ac S. Damiani de Doneria, Monialium; quarum Eccleſiarum videlicet Sancti Fabiani fundatores fuere Comites Bergomenſes Lantelmus, Guillelmus, Arditius, Rogericus, Albicus, Arduinus, & Osbertus, qui eam in ſuo fundo conſtruxerunt. In favorem Taidis Abbatiſſæ, hujus Abbatiæ extat privilegium Alexandri III. Papæ datum anno 1169. apud Ughell. tomo 4. pag. 916.

Abbatia tit. S. Mariæ de Farneto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Peruſinæ, ut aſſerit Ludovic. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 279. cujus Monachi anno 1218. illam S. Franciſco Aſſiſinati dedere, ubi ſui Ordinis extruxit Monaſterium: diſtat quatuor paſſuum millibus Peruſiâ versùs Boream, à fluvio Tyberi milliario, & medio, in diſtrictu Caſtelli *di Columello*, aliàs *Colomella*. Vide ibidem pag. 44. illam Diœc. Cortonenſi attribuit Codex Taxar. D. Paſſionæi. Vide infra Verbo Ferniti, à qua non videtur diverſa.

Abbatia tit. S. Angeli de Faſanella, Ord. S. Benedicti, in Commendam dari ſolita, prope antiquam Faſanellam, à Frederico II. Imperatore ſolo æquatam Civitatem, Diœc. olim Caputaquenſis *Cappaccio*, nunc nullius, & S. Sedi Apoſt. immediatè ſubjecta, ſicut vicina nova Faſanella, quæ vulgò S. Angelus, ſive S. Michaelis Archangeli, cujus ibi crypta famoſa prodigiis S. Michaelis Archangeli montis Gargani cryptæ in nullo cedens, deſcribitur ab Ughello tom. 7. pag. 668. vide eundem to. 6. pag. 1045. & 1443. ſita eſt in Regni Neapolitani Principatu Citeriori, quaſi media inter Caputaquenſem Civitatem, & Marſicum.

Faventia, vulgò *Faenza*, Æmiliæ Civitas; quam fluv. *Hamnon* alluit, & à Vico dividit, in Status Eccleſiaſtici Romandiola. Ibi.

I. Abbatia tit. SS. Hippolyti, & Lau-

Laurentii, Ord. ſeu Congregationis Camaldulenſis, ſub ſimplici tit. Sancti Hippolyti in Codice Taxar. Cam. Apoſtol. in quam circa annum 1142. Camaldulenſes introduxit Rambertus Epiſcopus Faventinus, certo onere Abbatibus impoſito; ut refert Ughell. tomo 3. pag. 515. hinc clarum eſt prius fuiſſe Ordin. S. Benedicti. Eccleſiam reparatam conſecravit ann. 1196. Bernardus Epiſcopus; vide ibid. pag. 522. de S. Hippolyti Abbatia loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico pagin. 17. & Hiſtor. Camaldulenſis lib. 2. cap. 12.

II. Abbatia SS. Trinitatis de Faventia in meditullio Civitatis poſita, Congregationis Cœleſtinorum Ordin. S. Benedicti; condita, & erecta fuit circa annum 1330. ſed cum an. 1502. totum ferè Monaſt. fuerit incendio abſumptum, ejuſdemq; omnia monimenta in flammarum pabulum ceſſerint, vix plures per annos remanſit ejuſd. nomen, & ſitus, donec anno 1560. D. Petrus de Urbino, collatis, tum ab aliis Monaſteriis Romandiolæ pecuniis, tum ære paterno illud ferè ex integro reſtituit, & varia latifundia recuperavit; ut refert D. Guicciardini in Abbatiarum ejuſd. Congregationis Syllabo.

III. Abbatia titulo S. Paterniani extra muros Faventiæ, Ordinis olim S. Benedicti, deinde unita Congreg. Canonicor. Regularium S. Auguſtini titulo S. Salvatoris de Bononia, per Sixtum IV. Summ. Pont. anno 1482. ut refertur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. de ea loquitur Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitæ lib. 2. cap. 52.

IV. Abbatia tit. S. Mariæ extra muros Civitatis, in ejus Abbatis favorem extat inſtrumentum datum anno 1118. quod Monaſt. nunc incolunt Monachi Ciſtercienſes, ut teſtatur Ughellus tomo 3. pag. 364. & Codex Taxarum Cam. Apoſt. vocatur etiam S. Maria ab Angelo, in ejus Eccleſia conſervatur integrum Corpus S. Petri Damiani Cardinalis Oſtienſis, ibid. pag. 512. anno 1084. Joannes Foro-Livienſis Epiſcopus dat iſti Abbatiæ Eccleſiam S. Reparatæ, ibid. pag. 616. inde colligitur fuiſſe primitus, Ordin. S. Benedicti, & aſſeritur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

V. Abbatia titulo S. Annæ, Monialium Ordinis S. Benedicti, Congregationis Servarum B. Mariæ Virg. quam circa ann. 1268. fundavit B. Santuccia Eugubina, ſuamque diſcipulam Catharinam ibidem primam Abbatiſſam inſtituit; ut refert Lud. Jacobilli de Sanctis Umbriæ to. 2. pag. 238.

Abbatia tit. S. Pauli de Favorone, Monialium Ordinis S. Claræ, Diœc. ut videtur, Perusinæ, cujus Abbatiſſa fuit Angela de Tomaſſo Perusina; quę Abbatia anno 1444. unita eſt Abbatiæ S. Mariæ montis Lucis prope Peruſiam ſitæ; ut obſervat Lud. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 406.

Abbatia S. Fauſtinæ. Vide infra verbo Foro-Semproniensis.

Abbatia titulo SS. Felicis, & Valeriani, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Bononienſis; de qua fit mentio in Veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia Sanctæ Feliculæ, quæ cum Abbatia S. Armani unita eſt Congregationi Canonicorum Regularium Lateranenſium, Diœceſis Parmenſis; ut aſſeritur in Cod. Tax. Cam. Apoſt.

Abbatia Felina dicta, cujus Abbas Commendatarius fuit, & qua ſe exoneravit S. Carolus Borromæus Cardin. Vide apud Ciaconium, tomo 3. pagina 895.

Abbatia tit. S. Mariæ de Fellonia, aliàs de Felonica, ſive Fellonica, Ord. S. Benedicti, Diœc. Mantuanæ; ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. dicitur etiam S. Maria de Fenonica. Anno 1053. ejus Abbas erat quidam Petrus, quo anno Beatrix Comitiſſa illi, & Monaſterio plurima dona conceſſit. Donationis inſtrumentum vide in Bullario Caſinenſi tomo 2. pag. 86. fuit poſtea de jure Monaſterii S. Benedicti de Padolyrone.

Abbatia tit. S. Antonii de Ferentino in Henricis, Cœleſtinorum Congreg. Ordin. S. Benedicti, in ejus Eccleſia delatum fuit Corpus S. Cœleſtini V. Summi Pont. poſtquam in arce Fumonis non multum ab ea diſtante, ubi arcta ſub cuſtodia detentus fuerat, ex humanis ceſſit, quod Corpus in ea jacuit uſque ad annum 1327. quo Procerum Aquilanorum ſtudio, & devotione deportatum eſt ad Abbatiam de Collemadii; ſita eſt prope, & extra Civitatem Ferentinum Epiſcopalem, in edito loco, viâ Latina Anagniam versùs in Latio, ſive *Campagna di Roma*; de ea D. Guicciardini in MS. indice Abbatiarum hujus Congreg.

Abbatia tit. S. Salvatoris in Comitatu Feretrano, vide infra S. Salvatoris, & S. Andreæ de Mondatio.

Abbatia, vulgò *Badia S. Fermano*, in Marchia Anconitana tribus circiter paſs. millibus à Civitate Recanatenſi, versùs Meridiem, quam in mappis exprimit Anton. Maginus. Vide infra littera M. verbo Monte Lupono.

Abbatia Ferniti dicta, Ord. S. Benedicti, Diœc. Cortonenſis in Tuſcia, ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. ubi hoc Monaſterium aſſeritur unitum Menſæ Epiſcopali Cortonenſi, dicitur etiam Farneta, & de Farneto. Martinus Abbas de Farneto ſubſcribit Concilio Romæ habito anno 1036. Vide Ughellum tomo 9. pag. 921. tenetur nunc à Monachis Congregationis Camaldulenſis. Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 103. dicit hanc Abbatiam S. Mariæ de Farneto fuiſſe à Julio II. Papa unitam an. 1513. Abbatię S. Marię de Valle Pia; erat in Etruriæ Dominio Florentino.

Abbatia Fermelus dicta, Ordinis S. Baſilii, Diœc. Brunduſinę, ut refertur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo legit Fermellus; ſita eſt in Regni Neapolitani Provincia, Terra Hydruntina, *d'Otranto* nuncupata. Codex Taxar. D. Paſſionæi dicit Fermulus, aliàs de Fermeriis. Legendum arbitror S. Marię de Forellis, ut in Veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Annæ de Ferrara, in cujus favorem Innocentius III. Summ. Pont. Bullam dedit anno 1201. Vide apud Ughell. tomo 1. pag. 231. forſan Abbatia Ferraria dicta in Regno Neapolitano, Diœc. Neapolitanæ, Ord. Ciſtercien. quam anno 1179. fundatam dicit Carolus de Viſch, in indice, ſi non ſit error, in Diœceſi, & non coincidat cum ſequenti.

Abbatia tit. S. Marię de Ferraria, vulgò de *Ferrara* dicta, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Theanenſis *Tiano*; ita

ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. apud Oppidum Bayarum à Joanne de Ferrariis Monacho Foſſæ Novæ ejuſdem Ordinis ædificari cœpta anno 1171. in fundo Richardi Comitis de Sangro, qui locum donavit. Tancredus, & Guillelmus ſucceſſor Siciliȩ Reges eam plurimis botis locupletarunt. Primus Abbas Petrus fuit ann. 1179. primus Commendatarius anno 1449. Ladislaus Domice Epiſcopus Nucerinus; fundationem, Abbatum catalogum, & ejus privilegia Vide apud Ughellum to. 6. pag. 698. & deinceps ſita eſt in *Campania Felice*, ſive Terra Laboris quinque paſs. millib. Theano diſtans, versus Orientem ȩſtivum, vicina eſt Terræ, ſive Vico Petra Vairana dicto, ad milliarium.

Ferraria, vulgò *Ferrara* Epiſcopalis Civitas, in Statu, & ditione Eccleſiaſtica, ſui Ducatus caput, ad Ulteriorem, ſive Aquilonarem ripam fluminis Padi, vulgò *il Po di Volana* poſita. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Marci, Ord. S. Benedicti, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. ipſa nunc ſub titulo eſt S. Benedicti. Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 11. cap. 22. dicit fuiſſe olim Collegium Canonicorum Regularium Congregationis Sancti Frigdiani, à Comitiſſa Mathilde circa annum 1083. conſtructum, & anno 1478. Canonicis ereptum, & Monachis Benedictinis datum. Unitum fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua, per Sixtum IV. Summ. Pont. anno 1479.

II. Abbatia titulo S. Chriſtophori in Civitate ſita, Ord. Ciſtercienſis, quam Borſius Dux Eſtenſis ȩdificavit, & in quam anno 1460. introducti ſunt Monachi Carthuſiani. Vide Ughell. & ipſum Ciſtercienſem tomo 3. pagin. 593.

III. Abbatia tit. S. Juliani, unita per litteras Eugenii Papȩ Congregationi Canonicor. Regular. Lateranen. ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. Illius Eccleſiæ primarium lapidem poſuit Petrus Bojardus Ferrarienſis Epiſcopus quam anno 1407. Conſtruxit Galeottus de Avogariis, ut teſtatur Ughellus tomo 3. pag. 587.

IV. Abbatia titulo S. Catharinæ in Civitate Ferrarienſi, unita Congregationi Canonicor. Regularium Lateranenſi, ut habetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt.

V. Abbatia tit. S. Lazari, ſive SS. Jacobi, & Lazari, prope Ferrariam, Ordin. Canonicorum Regular. S. Auguſtini, de qua ad annum 1446. Ughellus tomo 3. pag. 401. unita fuit Congregationi Lateranenſi, ut teſtatur Codex Taxarum Cameræ Apoſt. de ea loquitur Antonius Libanori in *Ferrara d'Oro* ad annum 1471. part. 1. pag. 64.

VI. Abbatia titulo S. Michaelis Archangeli, cujus Eccleſiam in ſuperiori parte novæ Civitatis anno circiter 893. conſtruxit Conſtantinus ejuſd. Civitatis Epiſcopus, ſtatimque ſub Abbate nomine Venerio Monachos Ordin. S. Benedicti introduxit, quos evocaverat ex Abbatia S. Mariæ Aulæ Regiȩ in Bohemia poſita; ut narrat Antonius Libanori in *Ferrara d'Oro*, part. 2. pagin. 32. nunc Parochialis eſt Eccleſia.

VII. Abbatia titulo S. Mariȩ à Vado, vulgò *del Vado*, Ord. Cano-

nicorum Regularium Sancti Auguſtini Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ; ad quam per Pontem ſuper unum ex alveis Padi fluminis è Civitate itur; Ubi etiam Parochia eſt, ſive Cura Animarum; ibi prçlaudati Canonici fundati ſunt ſub Sixto IV. Summ. Pontif. anno 1479. de ea mentionem facit Antonius Libanori in *Ferrara d'Oro* part. 1. pag. 123. & Syllabus pariter MS. Abbatiarum ejuſd. Congregationis.

VIII. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Antonii Monialium, à B. Beatrice Eſtenſi fundatum, quæ vota religionis nuncupavit in manibus Joannis Quirini Epiſcopi Ferrarienſis. Vide Ughel. tomo 3, pag. 581. & poſt illum ad annum circiter 1253. Anton. Libanori in *Ferrara d'Oro* part. 2. pag. 65. ſitum erat in inſula fluminis Padi, ubi obiit prçlaudata B. Beatrix anno 1270.

IX. Abbatia titulo S. Sylveſtri, Monialium Ord. S. Benedicti, quam extra muros Ferrarienſes anno 688. fundavit, & condidit quçdam Virgo, quæ ibidem ſacrum velamen accepit ſub Sergio Papa, & Albertino Ferrarienſi Epiſcopo, in loco tunc *Baluzolo*, ſive Burgo *dalla Piopa*, nunc, ampliata Civitate, intra muros, in primo loco viæ *della Giovecca*; ut refert Antonius Libanori in *Ferrara d'Oro*, part. 2. pag. 17. Alexander VI. Sum. Pont. Bulla data anno 1493. hanc Abbatiam adminiſtrationi Abbatis Sancti Marci nunc Sancti Benedicti Ferrarien. ſubiicit. Vide Bullarium Caſinenſe tomo 2. pag. 408.

X. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Bartholomæi, vulgò *S. Bartholo*, extra muros Ferrarienſes, unico videlicet à Civitate milliario, Ord. olim Sancti Benedicti, fundatum, ſeu reſtructum à Lada Comitiſſa Othonis Eſtenſis Uxore, ann. 856. & completum per Sabinum, & tres Sacerdotes, Urſonem, Petrum, & Deſiderium, favente Viatore Ferrarienſi Epiſcopo. Hanc Abbatiam ſub ſua protectione poſuit Ludovicus II. Imperator, tranſiit tandem ad Monachos Ciſtercienſes, unitaque fuit Congregationi Sancti Bernardi in Italia anno 1172. data eſt in Commendam; ablatâ, ſed poſtmodum Monachis reſtitutâ Abbatiali dignitate; amplam ejus hiſtoriam vide apud Ughellum tomo 3. pagin. 557. & ſequentibus; de ea Carolus de Viſch in Abbatiarum ejuſd. Ordinis indice; fuit olim unita Monaſterio S. Salvatoris de Caſtello extra muros Florentinos poſito.

XI. Prope Civitatem Abbatia titulo primùm S. Georgini, ſive Georgii minoris, poſtmodum, & etiam nunc ſub tit. S. Franciſcæ, in Regione *Glaria* nuncupata, ubi primus Abbas deputatus eſt D. Ludovicus Arioſto anno 1622. qui pro ejus fundatore eſt habitus; Ordinis eſt, ſive Congreg. Montis Oliveti, ut dicit Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato.

XII. Abbatia tit. S. Georgii prope Ferrariam, ad Padi fluminis ripam dexteram, & Auſtralem, quæ olim erat Eccleſia Cathedralis, & ejus Epiſcopi S. Georgii titulo aliquando nuncupati, alterâ ad alteram fluminis ripam, ubi nunc eſt, conſtructa Eccleſiâ; ad S. Georgium Canonici Regulares poſiti, quibus anno 1177. plurima privilegia dedit Alex. III. Papa, his per Commendatarios Abbates exactis,

ctis, anno 1414. data eſt Monachis Congregationis Montis Oliveti. Vide Ughellum to. 3. pag. 543. & 587. habet ſub ſe plures Eccleſias, quas recenſet Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 69. ibi aſſervantur Corpora S. Maurelii mart. & B. Alberti Ferrariæ Epiſcoporum.

XIII. Abbatiale Cœnobium tit. S. Joannis Baptiſtæ, ad quod translatum fuit Vetuſtiſſimum Collegium S. Jacobi de Cella Volana, Diœceſis Comaclenſis in nemoribus extructum, & Congreg. Canonicorum Regular. Lateranenſi unitum, ut obſervat Gabriel Pennottus Hiſt. tripartitæ lib. 11. cap. 21. in fine, & cap. 22. dicit ex loco, extra Civitatem S. Lazari huc translatum, cujus Eccleſiam Hercules Ferrariæ Dux Primus magnificentiâ regia extruxit, ſed anno 1570. Terræ motu tota penè corruit. Illud Cœnobium Abbatiali dignitate decoravit Pius V. Summ. Pont. anno 1566.

XIV. In Diœc. Ferrarienſi, Abbatia tit. S. Benedicti, & Ord. ejuſdem Sancti, ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo.

Abbatia inſignis Fæſulis, titulo S. Bartholomæi, quam olim Medicea munificentia fundavit, & auxit, atque ubi Regulares Canonici divinum penſum exolvunt; verba ſunt Ughelli Florentini to. 2. pag. 271. Primitus erat Cathedr. Eccleſia, & ejus Altare majus tit. S. Petri ſub Regula, vel Abbate. Hinc anno 1028. Jacobus Fæſulanus Epiſcopus ſedem Epiſcopalem abſtulit, & ibi Monaſterium fundavit, & dotavit, atque Leonem Primum Abbatem conſtituit. Dotationem vide apud eundem Ughellum pag. 228. ſita eſt juxta montem Fæſulanæ Civitatis pag. 315. aſſeritur ſub Regula S. Benedicti. Vocatur etiam Monaſterium S. Romuli, cujus ibi jacuerat Corpus Ordin. olim Sancti Benedicti, quam anno 1439. Canonicis Lateranenſibus dedit Eugenius Papa IV. Bullam vide apud Gabrielem Pennottum Hiſtoriæ tripartitæ lib. 3. cap. 19. ubi fuſiſſimè de ea loquitur; omnem fundationis hiſtoriam habes in Hiſt. Camaldulenſi part. 2. lib. 1. cap. 22. *Fieſole* Civitas exciſa, Florentiâ tribus paſſuum mill. diſtans, versùs Boream, prope *Mugnone* fluvium.

II. Abbatia tit. S. Mariæ de Feſulis Ordin. S. Benedicti, in Feſulana Civitate, ut aſſeritur in Cod. Taxar. D. Paſſionei.

Abbatia S. Mariç de Feſuli. Vide ſupra Verbo de Fæſulis.

Abbatia titulo S. Salvatoris de *Ficarolo*, aliàs *Ficheruolo*, Ord. Canonicorum Regularium S. Auguſtini, quam non longè ab inſula *di Bonello* dicta ædificavit, multiſque privilegiis, ac donis auxit ann. circiter 1182. Presbyterimus Ferrariæ Epiſcopus; unde clarum eſt in ejus eſſe Diœceſi; ſic refert Antonius Libanori *in Ferrara d'Oro* part. 2. pag. 54. in Ducatu ſita eſt Ferrarienſi, prope fines Mantuani Territorii ſuper ſiniſtram, & Aquilonarem Padi fluminis ripam, quindecim paſsu millibus Ferrariâ diſtans, Occidentem æſtivum versùs, ab inſula Padi *Bonello* tribus circiter paſſuum millibus ad Occaſum.

Prope Oppidum Ficcara in Sicilia, Abbatia vetus, Ordin. Ciſtercienſis, ſub titulo S. Dominicç de Monte Dei, quæ concedente Leone X. Sum. Pont.

Fran-

Franciſcanis attributa, qui an. 1514. deſtructis antiquioribus ruinis novam Eccleſiam ſub tit. S. Mariæ de Jeſu conſtruxerunt; ut refert Franciſcus Gonzaga part. 2. pagin. 394. *Ficcarra* Oppidum Diœc. Meſſanenſis, quinquaginta paſs. mill. Meſſanâ diſſitum, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Salvatoris, ſive Monaſterium Ficeclenſe, aliàs Ficiſeli, nec non Ficoclenſe, Lucanæ Diœc. Cujus fundator Carolus Comes Burgi novi de Ficeclo, in Etruria, eam pluribus bonis ditavit Gemma cum filio Lothario Comite anno 986. ut refert Ughellus tomo 6. pag. 387. de ea idem ad annum 1107. eod. tomo pag. 325. Anno 1068. Abbas Ficeclenſis Monachos ſuos collocat in Monaſter. S. Michaelis de Furcule prope Piſtorium; refert idem Ughellus Gregorium IX. Papam ſcripſiſſe ad Abbatem Ficiſeli Lucen. Diœceſis.

Abbatia titulo S. Nicolai de ficu *del Fico*, Ordinis S. Baſilii, Diœceſis Meſſanenſis, à Rogerio Siciliæ Comite anno 1099. conſtructa redditibus, prediis, & Eccleſiis dotata, ad quingentos paſſus prope Oppidum Racudium, versùs Orientem. Baſilianos Abbates habuit uſque ad ann. 1486. hinc Commendatarios; de ea Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ noticia 19.

Abbatia titulo SS. Fidentii, & Collentii, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Tudertinæ; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. vel tit. S. Fidentii, & Terentii; ut ſcribit Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ to. 3. pag. 311. ſita eſt prope exciſam Martanam Civitatem, in Territ. Tudertino in Umbria. Hanc Abbatiam tit. S. Fidentii, & Colentiæ (ſic enim legitur apud Ciaconium tomo 4. pag. 307.) tanquam Commendatarius rexit Bartholomæus Ceſius Cardinalis. In Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur SS. Fidentii, & Collentii de Maſſa.

Abbatia S. Michaelis de Filarino. Vide infra de Fulgerino.

Abbatia tit. S. Pancratii de Filo, ſeu Fillo, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Rhegienſis in Calabria Ulteriori in Regiſt. Martini V. Papæ; ut aſſerit Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia S. Mariæ de Fimigliano. Vide infra littera L. Verbo S. Mariæ Longæ.

Firmum, vulgò *Fermo* Civitas Archiepiſcopalis, in Marchia Anconitana ſuæ, Marchiæ Firmanæ caput, in colle poſita ad Letum *Leta* fluv. tribus paſs. mill. à mari Adriatico. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Petroniani extra muros Firmanæ Civitatis, Ordinis S. Benedicti, cujus ann. 1436. Abbas erat Bartholomæus de Aleonibus Epiſcopus Tudertinus; ut refert Ughellus tomo 1. pag. * 447.

II. In Civitate Abbatia olim tit. S. Salvatoris, nunc Beneficium ſimplex, in Eccleſia Parochiali S. Petri in Penna, ab Abbatiis unitis Farfenſi, & S. Salvatoris majoris, ſive ab illarum unico Abbate dependens. Vide Synodum Farfen. habitam ann. 1685. pag. 1059.

III. Prope Firmum Abbatia tit. S. Sabini, aliàs Savini, Ord. S. Benedicti, ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. Ejus Abbati nomine Firmo an. 1016. Eccleſiam S. Michaelis Archangeli prope mare conceſſit Ubertus Firmanus

nus

nus Epiſcopus. Sita erat in monte Viſiano extra muros, quem hodie montem S. Sabini appellant. Ibi primùm Patres Capucini conſederant: ſed, his in Civitatem translatis, locum coemerunt Patres Soc. Jeſu à Capitulo Firmano; ut obſervat Ughellus tomo 3. pag. 749. & 752. fuerat olim unita Capitulo Firmano per Innocentium VIII. anno Pontific. 5. Sal. 1488. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi; aſſignatur Diœc. Æſinenſi, aliàs Eſinenſi, & anno 1450. die 30. Maii, ſedente Caliſto III. Papa, mandata eſt uniri Menſæ Epiſcopali Æſinenſi; vide Codicem Taxarum litt. E.

IV. Apud Firmum Abbatia olim titulo S. Catharinę Virg. & mart. Monialium Ordinis S. Benedicti, quibus anno 1216. multa bona pluresque immunitates indulſit Ugo Firmanus Epiſcopus. Abbatiſſæ quoddam privilegium conceſſit Petrus ſucceſſor Ugonis, quod vide apud Ughell. to. 3. pag. 770. & pag. 772. In Codice Taxar. Camerę Apoſt. dicitur unita Congregationi Lateranenſi, nam anno 1463. Pius II. Summ. Pont. Monialibus aliò miſſis, ſuppreſſoque Abbatiæ titulo, illam dat Canonicis Lateranenſibus ſub tit. impoſterùm S. Catharinæ, & S. Marci propter unitum ipſi S. Marci Prioratum, ut refert Gabriel Pennottus Hiſtoriæ tripart. lib. 3. pag. 679.

V. Firmi Abbatia Monialium, cujus Abbatiſſa quędam Raimberga nomine de Civitate Firmana obtulit ſuum Monaſt. vocabulo S. Maria loco Levarino, aliàs Leveriano Caſinenſi Cœnobio; ita Chronicon Caſinen. ad ann. Sal. 1032. lib. 2. cap. 57.

VI. Prope Civitatem Abbatia titulo S. Angeli, Ord. S. Benedicti, de qua ſolus Codex Taxar. Cam. Apoſt. fortè ad Eccleſiam S. Michaelis Archangeli prope mare, de qua ſupra num. 3. dicitur unita Monaſt. S. Bartholomæi de Campo Falcone, aliàs Fullono, Ord. S. Benedicti, per Eugenium IV. anno 1435. S. Angeli in Plano, ita Vetus Codex Taxæ Cameralis.

VII. Abbatia tit. S. Leonardi in Agro Firmano, cujus Abbas factus eſt ann. circiter 1507. Gabriel de Gabrielibus Cardinalis. Vide apud Ciaconium tomo 3. pag. 260.

VIII. Abbatia tit. SS. Stephani, & Ferreoli, Ord. S. Benedicti, Diœc. Firmanæ, de qua in Regiſt. Clem. VII. circa annum 1526. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

IX. Abbatia titulo SS. Vitalis, & Ruffini, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Firmanæ, de ea Codex Taxar. Cam. Apoſt. hujus Abbas Commendatarius fuit ann. 1611. Carolus Perbenedictus, Cardin. Marciani nepos; vide apud Ciaconium to. 4. pag. 196.

Abbatia tit. S. Mariæ de Valle Pia de Finario, Ord. S. Benedicti, Diœc. Ferrarienſis, unita Congreg. Montis Oliveti, ut aſſeritur in Codice Taxar. Cam. Apoſt.

Abbatia titulo S. Chriſtophori de Finiculis, Ord. S. Benedicti; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. fortè eadem cum Monaſterio S. Chriſtophori de Caſtellaro, utrumque enim in Diœc. Foro-Sempronienſi, quod Honor. III. Papa ſub protectione collocat S. Sedis Apoſtol. ann. 1224. Vide Ughel. to. 3. pag. 912. In Ducatu Urbini. *Caſtellaro* undecim paſſ. millib. à Foro-Sempro-

pronii diſtat, verſùs Meridiem; in Veteri Codice Taxę Cameralis dicitur de Finuculis prope Forſinformium, lege Foro-Sempronium.

Abbatia tit. S. Vincentii in Flagenſe, in Territorio Tiburtino; quæ eſt ſubtus Monticelli Caſtellum, cujus anno 1030. Monachus, & Abbas erat Ago. Vide Ughell. to. 5. pag. 1542. *Monticelli* in Sabina quatuor circiter mill. paſs. Tibure diſtat versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Flaſtris, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Camerinenſis, extabat ante annum 1150. ad fluv. *Flaſtra*, qui in Clentum *Chiento* fluv. ſe exonerat; adhuc ſuperſtite Sancto Bernardo fundata in ditione, & Agro Civitatis Tolentini, in Marchia Anconitana, vocaturque Sancta Maria Claræ vallis de Flaſtra. Conſtruxit Marchio Guarnerius. Vide Ughell. to. 3. pag. 818. ubi vocatur de Flaſtra, diciturque authoritate Gregorii XIII. Summ. Pont. Patribus Societatis Jeſu in Commendam data anno 1580. *Fiaſtra* ſeptem paſs. mill. Camerino diſtat Orientem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Nicolai de Flaviano, Ord. S. Baſilii, Diœc. Neocaſtrenſis, ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis. In Calabria Ulteriori.

Abbatia tit. S. Thomæ de Flolea, Ord. S. Benedicti, Diœc. Piſaurenſis; ita Codex Taxar. Cameræ Apoſtolicæ, in Ducatu Urbini. In Codice Taxar. D. Paſſionęi dicitur aliàs de Folea, & unita Capitulo Piſaurenſis Eccleſiæ per Nicolaum V. Papam anno 1447.

Abbatia titulo S. Joannis Baptiſtæ de Flore, ſive in Flore, aliàs Florenſis, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Cuſentinæ in Calabria Citeriori, ad radices Silæ Sylvæ, inter duo flumina Alaulam, & Neethum, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis; vocatur quoque Abbatia Floris, quam B. Joannes Joachim Prophetiæ dono celebris conſtruere cœpit ann. 1189. & novam Monachorum Congregationem, ſive Ordinem inſtituere, quem Summi Pontifices confirmaverunt, liberumque à Capitulo, & Ordine Ciſtercienſi fecerunt, ſed aliquot poſt ſecula ad Ordinem rediit Ciſtercienſem, ſub quo perſeverat. Obiit prælaudatus Abbas Joachimus anno 1202. jacetque in hujus Abbatiæ Eccleſia. Vide Ughellum to. 9. pag. 254. & 263. ubi aliquos ejus Abbates uſque ad Ludovicum de Sancto Angelo primum Abbatem Commendatarium recenſet pag. 274. diſtat quatuor paſs. millib. ab Oppido Cacurio, aliàs *Cuccari*, vulgò *S. Gio: di Fiore*; decem quoque mill. paſs. à Geruntiâ Civitate *Cerenza*; cujus ab aliquibus aſcribitur Diœceſi.

Florentia, vulgò *Fiorenza*, & *Firenza* Archiepiſcopalis Civitas Etrurię, quæ magno paret Duci, Caput; ſuper Arnum *Arno* fluv. Ibi.

I. Abbatia titulo SS. Trinitatis, Ordin. ſive Congreg. Vallis Umbroſę, ſub Regula S. Benedicti, de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. recenſetur inter Monaſteria hujus Congreg. in Bulla Alexandri III. Papæ data an. 1176. Et in ejus favorem extat Bulla Lucii III. Papæ data ann. 1183. apud Ughellum tomo 2. pag. 132. & pag. 284. Ejus Abbas Gaſpar anno 1420. à Mart. V. uſum obtinuit Pontificalium; ut aſſerit Tamburinius de Jure Abbatum, pag. 322. col. 2.

Ab-

II. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Salvatoris, unitum Eremo Camaldulenſi per Bullas Sixti Papæ IV. anno Pontific. 13. Sal. 1483. ita Cod. Tax. Cameræ Apoſt. vocatur ab Ambroſio Camaldulenſium Generali Abbatia S. Salvatoris Camalduli, ad an. 1431. in ſuo Hodœporico; huic Monaſter. unitum dicitur Monaſt. de Saxo, ſive S. Joan. decollati, Diœc. Aretinæ; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

III. Abbatia ſub titulo S. Mariæ, Ordin. S. Benedicti, quam Willa Comitiſſa Marchionis Bonifacii filia, & mater Ugonis Etruriȩ Marchionis circa ann. 989. parvo ſpatio ab Eccleſia Cathedrali diſtantem à fundamentis erexit; ut refert Ughell. to. 2. pag. 42. Dotationem à prælaudata Willa factam publici juris fecit idem Author pag. 46. quam amplificavit anno 995. Ugo Marchio filius ejus, ibid. pag. 50. atque auctam confirmavit Paſchal. II. Summ. Pont. anno 1108. Ibidem pagin. 115. Huic Abbatiæ unita fuerunt Monaſt. S. Mariæ della Capora ejuſd. Diœc. S. Martini de Menſula, Monialium ejuſdem Diœc. ejuſdemque Ord. S. Benedicti, per Nicolaum V. Papam Pontific. anno 5. & Monaſt. B. Mariæ de Vojano ejuſdem Ordinis S. Benedicti & Lucanæ Diœc. per Bullam Leonis X. Papæ Pontific. ann. 2. ut habetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. fuit unita Congreg. S. Juſtinæ de Padua, per Eugenium IV. Summ. Pontif. anno 1436.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium tit. SS. Angelorum, Ordin. ſive Congregationis Camaldulen. Ita Ughellus tomo 1. pagin. 563. & pag. 1107. & tomo 2. pagin. 170, fundatum aſſerit anno 1294. in Æde SS. Proti & Hiacynthi martyrum, quorum corpora ibi fidelium pia credulitas veneratur, ab Altari S. Michaëli Archangelo dicato, nomen ſortitum eſt Sanctorum Angelorum. Vide Hiſtoriam Camaldulenſem part. 2. lib. 3. cap. 12. dicitur etiam S. Mariæ de Angelis.

V. Abbatia titulo S. Pancratii, Ord. ſive Congreg. Vallis Umbroſæ, de qua Cod. Taxar. Cam. Apoſt. fuit unita Abbatiæ S. Salvii apud Florentiam ſitæ, per Sixtum IV. Papam Pontific. anno 4. Salutis 1474. de ea ad annum 1432. meminit Ambroſius Generalis Camaldulenſium in ſuo Hodœporico pagin. 21. Ejus Abbas Ricciardus Pontificalibus decoratus eſt à Martino V. Pontific. an. 3. Sal. 1420. ut refert Tamburinius de Jure Abbatum pag. 322. col. 2.

VI. Abbatia tit. S. Bartholomæi, unita Congregationi Montis Oliveti, ut refertur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. volunt aliqui hunc locum tres varias habuiſſe appellationes, primam S. Bartholomæi de Caſtanea, ſecundam S. Bartholomæi in Viridaria, ſeu Verzaria, tertiam denique S. Bartholomæi *delle Sulphurate*. Ipſi attributa ſunt bona Abbatiæ S. Miniatis Florentiæ, anno 1552. ad arcem conſtruendam effundatæ. S. Bartholomȩi initia ad annum 1334. refert Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 9. & ſeqq.

VII. Abbatia titulo S. Felicis in Platea, vulgò in *Piazza*, Ordin. ſive Congreg. Camaldulenſis; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. De Abbate S. Felicis mentionem facit ad an. 1473. Ughellus tomo 2. pag. 113. Sæpe de

ea Ambroſius Camaldulenſium Generalis ad annum 1431. in ſuo Hodœporico. Tempore Julii II. Summi Pontificis anno circiter 1510. Ejus Abbas perpetuus erat quidam Baſilius; ut teſtatur Sylveſter Maruli in Oceano omnium religionum mundi lib. 2. pag. 112. unita fuit Monaſt. Monialium S. Petri mart. de Florentia, per Julium III. Papam anno 1554. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi; qui credit non diverſam eſſe ab Abbatia S. Sylveſtri in Platea ejuſd. Ord.

VIII. Abbatia titulo S. Mariæ Magdalenæ Ciſtelli, Ordin. Ciſtercienſis, fundata an. 1325. ad portam Pincianam, curâ & beneficio D. Franciſci de Sylveſtris à Cingulo Florentini Epiſcopi, ſicut poſt Baccetium aſſerit Ughellus tomo 2. pag. 190. Carolus de Viſch in ſuo indice vocat illam Sanctæ Mariæ de Ciſtello, & fundatam dicit anno 1327.

IX. Abbatia titulo S. Michaëlis Vicedominorum de Florentia, Congregationis Cœleſtinorum, Ordinis S. Benedicti. Anno 1323. Reſpublica Florentina, ad preces & inſtantiam Caroli Calabriæ Ducis primogeniti filii Roberti Regis, conceſſit fratri Nicolao, ex Ordine Murronenſi, hoc eſt Cœleſtinorum, Eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ in hac Civitate, cum ſuis adjacentiis pro conſtruendo ibidem ſui Ordinis Monaſterio, prout poſtea conſtructum eſt, ſub tit. S. Petri de Murrone, in via S. Galli. Verùm cùm an. 1552. Coſmus Medices primus Magnus Dux Etruriæ obtinuit facultatem extruendi arcem, in loco, ubi tunc degebant Moniales Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, conventum eſt, ut Monachi Cœleſtini prædictum ſuum Monaſter. S. Petri Monialibus cederent, cujus loco Monachis attribueretur Eccleſia cum parœcia S. Michaëlis Vice-dominorum nuncupata, cum adjacentibus ædibus pro novo, ut factum eſt, conſtruendo Monaſt. ita D. Guicciardini in Abbatiarum hujus Congregationis catalogo MS.

X. Abbatia titulo S. Jacobi ſuper Arnum fluv. cum Animarum Cura Canonicorum Regular. S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ; ipſis ſub Clem. VII. Summ. Pont. conceſſa anno 1532. ut aſſerit Syllabus MS. Abbatiarum hujus Congreg.

XI. Abbatia titulo S. Mariæ ad Nives, Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, Monaſterium olim erat Sanctimonialium; fuit anno 1443. unita Abbatiæ S. Bartholomæi Feſulanæ, cujus nunc eſt hoſpitium. Ita ſcribebat anno 1624. Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. cap. 48. pag. 764.

XII. Abbatia Feſulana, ſic locus nuncupatur, quem magnificus Coſmus Medices nobilis Florentinus Canonicis Regularibus S. Auguſtini conceſſit, ut refert Franciſcus Gonzaga part. 2. pag. 227.

XIII. Abbatia titulo S. Andreæ Monialium, quam Ludovicus Imp. Cathedrali Eccleſiæ S. Joannis Florentiæ dederat; in qua Rodingus Epiſcopus numeroſiorem inſtituit familiam, cum facultate Abbatiſſas ſuas eligendi, quarum prima fuit Radeburga ſoror ejus. Inſtitutionis inſtrumentum datum videtur anno 852.

hæc

hæc denique Abbatia mutata eſt in Parochiam. Vide Ughell. to. 2. pag. 33.

XIV. Abbatia Monialium Ord. Vallis Umbroſæ, à Beata Humilitate Faventina fundata eſt, ſub Lothario Florentino Præſule, qui ſedere cœpit anno 1302. ipſa verò ibidem defuncta eſt anno 1310. ut ſcribit Ughell. to. 2. pag. 174.

XV. Abbatia tit. S. Claræ, Monialium Minoritarum, quam Florentiæ prope portam Romanam à fundamentis erexit Octavianus Cardinalis Ubaldinus anno 1265. prima Abbatiſſa fuit quædam Clara ejuſdem Cardin. amita; ut refert Ughellus tomo 2. pag. 166.

XVI. Abbatia titulo S. Mariæ Querceti vici S. Galli, Monialium Ordin. Camaldulenſis, ad quam Abbatiſſæ ex Abbatia Buldronis mitti conſueverant, extincta, & Xenodochio Bonifacii copulata; ut afferunt publica Civitatis inſtrumenta, viſa & citata ab Auguſtino Florentino in Hiſtoria Camaldulenſi lib. 2. cap. 21.

XVII. Abbatia titulo SS. Trinitatis ad portam Faventiæ, Monialium Ordin. Camaldulenſis, ad quam Abbatiſſa mitti conſueverat è Buldronis Abbatia, effundata, ceſſit arcis ædificationi; ita ejuſdem Civitatis inſtrumenta, quæ vidit, & citat Auguſtinus Florentinus in Hiſtoria Camaldulenſi lib. 2. cap. 21.

XVIII. Abbatia, & Eremus tit. S. Margaritæ, Monialium Ordinis Camaldulenſis, è regione Portæ Cœnobii SS. Angelorum ejuſdem Ordin. quæ poſt mortem Paulæ Abbatiſſæ anno 1368. extincta eſt, & præfato Monachorum Cœnobio SS. Angelorum unita; ita Auguſtinus Florentinus in Hiſtoria Camaldulenſi parte 2. lib. 3. cap. 14.

XIX. Abbatia Monticelli dicta, unico à Civitate Florentia lapide, Monialium Minoritarum, cujus Abbatiſſa fuit Agnes S. Claræ Aſſiſienſis ſoror; ut refert Ughellus tomo 2. pag. 166.

XX. Extra Civitatis muros Abbatia de Paradiſo nuncupata, cui unita fuere plura beneficia; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. dicitur etiam titulo S. Salvatoris, & nunc poſſidetur à Monialibus Ordin. S. Birgittæ extra muros; ut afferitur in Codice Taxar. D. Paſſionæi.

XXI. Abbatia tit. S. Felicitatis, Monialium, cujus fundatrix & prima Abbatiſſa putatur Thethberga: quam reſtruxit, & ejus Eccleſiam conſecravit Nicolaus II. Papa ann. 1059. nunc una ex triginta ſex Parochiis, & una ex duodecim Collegiatis Eccleſiis Florentiæ, quas Carolus Magnus Imp. fundavit; Monaſterium verò, quod Eccleſiæ adjacet, & Moniales, ſub Abbatiſſæ diſciplina, & S. Benedicti inſtituto, perſeverant, & poſſident. Vide Ughellum tomo 2. pag. 91. & ſeqq.

XXII. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Petri Majoris in ſuburbio Florentino, cujus Eccleſia à civibus Florentinis exornatâ, ibi an. 1067. Sanctimoniales inſtituit Petrus Epiſcopus Florentinus, ſub inſtituto S. Benedicti, eaſque cum Giſla veneranda matrona dotavit. Dotationemque confirmavit Alexander II. Papa eodem anno. Vide Ughellum to. 2. pag. 98. & 99. dotationem ratam habet & auget anno 1073. Raynerius Florentinus

Epiſcopus, vultque de eadem Congregatione Monaſterii Abbatiſſam à ſororibus eligi. Vide ibid. pag. 103.

XXIII. Abbatia titulo S. Miniatis, vetuſtum olim Monaſt. in loco ſitum, qui antiquitus *Florentinus* vocabatur, poſtea verò mons S. Miniatis, non longè à Civitate Florentina, quod anno 1013. reparavit Ildebrandus Epiſcopus Florentinus, fratreſque ibidem ſub Regula, vel Abbate Deo ſervientes conſtituit; & anno 1024. plurimis poſſeſſionibus magnificentiſſimè dotavit; fundationis & dotationis inſtrumenta vide apud Ughellum tomo 2. pag.62. & 64. Dicitur in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. Abbatia S. Miniatis ad montem prope Florentiam, Ord. S. Benedicti, unita Congregationi Montis Oliveti. an. 1028. Lambertus ſucceſſor Ildebrandi dotem ratam habuit & amplioribus bonis adauxit. Ibidem pagin. 68. Idem fecit Atho Epiſcopus; ibid. pag. 77. Dotationes confirmavit Benedict. IX. Papa anno 1044. ibid. pag. 82. Monaſterium incolebant Cluniacenſes Monachi, quando S. Joannes Gualbertus, ut narratur in ejus vita, in hanc Eccleſiam intravit; in iſtam poſtmodum Abbatiam introducti ſunt Monachi Congregat. Montis Oliveti anno videlicet 1374. vide Hiſtor. Camaldulenſem pag. 78. & Ughellum tomo 1. pag. 545. & pag. * 374. Anno denique 1552. hoc Monaſterio, propter arcem conſtruendam, ſolo æquato, tranſierunt Olivetani ad Civitatis Parochialem Eccleſiam S. Michaëlis de Bertheldi, hinc ad Parochialem S. Apollinaris, bona verò Abbatiæ S. Miniatis attributa ſunt Abbatiæ S. Bartholomæi; ut teſtatur Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato pag. 14.

XXIV. Abbatia tit. S. Salvii, duorum milliarium intervallo à Civitate Florentia; ubi antiquitus Oratorium, in quo reliquiæ S. Salvii Ambianenſis Epiſcopi ſervabantur, quæ à S. Joanne Gualberto anno 1048. Ord. Vallis Umbroſæ conſtructa eſt. Eam ampliſſimis redditibus dotavit Rolandus civis Florentinus nobiliſſimus. Opibus aucta eſt à Bernardo de Ubertorum familia. Locus antea Paratinula vocabatur, infra plebem S. Reparatæ Civitatis Florentinæ, eratque primùm Ordin. S. Benedicti. Dotationes tum Rolandi, tum Bernardi de Ubertis habes apud Ughell. tomo 2. pag.86. & 87. Primus Abbas fuit S. Bernardus, qui poſtea Parmenſis Epiſcopus; de hac Abbatia loquitur ad annum 1431. Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico, aſſeritque illam prius fuiſſe ſui Ordinis, ſive Congregationis. Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ dicit huic Abbatiæ unitum Monaſter. S. Fidelis Diœceſis Aretinæ, necnon Monaſt. S. Pancratii Florentinum, atque Monaſter. S. Caſſiani Feſulanæ; tandem anno 1458. Monaſt. S. Michaëlis de Furcolis, Diœc. Piſtorienſis, & Congreg. S. Salvatoris. Ejus Abbati Marco uſum Mitræ, Annuli, Baculi, & aliorum Pontificalium conceſſit Bonifacius Papa Bullâ data Pontificatûs anno 9. Sal. 1397. ut refert Tamburinius de Jure Abbatum pagin. 322. col. 2.

XXV. Extra muros Abbatia tit. S. Benedicti, Ordin. Camaldulenſis; ita

ita in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. Conſtructum eſt Cœnobium in ſuburbio portæ à Pinti nuncupatæ an. 1395. primùm ſub tit. S. Matthæi, deinde ſub titulo S. Benedicti, ſed in ultimis bellis funditus everſum eſt, & ejus bona, & jura cum titulo translata ſunt ad Cœnobium S. Mariȩ Vertilii, apud montem S. Sabini, anno 1543. ut narratur in Hiſt. Camaldulenſi part. 2. lib. 3. cap. 16.

XXVI. Abbatia tit. S. Ambroſii de Petra Plana, in ſuburbio Civitatis poſita. Cui an. 1141. Gofredus Epiſcopus Florentinus dat Eccleſiam Sancti Michaëlis in Paſchitam, ſitam in eadem Civitate; erat Monialium Cœnobium, cujus Abbatiſſæ Cæciliæ donationem eodem anno 1141. factam confirmat Innocentius II. Papa. Vide Ughellum tom. 2. pag. 120. & pag. 134.

XXVII. Extra muros Abbatia tit. S. Michaëlis de Campora; extabat ante tempora Eugenii Papæ IV. de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Hujus Monaſt. S. Michaëlis fit mentio in quodam inſtrumento facto an. 1077. apud Ughellum tomo 7. pag. 1408. dicitur poſſideri à Congreg. Canonicorum Regularium S. Salvatoris; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

XXVIII. Prope Florentiam Abbatiale Monaſterium tit. S. Donati, quod anno 1420. datum eſt Canonicis Regularibus S. Auguſtini Congregat. S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ. Et quia dicebatur S. Donati de Polpiano dicto de Scopeto, iſti Patres à plebe dicti ſunt Scopetini; ut refert Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ to. 2. pag. 366. recenſetur in Syllabo MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

Florentia altera, quæ Florentina, ſive Ferentina, necnon Farentina Civitas, olim Epiſcopalis in Apulia Daunia, in Archipresbyteratum poſt deſolationem redacta ruralem, nunc vulgò *Fiorenzuola*, *Ferenzola*, & *Ferunzola*, in Capitanata, & in Lucerina Diœceſi. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ Annunciatæ, prope Civitatem Florentinam, ad quod anno 1159. pertinebat Hoſpitale Civitatis Beneventi, in loco vulgaritèr ad Generoſum dicto. Vide Ughellum to. 8. pag. 757. hinc clarum eſt agi de hac Florentina Civitate Apuliæ. Et in Bulla Eugen. IV. Papæ datâ an. 1443. fit mentio Abbatis B. Mariæ Florentinenſis, Ord. S. Benedicti, apud Gabrielem Pennottum Hiſt. Tripartitæ lib. 3. pag. 641.

II. Abbatia, ſive Monaſterium cum Eccleſia tit. S. Salvatoris in finibus Civitatis Florentinæ, qnod, ut declarat Robertus Comes Comitatuum de Lauretellis, poſſidebat anno 1115. Abbatia S. Sophiæ Beneventanæ Diœc. quodque cum plurimis aliis Eccleſiis ad ipſum pertinentibus anno 1118. Paſchalis II. Papa eidem Abbatiæ S. Sophiæ confirmaverat, & poſtmodum Calliſtus II. Papa anno Salutis 1120. Vide Ughellum tomo 8. pag. 685. 739. & 773.

Abbatia tit. S. Petri de Florentillo, aliàs de Firentillo, Ordin. S. Benedicti, in Umbria, ex qua anno circiter 840. Sigualdus Epiſcopus Spoletinus Monachos ejecit, redditibus Menſæ ſuæ Epiſcopali unitis, omnia in pri-

priſtinum ſtatum reſtituit Luytardus ejus ſucceſſor, fuit poſtmodum à Barbaris devaſtata, deinde per Otthonem III. Imperatorem reparata; non diverſa videtur ab ea, quæ S. Petri de Ferentillo in Territorio Spoleti, quam Dux Faroaldus initio octavi ſeculi fundaverat, aut reparaverat; ut refert Paulus Diaconus lib. 3. cap. 13. cujus primus Abbas fuit quidam Lazarus. Extat adhuc, ut conſtat ex Codice Taxarum Cam. Apoſt. ubi aſſeritur Diœc. Spoletanæ. Aliquando Monachis Cluniacenſibus ceſſiſſe notat Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 19. vocabatur olim Abbatia S. Petri *della Valle Suppegna*. Data fuit in Commendam ab ann. 1477.

Abbatia, ſive Monaſterium Florentiola dictum, Diœc. Placentiæ, ponitur ſub protectione Epiſcopi per Rachim Longobardorum Regem; ut ex ejus diplomate conſtat dato an. 746. apud Ughellum tomo 3. pag. 249.

Abbatia tit. S. Mariæ de Flumine, aliàs S. Mariæ de Flumine de Ceccano, Diœc. Ferentinæ in Latio. Ejus Eccleſiæ conſecrationem factam anno 1196. à Cardinale Jordano; libertatis donationem à Joanne Domino de Ceccano eodem anno, & Innocentii Papæ III. Bullam confirmationis bonorum datam Pontificatûs ann. 11. refert Ughellus tomo 1. pag. 772. & quia titulus Bullæ hic eſt: *Dilectis filiis Abbati, & Clericis S. Mariæ de Flumine de Ceccano*; colligitur fuiſſe ſub Regula S. Auguſtini. Ceccanum Fruſinone diſtat duobus paſſuum millib. versùs Orientem hyemalem. Campaniæ Romanæ Oppidum eſt & Dynaſtæ titulo Comitum ſunt gaviſi. Vide Chronicon Foſſæ Novæ, quod etiam vocatur Chronicon de Ceccano, ad calcem tomi primi Ughelli, ubi narratur tota conſecrationis hiſtoria, moderante tunc Abbate Landulpho.

Abbatia tit. S. Mariæ de Flumine, aliàs de Flumana, vulgò *Fiumana*, ſive de Flumato, ſub Regula S. Benedicti, Ordinis Vallis Umbroſæ, Diœc. Forolivienſis; ita Cod. Taxar. Cam. Apoſt. quam anno 1192. Cœleſtinus III. Papa ſub S. Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit. Vide Bullam apud Ughellum tom. 3. pag. 618. fuit anno 1433. unita Abbatiæ S. Mercurialis Forolivienſis; Monachis propter varias bellorum calamitates recedere coactis, ſimul cum Eccleſia in Caſtrum converſa eſt. Joannes XXIII. qui ab anno 1410. ſedere cœpit, ejuſdem bona in nobile Feudum conceſſit familiari ſuo viro nobili Petro Romagnolo de Pontirolis Domicello Forolivienſi, per Bullam datam Pontificatûs ann. 2. quam refert Sigiſmundus Marcheſius in Hiſt. Forolivii pag. 347. *Fiumana* Oppidum ſitum ad ſiniſtram, & Occiduam *Fiumana* fluvii ripam, ſex paſs. millibus à Civitate Forolivii diſſita, versùs Meridiem, in Romandiola, dicitur etiam S. Antonii de Flumana.

Abbatia tit. S. Mariæ de Flumine, unita Congregationi Vallis Umbroſæ, Diœc. Florentinæ; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt.

Abbatia tit. SS. Andreæ in flumine, & Sylveſtri de Crapto, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Caſtellanenſis, id eſt Venetiarum, ſic equidem legitur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. Verbo *Caſtellanus Venetiar. Patriarcha*; ſed

ſed Pax Jordanus in Abbatiarum Catalogo illam collocat in Ortana Diec. unita Caſtellanenſi, hoc eſt Eccleſiæ Civitatis Caſtellanæ in Patrimonio S. Petri prope fines Umbriæ, ſic etiam Codex Taxar. D. Paſſionæi, qui addit, hoc Monaſt. unitum eſſe Monaſterio trium Fontium Urbis.

Abbatia tit. S. Mariæ de Flumine Niſi in Sicilia, Ord. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis, in Agro Oppidi Fluminis Dionyſii; dicta eſt aliquando Sanctiſſimæ Trinitatis, ſuffraganea Archimandritę S.Salvatoris de Meſſana; diſcedentibus Monachis, ſuffectus eſt anno 1474. Fr. Filaredus Fazella, Ordinis forſan S. Benedicti, eâ conditione, ut Regulam S. Baſilii profiteretur. Vide Rocchum Pirrum lib.4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 27. & pagin. 47. num. 21.

Fogia ſeu Foggia, ſive, ut veriùs, Fovea Caſtrum, ſive Terra Apuliæ, Diœc. Trojanæ *di Troia* in Capitanata, decem & novem paſs. millibus à Trojana Civitate diſtans, versùs Orientem. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Nicolai de Fovea, Ord. S. Benedicti; ut recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nicolai, in Territorio terræ Fogiæ, quod Federicus II. Imp. confirmat Abbatiæ S. Mariæ de Pulſano anno Sal. 1225. Inſtrumentum vide in Ughello tomo 7. pagin. 1131. forſan eadem cum præcedenti.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Cæciliæ, Monialium, extra Caſtrum Fogiæ, quod Federicus II. Imperator confirmat Abbatiæ S. Mariæ de Pulſano, diplomate dato anno 1225. apud Ughellum tomo 7. pagin. 1131.

IV. Abbatia tit. S. Claræ terræ Fogiæ, Ord. S. Claræ, de ea in Regiſtro Pauli III. Papæ fol. 115. ſedebat anno 1535. Ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia S. Mariæ de Follina. Vide infra litt. S. Sanæ Vallis.

Abbatia Fometi dicta, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Cortonenſis in Tuſcia; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. videtur eadem cum Abbatia Fermiti ejuſdem Diœceſis; de qua ſupra.

Abbatia S. Benedicti in Fondis, ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. Vide infra litt. S. de Stronconio.

Abbatia fontis Avellanæ. Vide ſupra litt. A. S. Crucis de Avellana.

Abbatia de Fonte Bono, in Umbria, de qua ad ann. circiter 1570. mentionem facit Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 435. videtur eſſe Diœc. Camerinæ, & Terra *Fonte* dicta, Camerino tribus circiter millibus paſsuum diſtans, versùs Occaſum.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ prope fontem Beccium, quod pro Monialibus Ordinis S. Benedicti in ſua Diœceſi fundavit Joannes Senenſis Epiſcopus anno 1043. quod poſtea Ciſtercienſibus fuit attributum: hodie propemodum exciſum eſt præter Eccleſiam. Vide Ughellum to. 2. pag. 625.

Abbatia titulo S. Mariæ de Fonte Laureato, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Tropejenſis in Calabria Ulteriori; in Codice Taxar. Cam. Apoſt. dicitur

Ordin. Florenſis; hoc eſt Congreg. cujus caput erat Florenſis Abbatia propter vicinam, ſed exciſam, alteram Abbatiam, titulum etiam adepta eſt S. Dominicæ; de ea reperitur mentio ad annum 1216. ſita eſt non longè ab Oppido, cui nomen Frigidum, *Fiume freddo*. Ut refert Ughellus tom. 1. pag. 552. Ejus Eccleſia conſecrata fuit anno 1298. præſentibus plurimis Epiſcopis; ut teſtatur Chronic. Foſſæ Novæ: fundata eſt anno 1201. per Simonem de Mamiſtra, & Gattegrimam ejus uxorem, fuit quoque ab Epiſcopi juriſdictione exempta. Primus Abbas nomine Benedictus; in Commendam data eſt anno circiter 1497. De ejus fundatione vide fuſiſſima apud Ughellum to. 9. pag. 633. & ſeqq.

Abbatia, Fons S. Mariæ dicta, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Aquilejenſis, quam Carolus de Viſch in indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis fundatam aſſerit anno 1233. Gaſpar Jongelinus in Abbatiis Ciſtercienſibus Italiæ num. 10. fundationem aſſignat anno 1234. In Codice Taxar. Cameræ Apoſt. dicitur ſita prope Lanud-ſtroſen, ſeu Landt-troſten.

Abbatia titulo Fontis Vivi, vulgò *Fontana Viva*, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Parmenſis in Lombardia. In Codice Taxarum Cam. Apoſt. legitur Fontis Vivi, aliàs Novi, & perperam; aſſeritur à Leone X. unita Congreg. S. Juſtinæ. Carolus de Viſch in Abbatiarum ejuſdem Ordinis Catalogo fundatam aſſerit anno 1141. ſeptimo Kal Novembris. Diſtat Parmâ undecim mill. paſs. versùs Occidentem, & à Burgo S. Domnini quinque mill. paſs. versùs Orientem inter *Rigio Rio* Ortum, & *Parola Rio* ad Occaſum; dicitur etiam Claræ vallis, unita eſt Monaſt. S. Pauli de Urbe Congregat. Caſinenſis, per Leonem X. Papam, Pontific. anno 6. Sal. 1519. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Mariæ de Fontana Terræ Cardani, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Caſſanenſis in Calabria Citeriori, ſub Julio III. Papa, qui ſedebat anno 1550. de ea Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia S. Gregorii de Fontana Necla, Vide juxta fluvium Concha, Verbo Arimini num. VII.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Fontana, Ordin. ſive Congregat. Vallis Umbroſæ, Diœc. Piſtorienſis; ita in Codice Taxar. Cam. Apoſt. Eadem eſt, ut reor, cum Monaſterio Fontis Thaonis, de quo in indice Monaſteriorum ejuſd. Congreg. apud Bullam Alexandri III. Papæ datam an. 1176. non diverſa quoque ab Abbatia S. Salvatoris, ſita in Campo ubi dicitur *Fonte Bona*, cujus Abbatis fit mentio in inſtrumento facto ann. 1077. apud Ughellum to. 7. pag. 1416. In Etruriæ Dominio Florentino; unita fuit militiæ Sancti Stephani per Pium V. Papam Pontific. anno 1. Sal. 1566. ita Codex Tax. D. Paſſionæi.

Abbatia, ſive Monaſterium Fontanella, cujus Monachis nonnullas decimas, aliaque bona largitus eſt Guala Bergomenſis Epiſcopus, anno circiter 1177. unde colligitur ejus fuiſſe Diœceſis. Vide Ughell. tom. 4. pag. 668.

Abbatia titulo S. Mariæ de Fontibus, Ordinis olim S. Benedicti, in Liguria, in qua ſepultus fuit S. Benedictus

dictus Albingaunenſis Epiſcopus, qui deceſſit anno circiter 900.

Abbatia tit. S. Mariæ de Fontibus, Ord. S. Baſilii, Diœc. Caſſanenſis, pro qua fundanda plurima bona contulerunt Ogerius Comes Bugelli, nunc Altimontis, & Baſilia Comitiſſa ejus uxor anno 1155. Donationis inſtrumentum vide apud Ughellum tom. 9. pag. 464. ſita erat prope Caſale Lungrum, vulgò *Longro* in Calabria citeriori, quod novem paſſuum millibus Caſſano diſtat, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia titulo S. Mariæ de Fontignano, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Nuſcanæ, quam condidit S. Amatus primus Nuſcanus Epiſcopus, qui deceſſit anno 1093. quam Pius II. Papa anno 1461. menſæ Epiſcopali Nuſcanæ perpetuâ unione conjunxit; ut refert Ughell. tomó 7. pag. 750. & 753. in Regni Neapolitani Principatu ulteriori.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Foreſta, in pertinentiis Pontis Curvi, quod Ridellus Dux Cajetanorum circa annum 1060. obtulit Caſinenſi Cœnobio. Vide Chronicon Caſinenſe lib. 3. cap. 41. *Ponte Corvo*. In Latio, ſive *Campania Felice* tribus circiter paſſuum millibus ab Aquino civitate diſtans, Occidentem hyemalem versùs, apud Lirim, vulgò *Garigliano* fluvium.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Pauli in Fureſta, quod circa ann. 1095. Cœnobio Caſinenſi dedit Raynaldus Comes Pontis Curvi; ita Chronicon Caſinenſe lib. 4. cap. 12. à Caſinenſibus adhuc poſſideri aſſerit Angelus de Nuce in notis ad hoc Chronicon; veroſimile eſt idem eſſe cum præcedenti SS. Petro, & Paulo dicato.

Abbatia *di Forgiano*, Diœceſis Inſulanenſis *Iſola*, in Calabria ulteriori; ut obſervat Ughell. to. 9. pag. 710.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Anaſtaſiæ in territorio Forlo, ſive Follo caſtri, quod cum omnibus pertinentiis ſuis Rogerius Dux an. 1090. dedit Caſinenſi Cœnobio; ut habetur in Chronico Caſinen. lib. 3. cap. 58. & lib. 4. cap. 10. dicitur S. Anaſtaſiæ in Calabria.

Abbatia tit. S. Mariæ de Forneto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Cataninenſis in Sicilia; ut teſtatur Codex Taxarum Cam. Apoſt. de qua tamen ſilet Rocchus Pirrus in notitia Catanienſis Eccleſiæ.

Abbatia titulo S. Mariæ Gratiarum de Fornovio, Canonicorum Regularium Ordin. S. Auguſtini, Congreg. S. Salvatoris de Bononia dictæ, Diœc. Bertinorienſis *Bertinoro*, ſive Fori Popilii. Locus hic B. Mariæ Virg. apparitione, & miraculorum frequentiâ circa annum 1450. evaſerat celebris, ubi ex eleemoſynis magnificentiſſimam Eccleſiam Petrus Bianco de Durazzo extruxit, ibique jacet. Vide Sigiſmundum Marcheſi in Hiſtoria Forlivii pag. 454. prælaudatis Canonicis data eſt ſub Sixto IV. Papâ anno 1479. ut teſtatur index MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis, ſita eſt in Romandiola, quatuor paſſuum millibus à Bertinorio, versùs Aquilonem, ſuper *Aviſe* fluvium. In mappa Antonii Magini legitur *S. M. di Forno*.

Forum Livii, quæ etiam Livia civitas Epiſcopalis, vulgò *Forli* Statûs Eccleſiaſtici in Romandiola, ad dex-

-teram, & Orientalem Montoni *Montone* fluvii ripam; fluvio etiam *Viri*, qui olim vitens, irrigatur. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Mercurialis ejuſdem civitatis Epiſcopi, & tutelaris, Ordinis, ſive Congregationis Vallis Umbroſæ; fuit olim extra civitatem, nunc intra muros, ſub titulo quondam S. Stephani, ac etiam Sanctæ Gratæ. Dominicus Ravennas Archiepiſcopus anno 893. aliqua bona concedit Leoni Abbati S. Mercurialis. Illam anno 1158. poſſederunt Cluniacenſes Monachi, poſtea Presbyteri ſeculares, denique ab an. 1487. Vallumbroſani; de ea Codex Taxar. Cameræ Apoſt. Illi multa bona dedit anno 1170. Alexander Forolivienſis Epiſcopus, & Succeſſor ejus Joannes. In hac Eccleſia Provinciale habitum eſt Concilium anno 1270. Data tandem fuit in Commendam. Vide Ughellum tomo 3. pag. 617. & 620. de ea loquitur Sigiſmundus Marcheſi in Hiſt. Forolivienſi pag. 119. Bonifacius IX. anno Pontific. 12. Sal. 1400. dat Abbati S. Mercurialis Foroliviæ uſum Mitræ, Annuli, & Baculi, juſque ſolemnem benedictionem dandi; ut refert Tamburinius de Jure Abbatum pag. 335. col. 2.

II. Abbatia ſub titulo S. Mariæ Majoris, ſive S. Antonii, nunc etiam dicta *de Fiumana*, forſan quia prope decurrit Fiumana rivulus, aut quia ex Abbatia S. Mariæ de Fiumana huc ad incolendum venere Monachi; de Alberto hujus Monaſterii Abbate mentionem facit ad annum 1253. Sigiſmundus Marcheſi in Hiſtoria Forolivienſi pagin. 189. evaſit poſtmodum Parochialis Eccleſia.

III. Abbatia olim ſub tit. SS. Jacobi, & Philippi, Monialium vulgò *le Sanctuccie* nuncupatarum, quarum fundatrix fuerat B. Sanctuccia de Eugubio, quæ vivebat anno 1260. ſub Regula S. Benedicti. Sigiſmundus Marcheſi in Hiſtoria Forolivienſi pagina 239. ad annum 1293. recenſet nomina Abbatiſſæ *Poverta* dictæ, & aliarum undecim Monialium, nunc non extat; fuit anno 1453. Cathedralis Eccleſiæ Capitulo unita.

IV. Abbatia titulo S. Salvatoris, Monialium Ordinis, ſive Congreg. Camaldulenſis; extabat longè ante annum 1385. quo, mortuâ Joannâ Abbatiſſâ, in ejus locum inſtituitur Abbatiſſa Maria de Aſpinis. Electionis inſtrumentum refert Sigiſmundus Marcheſi in Hiſt. Forolivien. pag. 317. ubi aſſerit hanc Abbatiam fuiſſe in eo civitatis loco, ubi nunc eſt Conventus Monachorum ejuſdem Ordin. fuit ſuppreſſa juſſu Nicolai V. Sum. Pont. anno 1453.

V. Abbatia in loco civitatis dicto Hoſpitale S. Mariæ de Ripa, Monialium tertii Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatarum, quæ huc à duobus aliis locis convenientes, ſub regimine Abbatiſſæ conſtitutæ ſunt anno 1474. ut aſſerit Sigiſmundus Marcheſi in Hiſtoria Forolivienſi pagin. 503. nunc vocatur *dalla Torre*.

VI. Abbatia tit. S. Joannis Evangeliſtæ, Diœc. Forolivienſis, unita eſt Abbatiæ S. Mercurialis Forolivienſi, ut aſſerit Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. De ea mentionem facit ad annum 1356. Sigiſmundus Marcheſi in Hiſtoria Forolivienſi pag. 286.

Apud

Apud Forum Popilii, ſive Pompilii, vulgò *Forlimpopoli*. Abbatia tit. S. Ruphilli primi civitatis Epiſcopi, & tutelaris, Ord. S. Benedicti, hodie ab authoritate Epiſcopi ſubducta, & Vaticanæ Baſilicæ S. Petri urbis Romæ attributa; fuerat loco, ubi prius Fanum Herculis, quæ cum exciſa Urbe obruta eſt, & poſtmodum reparata. In ejus favorem extat Bulla Benedicti VII. Papæ data anno 980. & Otthonis III. Imperat. diploma datum anno 995. apud Ughellum tomo 3. pag. 643. & 644. Præcipuus benefactor fuit Sergius Foropopilii Epiſcopus, ibid. pag. 645. & in ejus favorem Bulla Alex. III. Papæ data ann. 1162. in qua recenſentur Abbatię privilegia. Sita eſt in Statûs Eccleſiaſtici Romandiola, non longè à dextera, & Orientali fluminis Ronconis ripa, vulgò *Ronco*.

Abbatia tit. S. Mariæ de Forratis, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Lycienſis, ſive Lupienſis, aliàs Aletii, vulgò *Leccie*, Ord. S. Baſilii; ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo; in Regni Neapolitani Provincia, Terra Hydruntina *d'Otranto* dicta.

Forum Sempronii, vulgò *Foſſombrone* Epiſcopalis civitas, ad ſiniſtram Metauri fluvii ripam *Metro*. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Maurentii, quod anno 1224. Honorius III. Summ. Pontif. Monaldo Foroſempronienſi Epiſcopo confirmat, & ſub protectione S. Sedis Apoſtolicæ ſuſcipit. Videtur eſſe ea Sancti Maurentii Eccleſia, quæ in vicis erat, quam Epiſcopi Foroſempronienſes, quo uſque dum nova pararetur civitas, veteri Cathedrali Eccleſiâ demolitâ, in Cathedralem erexerunt, eidemque S. Benedicti monaſterium cum cenſu, qui Epiſcopali menſæ ſufficeret, adjunxerunt anno 1392. vide Ughellum tomo 3. pag. 910. & 913.

II. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Fauſtinæ, quod Honorius III. Papa, tanquam ad Epiſcopum Foroſempronienſem pertinens cum omnibus pertinentiis ſuis, ſub Romanæ Sedis protectione collocat, litteris datis anno 1224. Vide Ughell. to. 3. pag. 913.

III. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Terentii, quod Monaldo Foroſempronienſi Epiſcopo, cum omnibus pertinentiis ſuis, confirmavit, & ſub Romanæ Sedis protectione excepit Honorius III. Pontif. Max. Bullà datâ ann. 1224. ut refert Ughell. to. 3. pag. 913.

Abbatia titulo S. Mariæ de Foſſa, Ordin. S. Benedicti, Diœc. S. Marci in Calabria citeriori; ut habetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt.

Abbatia tit. S. Mariæ Foſſæ Novæ, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Terracinenſis, fundata anno 1135. ut aſſerit Carolus de Viſch in Abbatiarum ejuſdem Ordinis Indice; ſita eſt in eodem loco, ubi Forum Appii erat. Evaſit propter obitum S. Thomæ Aquinatis, Ordin. S. Dominici, & Eccleſiæ Doctoris anno 1274. famoſiſſima; unita illi fuit vicina S. Salvatoris Abbatia; Foſſæ Novæ amplum elogium habes apud Ughellum tomo 1. pag. * 197. quod inutile eſſet hîc tranſcribere, ſicut & diploma in ejus favorem ibidem pag. * 202. ſita erat prope Pipernum. Hujus Cœnobii Monachus fuit Gre-

gorius IV. Pont. Max. qui ſedit anno 827. quo tempore Cœnobium erat Ord. S. Benedicti, poſtea Ciſtercienſibus potiùs datum, quàm fundatum; fundator, aut dotis auctor D. Magiſter Petrus Capuanus Cardinalis titulo S. Marcelli, ut conſtat ex ejuſdem Abbatiæ Martyrologio MS. quod aſſervatur in Bibliotheca Card. Otthoboni. Eccleſiam in ampliorem formam reſtruxit Federicus II. Imperat. utriuſque Rex Siciliæ; ſpectabat ad Diœceſim Pivernenſem, antequam ejus jura ad Tarracinenſem fuiſſent translata; in Latio eſt, ſive *Campagna di Roma*. Chronicon Foſſæ Novæ edidit Ughellus; inter Pipernum, & Terracinam ab hac quatuor circiter mill. paſs. diſtans, versùs Aquilonem ſuper *Amazone* fluviolum.

Abbatia titulo S. Mariæ de Foſſa Nova Palatii Adriani, Diœc. Agrigentinæ in Sicilia, ut teſtatur Rocchus Pirrus in hujus Eccleſiæ notitia. *Palazzo d'Adriano* oppidum Græcorum, triginta, & ſeptem paſſuum mill. Agrigento *Girgenti* diſſitum, Occidentem æſtivum versùs, ſuper *Calatabellota* fluvium; & quatuor millibus paſs. à Prizis oppido.

Abbatia de Foſſis; vide infra litt. I. S. Mariæ de Joſaphat, aliàs Vallis Joſaphat; eadem eſt, ac Abbatia *di Foſſi*.

Foſſani Abbatia tit. S. Catharinæ Monialium, in qua obiit Venerabilis Angelica Veronica Bava, Ordinis S. Claræ, anno 1637. vitæ ſanctimoniâ inſignis; ut obſervat Ughell. to. 4. pagin. 1518. *Foſſano* priùs oppidum Diœc. Taurinenſis, anno 1592. à Clemente VIII. in Epiſcopalem ſedem erectum. In Pedemontio, ad Sturam *Stura* fluvium.

Abbatia tit. S. Georgii de Foſſano, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Clugienſis; ut refertur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. ideſt Diœc. Foſſæ Clodiæ, vulgò *Chioggia* in æſtuariis, ſub Venetorum ditione; forſan oppidum *Foſſone* ſeptem paſſuum mill. *Chioggia* diſſitum, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Bartholomæi de Foſſato, Ord. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœc. Januenſis; ut refert Codex Taxarum Cameræ Apoſt. ipſa haud dubiè eſt, quæ in Catalogo Monaſteriorum hujus Congreg. in Bulla Alexandri III. data an. 1176. vocatur monaſterium Januenſe. Hujus loci Abbati ſcribit Nicolaus V. Papa anno 1451. Vide Gabrielem Pennottum Hiſt. Tripartitæ lib. 3. pag. 664. columnâ 2.

Abbatia S. Nicolai de Fovea. Vide ſupra Verbo Fogia num. 1.

Prope Fractam, aliàs Frattam, Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Marini, alia lectio, S. Martini, ſitum in pertinentia oppidi Fractæ, aliàs Frattæ, quod Marinus Trajetenſis Comes obtulit Caſinenſi Cœnobio cum univerſis omnino ſubſtantiis, ac pertinentiis ejus; ut refert Chronicon Caſinen. lib. 2. cap. 98. circa an. 1056. in loco ubi nunc eſt terra caſtri Fortis. In notis ad hoc Chronic. Angelus de Nuce addit hæc verba *non longè à Minturno*. Ad Abbatiam Fractæ inſtituta eſt Camaldulenſium Eremus, ut aſſeritur in Hiſtoria Camaldulenſi lib. 3. cap. 18. *Le Fratte* terra, ſive vicus Latii, aut Campaniæ Felicis, quæ nunc Terra Laboris, inter Aquinum,

num, & Trajectum, decem paſſuum millib. Aquino, versùs Meridiem, & ſex mill. paſſuum Trajecto, versùs Aquilonem.

Abbatia titulo S. Salvatoris prope Frattam, cujus anno circiter 1050. Abbas erat S. Petrus Damiani, qui poſtea Cardin. ut in ejus vita refert Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 1. pag. 277. Sed an ſit eadem Fratta, quæ ſuprà incompertum.

Abbatia tit. S. Philippi *di Fragala*, aliàs Fargala, prope oppidum Mirtum *Mirto*, unde olim de Myrtiro nuncupata in Indice Sylveſtri, Maruli vocatur *S. Filippo di Fracala*, Ordinis S. Baſilii, in Sicilia, Diœc. Meſſanenſis, quam conſtruxit, & dotavit Comes Rogerius, divitiis auxerunt Comes Simon, filiique Rogerii Regis; & ad inſtantiam Reginę Domnę Margaritæ; fuit Abbatię Maniaci an. 1188. à Clemente III. Summ. Pontif. unita, quam tandem Innocentius VIII. Papa anno Sal. 1491. majori civitatis Panormitanæ Xenodochio S. Spiritûs univit; ut refert Ludovicus Lellus, in Summario privilegiorum Abbatiæ Montis-Regalis pag. 2. Primus Abbas ann. 1090. fuit Fr. Gregorius ejuſdem Ordinis; ſita eſt in regione, ſive valle *di Demona*, quingentis paſſibus à pago *Frazanone*. Commendatarios Abbates habuit uſque ad ann. 1417. De ea fusè tractat Rocchus Pirrus li. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 12. *Mirto* quindecim paſſuum millib. à Pactenſi civitate *Patti* diſtat, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Nicolai de Fragallo, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Panormitanæ in Sicilia; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. de ea ſilet Carolus de Viſch in ſuo Abbatiarum ejuſd. Ordinis Indice; forſan prope Portum Gallo dictum, aut ejuſdem nominis Promontorium, Panormo ad Occidentem, in regione, ſive valle *di Mazara*.

Abbatia tit. S. Nicolai de Fragiano, aliàs de Flagiario, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Neocaſtrenſis in Calabria ulteriori, dari ſolita in Commendam; ut obſervat Ughellus tomo 9. pag. 556. cujus Monachus erat Adam de Cimiliario factus anno 1349. S. Leonis in Calabria ulteriori Epiſcopus. Ibidem pag. 721.

Abbatia tit. S. Salvatoris *della Placa di Francavilla* in Sicilia, Ord. S. Baſilii; de qua ad annum 1613. mentionem facit Sylv. Maruli, in Oceano omnium religionum mundi libro 1. pag. 67. Francavilla tredecim millib. paſſuum Catanâ diſtat, versùs Aquilonem, in valle, ſive regione *di Demona*, *de Placa* Græcè, ideſt de Tabula, ſeu de re Plana, prope oppidum *Francavilla*, Diœc. Meſſanenſis; fuit anno circiter 1091. à Rogerio Siciliæ Comite condita, multiſque circùm agris dotata. Primus S. Chremes Abbas, à quo Baſiliani Abbates, & ab anno 1457. Commendatarii. Ibi colitur corpus prælaudati S. Chremetis; de ea Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 20. dependebat ab Abbatia S. Salvatoris Meſſanenſis, cujus Abbati Onuphrio facultatem inſtituendi Abbatem, atque etiam deſtituendi dat Alexander III. Papa, Bullâ datâ anno 1175. vide Bullarium tomo 1. pag. 64.

Abbatia S. Angeli de Frangeſto, Monia-

Monialium; cujus Abbatiſſa ſubdita declaratur Monopolitano Epiſcopo, per Bullam Alexandri III. Papæ anno 1180. quam habes apud Ughellum tomo 1. pag. 1046. & in Appendice pag. 431. hinc liquet fuiſſe in Provincia terræ Barienſis *di Bari* dicta, & in Monopolitana Diœceſi.

Abbatia tit. S. Sepulchri de Frangeſto, Monialium, de qua fit mentio in Bulla Alexandri III. Papæ data anno 1180. ubi recenſetur tanquam ſubdita Monopolitano Epiſcopo. Vide Ughellum tomo 1. pagin. 1046. & in Appendice pag. 431. hinc conſtat diverſam fuiſſe à præcedenti, licèt in eodem loco.

Abbatia tit. S. Mariæ, & omnium Sanctorum de Fraſſinaria, ſive in loco Fraſſinorum; ea eſt, quæ in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. vocatur S. Mariç, & S. Claudii de Fraxinorio, ſeu de Facinora, ſive de Fratinoro, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Mutinenſis; huic Abbatiæ ann. 1071. plurima bona conceſſit Beatrix Comitiſſa; ut habetur in Bullario Caſinenſi tomo 1. pag. 101. Ejus Abbas erat anno 1454. quidam Leonellus; ut refert Lucas Wadinghus in Annalibus Seraphicis ad hunc annum nu. 86. An. 1532. ejus Abbas Commendatarius erat Joannes Matthęus Sertorius patriâ Mutinenſis, & Volaterranus Epiſcopus. Vide Ughellum tom. 1. pag. 378. quatuordecim millibus paſs. Mutinâ diſtat, Orientem æſtivum versùs; in Anton. Magini mappa corruptè ſcribitur *Taſinara*. Unita eſt Collegio Maronitarum urbis Romæ per Sixtum V. Papam anno 1585. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Fratelli in Sicilia; de cujus Abbate mentionem facit ad annum 1489. Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pagin. 69. quam opinatur eſſe S. Pancratii, juxta oppidum ejuſdem nominis Sancti Fratelli.

Abbatiæ duæ prope Frattam. Vide ſuprà prope Fractam.

Abbatia S. Mariæ de Fredario. Vide ſupra litt. C. de Credario.

Abbatia tit. S. Fridiani, Ord. ſeu Congreg. Camaldulen. Diœc. Piſanæ; ita in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia tit. S. Angeli de Frigido, aliàs de Frigillo, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Savonenſis, in Liguria, fundata eſt anno 1246. ut aſſeritur à Carolo de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis, dicitur aliquando de Fragillo; unita fuit Abbatiæ S. Salvatoris de Sexto prope Genuam, mihi hactenus incompertæ.

Abbatia tit. S. Angeli de Frigido Miſorate, Ord. S. Benedicti, Diœc. S. Severinæ. Sic legitur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. *Miſuraca* oppidum in Calabria ulteriori, novem mill. paſs. à S. Severina, Occidentem hyemalem versùs. Codex Taxarum D. Paſſionæi legit, de Frigidi Miſorate, aliàs Meſoraca.

Abbatia tit. S. Angeli de Frigillo, Ordinis, ſive Congregationis Florenſis, nunc Ciſtercienſis, Diœc. S. Severinæ, de qua, ut diverſa à præcedenti, Codex Taxarum Cam. Apoſt. fundata anno 1221. in Calabria ulteriori, de ea Ughellus to. 9. pag. 682. Carolus de Viſch; in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis eas confundit, fun-

fundationem aſſignat ad ann. 1246. & in Diœc. Savonenſi perperam collocat; hoc monaſt. dicitur unitum monaſt. B. Mariæ de Mattina, aliàs Sambucia, Diœceſis S. Marci; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi; in veteri Codice Taxæ Cameralis dicitur Sancti Angeli de Fragile Ordinis Ciſtercienſis.

Abbatia tit. S. Mariæ in Friſia prope Lancianum civitatem in Samnitibus, olim ad Abbatiam S. Mariæ in Inſula de Tremito ſitam pertinens; Canonicorum eſt Regularium S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis; ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 13. pag. 595. vocatur in Caſtro Friſiæ; fundata Abbatia eſt à Comite Traſimundo anno 1040. in Aprutio, Ord. tunc S. Benedicti, ſed anno 1499. Lateranenſes ipſi proprium Abbatem impoſterum ſtatuerunt, & primus Abbas datus D. Joannes Baptiſta de Cotignola. Caſtro Friſiæ deſtructo, in civitatem introducti Eccleſiam conſtruxerunt ſub tit. S. Mariæ Novæ. *Friſa* terra, ſive vicus Aprutii citerioris, Lanciano tribus circiter paſſuum millibus diſtans, versùs Aquilonem; de ea Ughellus to. 6. pag. 979. Idem Pennottus lib. 2. cap. 20. aſſerit vetuſtiſſimum eſſe Abbatiale Cœnobium tit. Sanctæ Mariæ Novæ, olim de Friſa dictum.

Abbatia tit. S. Benedicti Fructuariæ, in agro Taurinate, Ord. S. Benedicti, quæ, quia filia fuit, ſive colonia Abbatiæ S. Benigni Divionenſis, ponitur aliquando ſub titulo S. Benigni, in Diœceſi Eporedienſi, ſive Hipporegienſi *Ivrea*. Abbatiam primitus fuiſſe Sanctimonialium, aut vicinas habuiſſe Sanctimoniales, colligitur ex eo, quod in illa Monaſticam vitam duxit Agnes Imperatrix uxor Henrici II. & mater Henrici III. Imp. ann. 1077. In Synodo Romana, habitâ an. 1015. ſub Benedicto III. Papa, datum eſt decretum in favorem Eccleſiæ Fructuarienſis, cui plures ſubſcripſere Epiſcopi. Fundationem vide apud Ughellum tomo 4. pagin. 1492. ſub data 1017. Primus Abbas fuit Willelmus ſimulque fundator, juvantibus Arduino Rege, & Berthâ uxore; eſt immediatè à S. Sede Apoſtolica dependens; ſita eſt inter flumina *Orci*. & *Amuloni*. In ea Mauritius Cardin. à Sabaudia Abbas Commendatarius Collegiatam Canonicorum Secularium inſtituit, circa annum 1610. Vide apud Ciaconium to. 4. pag. 414. Plura de ea, & de ejus monimentis ſcripſit Scipio Caſtillionæus, in notis ad Regnum Italiæ adnotat. 479. & ſequentibus.

Abbatia tit. S. Petri de Fucecchio, aliàs Fuſecchio, Ordin. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, cujus Abbas factus eſt celeberrimus Petrus cognomento Igneus poſtea Cardin. de quo in vita S. Joannis Gualberti ad annum 1073. Oldoinus apud Ciaconium pag. 864. Veriùs *Fucecchio* vicus, ſive terra ad Lacum ejuſdem nominis ſita, & non longè ab Arno fluvio; viginti trib. paſs. mill. Florentiâ diſtans, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Fulgerino, ſive Filarino, aut Solarino, in Sicilia, Ord. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis, juxta oppidum Linguægroſſæ in agro Calatabiani, & in regione

gione

gione, ſive valle *di Demona*, cujus Abbates aliquos Monachos refert Rocchus Pirrus. Jam à longo tempore, deficientibus Monachis, Abbas reſtat Commendatarius, Abbatiam conferente Romano Pontif. ita lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ trigeſimâ.

Fulginium, vulgò *Fulgino*, aut *Fuligno* urbs Epiſcopalis, in Umbria, ad Tiniam *Topino* fluvium intermeantem. Ibi.

I. Abbatia tit. SS. Benedicti, & Feliciani, Ordin. S. Benedicti, cujus anno 1668. Abbas erat D. Bernardus à Varco totius tunc Caſinenſis Congregationis Viſitator, ut ipſemet ſubſcribit approbationi ſecundi Tomi Bullarii Caſinenſis; forſan eadem cum Abbatia S. Benedicti extra muros Fulginii, Ordinis ejuſdem Sancti, & Congreg. Caſinen. quæ aliàs S. Mariæ Carmeli; cujus anno 1660. Abbas erat D. Zacharias Peruſinus, ut refert Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 27.

II. Abbatia tit. S. Agnetis, Monialium tertii Ordinis S. Franciſci; à B. Margarita Fulginenſi prima Abbatiſſa anno 1399. fundata, & ab ejus diminutivo nomine de Margaritura, aut Margaritula dicta, & Moniales à vulgò *Margaritole* nuncupatæ; ut obſervat Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 632.

III. Abbatia tit. S. Luciæ, Monialium Ord. S. Claræ, cujus fundatricem, & primam Abbatiſſam anno 1425. Beatam Alexandrinam aſſerit, & anno 1449. Beatam Cæciliam Coppoli ibidem Abbatiſſam inſtitutam, Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 1. pag. 14. & pag. 370.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Petri, cujus poſſeſſionem Benedicto Epiſcopo Fulginenſi confirmat Innoc. II. Papa Bullâ datâ ann. 1138. Vide Ughellum tomo 1. pagin. 745. unde colligitur ſaltem fuiſſe Diœceſis Fulginenſis.

V. Abbatia prope Fulginium à B. Vincentio hujus civitatis Epiſcopo condita, ante annum 550. ad vocatis è monte Caſino Monachis Ord. S. Benedicti; ut teſtatur Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ pag. 551. & 559. poteſt eſſe eadem, quæ ſuprà num. 1.

VI. Abbatia olim tit. S. Salvatoris, Ordinis S. Benedicti anno circiter 970. conſtructa, evaſit celebris, quam, recedentibus Monachis, Innocentius II. Papa per Bullam datam ann. 1138. Fulginatenſi Epiſcopo conceſſit. Poſita erat in regione civitatis, quæ etiam nunc vulgò *l'Abbadia* vocitatur; ubi Eccleſia eſt Sancti Salvatoris Collegiata, & Parochialis, cui inſerviunt Prior, & quinque Canonici, prope portam Abbatiæ dictam. Vide Ughell. to. 1. pag. 745. & Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 297.

VII. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Sylveſtri, ſub Regula S. Benedicti, à SS. Eutychio, & Florentio conditum prope muros civitatis. Locus fuit primum Sanctiſſimæ Triadi dicatus, deinde S. Sylveſtro, nunc vulgò Xenodochium S. Spiritûs vocatur, Fulginium prælaudati Sancti venerunt ann. 540. Vide Ughellum to. 1. pag. 736. Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 1. pag. 114. vocat illud *S. Sylveſtro Curaſero*, poſt in civitatem translatum eſt S. Spiritûs dictum.

ctum; pagin. 559. dicit fundatum à S. Vincentio Fulginii Epiſcopo, & ab ipſo anno 548. introductos Caſinenſes monachos.

VIII. Prope civitatem Abbatia tit. S. Mariæ in Campis, Ord. S. Benedicti, primitus membrum Abbatiæ Corporis Chriſti prope Gualdum de Nuceria poſitæ. Primus Prior Jacobus de Ridolpho Florentinus anno 1373. Primus Abbas creatus eſt anno 1393. Franciſcus de Thebalduccio, gentis de Atti nobilis Tadinius, factuſque Generalis Congregationis Corporis Chriſti, quæ anno 1582. fuit unita Congreg. Montis Oliveti, ſicut, & hæc quoque Abbatia, cujus Chronicon publici Juris fecit Ludov. Jacobilli; ut aſſerit, de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 317. de ea loquitur Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato pag. 191.

IX. Abbatia tit. S. Crucis, Ord. S. Benedicti, in Fulginii territorio, quæ ſubdita erat Abbatiæ Saxi Vivi, eratque de ejus Congregatione, ut refert Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 308.

X. In Civitate Abbatia tit. S. Mariæ de Bethlehem, Monial. Ord. Ciſtercien. ſub Regula S. Benedicti, quam ann. 1379. ædificaverunt Morbida *di Januario* de Montecchio, & Lucia *di Petruccio* de Colle Mancio, cujus præfata D. Morbida prima Abbatiſſa fuit; unde ab ipſa per multum tempus monaſterium fuit de Morbida nominatum. Illarum inſtiutum an. 1400. confirmavit Bonif. IX. Sum. Pont. ut refert Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 322.

XI. Abbatia, ſive Monaſterium in honorem S. Catharinæ montis Synai, in hac civitate Fulginii ſitum, quod olim Ordinis S. Damiani fuiſſe dicunt; illud monialibus Ord. S. Claræ dedit anno 1220. Ægidius Fulginenſis Epiſcopus. Vide Ughell. to. 1. pag. 752.

Fundi, vulgò *Fondi* civitas Latii Epiſcopalis in Campania, ſive Terra Laboris, ſuper lacum ſita. Ibi.

I. Abbatia prope Fundanam civitatem, cujus Abbas paulò poſt obitum Sancti Benedicti, qui accidit anno 543. ſcribit ad Simplicium Caſinenſem Abbatem; ut obſervat Angelus de Nuce in ſuis notis ad Chron. Caſinenſe num. 1387.

II. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Magni, quod conſtruxit S. Honoratus Abbas, qui obiit anno circiter 550. cujus meminit S. Gregorius Papa Dialogor. lib. 1. cap. 1. Extra civitatem anno 951. Joannes Marinus Dux Gajetæ dat Abbati, & huic Cœnobio S. Manni Confeſſoris plurima bona; donationem refert Ughell. tomo 9. pag. 903. Ord. S. Benedicti, à Caſinenſi Abbatia olim dependens, quam poſtmodum Caſinenſes, annuo Cenſu impoſito Monaſterio ſolvendo, monachis Olivetanis conceſſere; ut teſtatur Chronicon Caſinenſe lib. 2. cap. 12. & Angelus de Nuce in notis ad illud Chron. In Codice Taxar. Cameræ Apoſtolicæ ſic habetur Abbatia S. Magni (ex ſamanuenſis ignorantia S. Mauni) extra muros Fundanos, unita Congregationi Montis Oliveti, cum annexis, per litteras D. Alexandri; de ejus Abbate mentio fit ad an. 1172. Data fuit in Commendam. Et de Summi Pontificis licentia anno 1497.

in eam introducti ſunt monachi Montis Oliveti; multas ſub ſe habet Eccleſias. Ipſi unitum fuit monaſterium S. Mariæ de Campania, & ejus fructus, cum monaſt. B. Mariæ de Petra Marſicenſis Diœceſis, per litteras Domni Julii Papæ 6. Kal. Auguſti. Ipſi pariter unita eſt Abbatia S. Joannis de Viride *In verde*, ſive *de Roſello*. Triventinæ Diœceſis, per litteras Domini Leonis Papę X. datas 4. Kalend. Martii Pontificatûs ann. 7. Sal. 1519. Vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 134. in mappis Antonii Magini, vulgò *B. di S. Mauro*, diſtat duobus paſſuum millibus, & quingentis à Fundana civitate, versùs Aquilonem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti de Fundis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Narnienſis in Umbria. Ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. ſive in Fundis, quod à Gregorio IX. Sum. Pontif. qui ſedit ab anno 1227. ut Ciſtercienſi Ordini adjungeretur obtinuit Gregorius Narnienſis Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 1. pag. 1089. Bulla data eſt anno 1232. & unitum eſt monaſterio S. Matthæi Reatinæ Diœceſis, ejuſdem Ordinis Ciſtercienſis, erat Abbatia, & per Bullam eximitur à juriſdictione Epiſcopi; Vide infrà littera S. Sancti Benedicti de Stronconio.

Abbatia tit. S. Mariæ de Fundro in Sicilia, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Catanenſis, erat anno 1421. Grangia Abbatiæ S. Martini de Scalis, deinde proprios habuit Abbates, quorum primus anno 1483. Fr. Petrus Gienco, ſive de Græco; anno tandem 1622. hoc loco relicto, ad Placiam tranſmigrârunt, ubi in æde Sancti Rocchi ſub ſuo Abbate degunt monachi, unde vocatur de Fundro, ſive de Placia; ita Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pagin. 209. Unita fuit anno 1506. per Julium II. Papam Congregationi Caſinenſi, ſub vocabulo S. Mariæ Frondoni. In regione Notienſi valle *di Noto*.

Abbatia titulo S. Pauli de Furcis, Ordin. S. Benedicti, quam Congreg. Caſinenſi, aliàs S. Juſtinæ de Padua univit Paulus V. Summ. Pont. anno Sal. 1617. ut habetur in indice MS. Abbatiarum ejuſdem Congreg.

Abbatia S. Michaëlis Archangeli de Furcule; vide infrà litt. P. S. Michaëlis Piſtorii.

Abbatia S. Pauli in Fureſta. Vide ſuprà poſt Abbatiam S. Petri de Foreſta.

Abbatia titulo S. Mariæ de Furio, Diœc. Pactenſis *Patti*, in Sicilia; ut ſcribit Rocchus Pirrus in notitia hujus Eccleſiæ; forſan apud *Furiano* fluvium, in valle *di Demona*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Eraſmi, de civitate Furmiana, quod Ridellus Dux Cajetanorum obtulit Cœnobio Caſinenſi; vide ejuſdem Chronicon lib. 3. cap. 41. Formiæ, quæ & Hormiæ, quaſi portus, quia antiquitus mare Tyrrhenum inſinuabat ſe in urbem, ubi nunc eſt præcipua platæa, & vicus Caſſarus dictus, civitas olim Epiſcopalis, cujus Sedes per Gregorium IV. Papam Cajetam translata eſt; civitatis nunc nomen periit, ſed ibidem, teſte Cluverio, nunc *Mola* pagus elegans, in Latio Novo, vel, ut dicit Angelus de Nuce, in notis ad Chronicon Caſinen.

ubi

ubi nunc *Caſtellone* in Campania, ſive Terra Laboris, in ora littorali ad ſinum Caetanum: Monaſt. Ord. S. Benedicti extabat ante ann. 1060. tranſivit tandem ad Patres Olivetanos. Ipſa eſt Abbatia, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Sic S. Eraſmi de Caſtilio Novo, aliàs Caſtellano, Ordinis S. Benedicti, unita eſt Congregationi Montis Oliveti; ipſamet eſt, de qua ſuprà verbo S. Eraſmi de Caſtilio Novo, aliàs de Caſtellano.

Abbatia S. Luciæ de Fuſerio. Vide infrà litt. R. verbo de Ruſeno.

G

ABBATIA, ſive Monaſterium tit. SS. Gabini, & Luxorii, in Sardinia, cujus meminit S. Gregorius Papa; ut refert Salvator Vitalis Marenſis, parte 2. Annalium Sardiniæ, pag. 132. dicitque eſſe oppidum in Diœc. Uſſellenſi, vulgari linguâ dictum *Saidda de Santu Aynju*; obſerva Sanctum hunc Gabinum in Sardiniæ ſcriptoribus plerumque Gavinum appellari. Oppidum ſanè, quod nunc *S. Gavino*, ab Oriſtagno viginti ſeptem paſſuum mill. Orientem hyemalem versùs, ad plagam inſulæ Meridionalem.

Abbatia, in loco, qui vocatur Gabis, prope lacum Burranum, fortè *Varrano* in Apulia; ſub tit. SS. Nicolai, & Primitivi, cujus Abbas fuerat Innocentius II. Summ. Pont. qui ſedit anno 1130. ut aſſerit Baronius in Annalibus ad hunc annum, ex Archivio S. Praxedis; ut apud Ciaconium refert Aug. Oldoinus pag. 979.

Abbatia tit. S. Benedicti de Gabiano, in Aprutio ulteriori, non longè à littore maris, inter portum Aſculanum, & terram Juliæ Novæ, Excellentiſſimorum Atrienſium Ducum nobiliſſimam ſedem, à qua *Gabiano* diſtat quinque paſſuum millibus, versùs Aquilonem, & à mari altero vix milliario; hæc Abbatia nuperrimè Sedis Apoſtolicæ authoritate juncta fuit Abbatiæ S. Mariæ in Majulana, Congregationis Cœleſtinorum; ut aſſerit D. Guicciardini in ſuæ Congreg. Abbatiarum Syllabo.

Abbatia titulo S. Angeli de Gaiſa, versùs S. Angeli *della Gaiſſa*; vetuſtiſſima Abbatia, & ampliſſimi Dominii, Ordinis S. Benedicti [1], Diœceſis Urbinatis, ac in Urbini Ducatu, ſive territorio; in Codice Taxarum Cam. Apoſt. perperam vocatur de *Caipha*. Anno 1304. Joannes ejus Abbas factus eſt Foroſempronienſis Epiſcopus, de que ejus Abbate ad annum 1418. fit mentio apud Ughellum to. 3. pag. 868. & pagin. 917. Poſita eſt in confinibus Pagini, prope Metaurum *Metro* fluv. Anno 1480. à Paulo II. Summ. Pont. ad preces Federici Urbini Ducis, conceſſa fuit monachis Congreg. Montis Oliveti. De ea loquitur Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 194.

in eam introducti ſunt monachi Montis Oliveti; multas ſub ſe habet Eccleſias. Ipſi unitum fuit monaſterium S. Mariæ de Campania, & ejus fructus, cum monaſt. B. Mariæ de Petra Marſicenſis Diœceſis, per litteras Domni Julii Papæ 6. Kal. Auguſti. Ipſi pariter unita eſt Abbatia S. Joannis de Viride *in verde*, ſive *de Roſello*. Triventinæ Diœceſis, per litteras Domini Leonis Papę X. datas 4. Kalend. Martii Pontificatûs ann. 7. Sal. 1519. Vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 134. in mappis Antonii Magini, vulgò *B. di S. Mauro*, diſtat duobus paſſuum millibus, & quingentis à Fundana civitate, versùs Aquilonem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti de Fundis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Narnienſis in Umbria. Ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. ſive in Fundis, quod à Gregorio IX. Sum. Pontif. qui ſedit ab anno 1227. ut Ciſtercienſi Ordini adjungeretur obtinuit Gregorius Narnienſis Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 1. pag. 1089. Bulla data eſt anno 1232. & unitum eſt monaſterio S. Matthæi Reatinæ Diœceſis, ejuſdem Ordinis Ciſtercienſis, erat Abbatia, & per Bullam eximitur à juriſdictione Epiſcopi; Vide infrà littera S. Sancti Benedicti de Stronconio.

Abbatia tit. S. Mariæ de Fundro in Sicilia, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Catanenſis, erat anno 1421. Grangia Abbatiæ S. Martini de Scalis, deinde proprios habuit Abbates, quorum primus anno 1483. Fr. Petrus Gienco, ſive de Græco; anno tandem 1622. hoc loco relicto, ad Placiam tranſmigrârunt, ubi in æde Sancti Rocchi ſub ſuo Abbate degunt monachi, unde vocatur de Fundro, ſive de Placia; ita Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pagin. 209. Unita fuit anno 1506. per Julium II. Papam Congregationi Caſinenſi, ſub vocabulo S. Mariæ Frondoni. In regione Notienſi valle *di Noto*.

Abbatia titulo S. Pauli de Furcis, Ordin. S. Benedicti, quam Congreg. Caſinenſi, aliàs S. Juſtinæ de Padua univit Paulus V. Summ. Pont. anno Sal. 1617. ut habetur in indice MS. Abbatiarum ejuſdem Congreg.

Abbatia S. Michaëlis Archangeli de Furcule; vide infrà litt. P. S. Michaëlis Piſtorii.

Abbatia S. Pauli in Fureſta. Vide ſuprà poſt Abbatiam S. Petri de Foreſta.

Abbatia titulo S. Mariæ de Furio, Diœc. Pactenſis *Patti*, in Sicilia; ut ſcribit Rocchus Pirrus in notitia hujus Eccleſiæ; forſan apud *Furiano* fluvium, in valle *di Demona*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Eraſmi, de civitate Furmiana, quod Ridellus Dux Cajetanorum obtulit Cœnobio Caſinenſi; vide ejuſdem Chronicon lib. 3. cap. 41. Formiæ, quæ & Hormiæ, quaſi portus, quia antiquitus mare Tyrrhenum inſinuabat ſe in urbem, ubi nunc eſt præcipua platæa, & vicus Caſſarus dictus, civitas olim Epiſcopalis, cujus Sedes per Gregorium IV. Papam Cajetam tranſlata eſt; civitatis nunc nomen periit, ſed ibidem, teſte Cluverio, nunc *Mola* pagus elegans, in Latio Novo, vel, ut dicit Angelus de Nuce, in notis ad Chronicon Caſinen.

ubi

ubi nunc *Caſtellone* in Campania, ſive Terra Laboris, in ora littorali ad ſinum Caetanum: Monaſt. Ord. S. Benedicti extabat ante ann. 1060. tranſivit tandem ad Patres Olivetanos. Ipſa eſt Abbatia, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Sic S. Eraſmi de Caſtilio Novo, aliàs Caſtellano, Ordinis S. Benedicti, unita eſt Congregationi Montis Oliveti; ipſamet eſt, de qua ſuprà verbo S. Eraſmi de Caſtilio Novo, aliàs de Caſtellano.

Abbatia S. Luciæ de Fuſerio. Vide infrà litt. R. verbo de Ruſeno.

G

ABBATIA, ſive Monaſterium tit. SS. Gabini, & Luxorii, in Sardinia, cujus meminit S. Gregorius Papa; ut refert Salvator Vitalis Marenſis, parte 2. Annalium Sardiniæ, pag. 132. dicitque eſſe oppidum in Diœc. Uſſellenſi, vulgari linguâ dictum *Saidda de Santu Aynju*; obſerva Sanctum hunc Gabinum in Sardiniæ ſcriptoribus plerumque Gavinum appellari. Oppidum ſanè, quod nunc *S. Gavino*, ab Oriſtagno viginti ſeptem paſſuum mill. Orientem hyemalem verſùs, ad plagam inſulæ Meridionalem.

Abbatia, in loco, qui vocatur Gabis, prope lacum Burranum, fortè *Varrano* in Apulia; ſub tit. SS. Nicolai, & Primitivi, cujus Abbas fuerat Innocentius II. Summ. Pont. qui ſedit anno 1130. ut aſſerit Baronius in Annalibus ad hunc annum, ex Archivio S. Praxedis; ut apud Ciaconium refert Aug. Oldoinus pag. 979.

Abbatia tit. S. Benedicti de Gabiano, in Aprutio ulteriori, non longè à littore maris, inter portum Aſculanum, & terram Juliæ Novæ, Excellentiſſimorum Atrienſium Ducum nobiliſſimam ſedem, à qua *Gabiano* diſtat quinque paſſuum millibus, verſùs Aquilonem, & à mari altero vix milliario; hæc Abbatia nuperrimè Sedis Apoſtolicæ authoritate juncta fuit Abbatiæ S. Mariæ in Majulana, Congregationis Cœleſtinorum; ut aſſerit D. Guicciardini in ſuæ Congreg. Abbatiarum Syllabo.

Abbatia titulo S. Angeli de Gaiſa, verſùs S. Angeli *della Gaiſſa*; vetuſtiſſima Abbatia, & ampliſſimi Dominii, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Urbinatis, ac in Urbini Ducatu, ſive territorio; in Codice Taxarum Cam. Apoſt. perperam vocatur de *Caipha*. Anno 1304. Joannes ejus Abbas factus eſt Foroſempronienſis Epiſcopus, de que ejus Abbate ad annum 1418. fit mentio apud Ughellum to. 3. pag. 368. & pagin. 917. Poſita eſt in confinibus Pagini, prope Metaurum *Metro* fluv. Anno 1480. à Paulo II. Summ. Pont. ad preces Federici Urbini Ducis, conceſſa fuit monachis Congreg. Montis Oliveti. De ea loquitur Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 104.

ſex paſſuum millibus Urbino diſtat, versùs Orientem. In veteri Codice Taxæ Camerali; vocatur S. Angeli de Garfa.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Gala, in Sicilia, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis. Abbatia vetuſta, quæ latinè dicitur de Laſle, ad rivum Galæ poſita, anno 1060. à Rogerio Comite reſtructa, & prædiis aucta. Primus Abbas frater Arneſius, anno 1105. Illam donationibus cumulavit Rogerius Rex anno 1145. anno 1250. ejus monachus Græcus erat Bartonulphus intruſus Hieracenſis Epiſcopus; ut obſervat Ughellus tomo 9. pagin. 547. ab anno 1477. Commendatarios habuit Abbates, ibi celebris colitur imago B. Mariæ Virg. in Colle tribus paſs. mill. à Caſtro Regale diſtans, versùs Aquilonem, in regione, ſeu valle *di Demona*; de ea Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ, notit. 16. & Sylveſter Maruli, ejus Abbas Commendatarius, in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 66. de ea, ut ab Abbatia S. Salvatoris Meſſanenſis dependente, loquitur Alexand. III. Bullâ datâ anno 1175. vide Bullarium tomo 1. pag. 64.

Abbatia, ſive Monaſterium Galaſii, quod privilegio dato anno 1237. Gregorius IX. Sum. Pont. confirmat Rogerio Epiſcopo Tricaricenſi. Vide Ughellum tomo 7. pag. 198. inde collige fuiſſe, ſicut Tricaricum in Baſilicata provincia.

In oppido S. Petrus Galatinus dicto, vulgò *San Pietro de Galatina*, in Salentinis, ſive in provincia dicta Terra Hydruntina *d'Otranto*; locus eſt mediterraneus ſuprà montem. Ibi Abbatia dives, & celebris ſub tit. S. Catharinæ Novæ, Ordin. ſive Congreg. Montis Oliveti, inter civitates Neritonem *Nardo*, & Hydruntum. Ibi olim Hoſpitale ſub cura Franciſcanorum, quibus expulſis anno 1494. introducti ſunt Olivetani, poſt plurimas lites, & plures annos, reverſis Franciſcanis, Olivetani in vicino loco Eccleſiam, & monaſterium ædificaverunt; quod gaudet omnibus juribus, & privilegiis, olim Hoſpitali præfato à Neapolitanis Regibus conceſſis. Vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 136. & ſeqq. ſex fere mill. paſs. à civitate Neritonenſi diſtat, versùs Orientem. In hac Eccleſia Sancti Petri, unam è mammis S. Agathæ religiosè aſſervari, teſtatur Paulus Gualteri de SS. Calabriæ li. 1. pag. 119.

Abbatia titulo S. Eliæ de Galatro, Ordinis S. Baſilii, in cujus Eccleſia creditur ſepultum corpus S. Eliæ Abbatis ejuſdem Ordin. vicus, quem medium ſecat Metaurus *Metauro* fluv. in alterum *Medama* dictum ſeſe exonerans, in Calabria ulteriori, diſtat Nicoterâ civitate octo paſs. mill. versùs Orientem hyemalem. Vide Hieronymum Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 2. pag. 119. anno 1601. ejus Abbas erat Joſephus Nocera.

Abbatia tit. S. Hilarii de Galeata, Ordin. S. Benedicti, quam Codex Taxarum Cameræ Apoſt. verbo Ravennatenſis Metropolis, vocat S. Hilarii de Galeata; ſed verbo Britonoriens. aliis Foropopulen. vocat S. Ellarii de Galeata, immediatè à S. Sede Apoſt. dependens, & veriùs cum Ughello,

qui

qui legit S. Hilarii oppidi Galeratenſis. Quam conſtruxit idem S. Hilarus ad fluvium *Bedeſe.*, & ab ipſo ſanatus Olibrius multis prædiis locupletavit, obiit iſte Sanctus circa annum 558. Sita eſt in Romandiola, & territorio civitatis Foripopilii, in Dominio tamen Florentino; dicitur etiam in Galliata, & ann. 1125. Honorius II. Papa Bullâ ſuâ confirmat illam Ravennatenſi Archiepiſcopo, & ſimiliter Fridericus Imperator anno 1160. Vide Ughellum tomo 3. pagin. 366. & pag. 371. In eam anno 1488. introducti ſunt Camaldulenſes monachi, cùm antea per 60. annos fuerit ſub Commendatariis Abbatibus. Poſita eſt in monte ita excelſo, ut ex eo utrumque mare videri poſſit, & ſuperum, & inferum; undecim paſs. mill. Bertinorio diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Heliæ de Galcatio, in Diœc. Valvenſi, in Aprutio citeriore, erat tempore Pauli III. Papæ, qui ſedit ab anno 1534. ad ann. 1540. recenſetur in Codice D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Mariæ de Galeſo, aliàs Galaſo, ſive de Galeſio; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ Ordinis Ciſtercienſis, in Apulia, Diœc. Tarentinæ, fundata an. 1195. ut refert Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis, Conſiſtorialis eſt, & in Commendam dari ſolita, quam monachi relinquere coacti fuerunt; hodie penitus deſtructa, & deſolata manet. Ut aſſerit Ughell. tomo 9. pag. 184. in provincia Terrâ Hydruntinâ *d'Otranto* nuncupatâ.

Abbatia celebris tit. S. Galgani, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Volaterranæ, quam Hugo Epiſcopus Volaterræ conſtruere cœpit anno 1181. fundumque ad ædificandum Cœnobium attribuit. Locus erat ſolitarius prope Cluſdinum, ad montem Cerbolim, ubi in paſtorali tugurio objerat, & ſepultus fuerat S. Galganus Eremita, ut refert Ughellus tomo 1. pag. * 353. & ſequentibus, ubi Friderici Imperat. Henrici VI. Imperat. Philippi Ducis Etruriæ, atque Ildebrandi Epiſcopi Volaterrani donationes, privilegia, & exemptiones, horumque inſtrumenta referuntur, aſſeriturque Abbatiam fuiſſe in ſylva montis Sepii ſitam. Hæc omnia confirmat Otho III. Imp. an. 1209. Tres præter Hugonem fundatores agnoſçit, Ildebrandum, & Galganum Epiſc. & Stephanum Card. de Foſſa Nova; data eſt in Commendam.

Abbatia tit. S. Dominici de Gallico, Diœc. Reginenſis, *Regio*, in Calabria ulteriori, ſic recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ *Gallico* oppidum ſex circiter paſſuum millib. Regio diſtat, versùs Boream; de ea in Codice Taxar. D. Paſſionæi ad annum 1592. ſita eſt ad cognominem fluvium.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Stephani de Gallano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Fulginatenſis, quod, Benedicti Fulginii Epiſcopi authoritate, anno 1138. inchoatum, ingentibuſque poſtea opibus auctum, monaſterio Saxovivi adjunctum eſt anno 1198. ut aſſerit Ughellus tomo 1. pag. 746. Ludovicus tamen Jacobilli, de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 308. & pag. 310. teſtatur, fuiſſe ædificatum anno 1086. per Berardum Bucum, & Attonem filios Gerardi de Atto, Comitum

mitum

mitum Nuceriæ. Ibi ſanctitate floruerunt Abbates plurimi, ſed quia fuit bellorum motibus, & millitum furore diruta, ultimus ejus Abbas Bonnanus illam univit Abbatiæ Saxivivi, & omnia ejus bona temporalia Abbati Commendatario.

Abbatia, ſive Monaſterium, quod in Gallinaria inſula ſitum eſt, ad jus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pertinens, quodque Alexander III. Papa, Bullâ datâ anno 1177. Januenſi Archiepiſcopo in perpetuum concedit. Vide apud Ughellum tomo 4. pag. 1200. Idem facit & ſimili Bullâ Innoc. III. datâ an. 1217. vide eundem pag. 1224. Vocatur vulgò Abbatia SS. Martini, & Mariæ de Gallinaria, cui tota inſula ſubjecta eſt, poſita è regione Albingaunenſis civitatis, in cujus erat Diœceſi; apud littus, vulgò *Riparia del Ponente*; in ea S. Martinus Turonenſis Epiſcopus vitam duxit Eremiticam, huc à Maxentio tyranno in exilium pulſus. Vide Ughellum to. 4. pag. 1263. Abbatia eſt Ord. S. Benedicti, ut recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. de ea fit mentio an. 1028. in privilegio Conradi Imp. dato in favorem monaſter. S. Mariæ de Caramania; idem Ughel. to. 4. pag. 1344.

Abbatia tit. S. Mauri, Ord. S. Baſilii, Gallopolitanæ Diœc. in Salentinis; ut recenſet Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ in Regni Neapolitani provincia Terrâ Hydrunti *d'Otranto* nuncupatâ. *S. Mauro* vicus quatuor paſſuum millibus à civitate Gallipolis diſſitus, versùs Boream.

Abbatia tit. S. Salvatoris, Ordinis S. Baſilii, Diœc. Gallipolitanæ in Salentinis; cujus an. 1331. Abbas erat quidam Meliſius, tunc factus Gallipolitanus Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 9. pagin. 136. ſita erat in Regni Neapolitani provincia Terra Hydrunti, vulgò *d'Otranto* nuncupatâ.

Abbatia S. Mariæ de Gallo. Vide infra verbo de Gualdo.

Abbatia tit. S. Mariæ de Gangiis, in Sicilia, Ord. S. Benedicti. Diœc. Meſſanenſis, cui unitum eſt monaſt. S. Mariæ de Immariis, ut aſſeritur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. de Abbatia S. Mariæ de Gange mentionem facit ad annum 1371. Rocchus Pirrus, quam dicit Diœc. eſſe Cephaludenſis; ita lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 175. & pag. 181. loquitur de Abbate Sanctæ Mariæ de Gangio veteri. Unita fuit Congregationi Caſinenſi, ſive S. Juſtinæ de Padua, per Julium II. Papam anno Sal. 1506. eandemque unionem reſtituit Leo X. Sum. Pont. Bullâ datâ ann. 1516. Vide Bullarium Caſinen. tomo 2. pag. 446.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Ganzanico, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Bononienſis; ut recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. unita eſt Capitulo Eccleſiæ Bononienſis per Sixtum IV. Papam, Bullâ datâ Pontificatûs anno 9. Sal. 1479. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia Gargani montis. Vide infrà litt. M. verbo Montis Gargani.

Abbatia tit. S. Mariæ de Garignano, Diœc. Lucenſis, in Etruria, expedita fuit anno 1599. ut habetur in Codice Taxarum D. Paſſionæi *Carignano* vicus à Lucca civitate quatuor circiter paſſuum millib. diſtans, Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia *S. Gaudentio* in territorio, &

& Diœc. Bononienſi; ſex paſs. mill. Bononiâ diſtans, Orientem hyemalem verſùs ad ripam dexteram, & Orientalem fluvii *Idice*; ut conſtat ex mappa Anton. Magini.

Abbatia tit. S. Gaudentii, Ordin. Ciſtercienſis, Diœceſis Feſulanæ, in Etruria, fundata anno 1247. ut refert Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ord. forſan eadem cum ſequenti, quæ ejuſdem eſt Diœceſis.

Abbatia tit. S. Gaudentii in Alpibus, aliàs de Pede Alpium, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Feſulanæ, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. prope flumen Decomanum, in loco Alpe, ubi corpus S. Gaudentii requieſcebat anno 1028. quo Eccleſia plebs erat, quam tunc ad Monaſticum Ordinem, ſub Regula, & Abbate Deo Servientium, confirmavit Jacobus Feſulanus Epiſcopus, qui per Paſtoralem baculum primum Abbatem inveſtivit Joannem monachum presbyterum; ampliſſimam ab eo factam monaſterii dotationem Vide apud Ughellum tomo 2. pag. 292. Eccleſia anno 1070. conſecratur à Traſamundo Feſulano Epiſcopo, qui plura bona eidem contulit Abbatiæ, vide ibid. pag. 1254. vulgò *S. Godenzo* ad radices montis Apennini, ſuper *Dicamano* fluvium; ſexdecim paſſuum millib. Florentiâ diſtans, verſùs Boream. In Codice Taxarum D. Paſſionæi aſſeritur unita Fratribus Ordin. Servorum B. Mariæ Annuntiatæ Florentinæ, per Sixtum IV. Papam Pontific. anno 11. Salutis 1482.

Abbatia titulo S. Gaudentii, aliàs loci S. Stephani, Ordin. S. Benedicti; Diœc. Albæ Pompejæ, ut refert Codex Taxarum Cameræ Apoſt. S. Gaudentius titularis eſt Abbatiæ, & Sanctus Stephanus titularis loci *di Belbo* cognominati; de Abbate, & monachis S. Gaudentii in terra *di San Stefano di Belbo*; tanquam poſſeſſoribus Prioratûs SS. Jacobi, & Philippi de Spandonari, ad annum 1468. & de ejuſdem loci Abbate Jacobo Philippo Abundio, ad annum 1651. loquitur Hieron. Ghillini in Annalibus Alexandriæ ad iſtos annos. *San Stefano* ſuper *Belbo*, aliàs *Berbo* fluvium, diſtat Albâ Pompejâ duodecim millib. paſſuum, verſùs Orientem, à qua terra milliario diſtat *S. Gaudentio*, verſùs Occaſum, fluvio interfluente *Belbo*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Gaudentii, Diœc. Senogallienſis, unitum Abbatiæ S. Mariæ de Citria, Nucerinę Diœc. per litteras Sixti IV. Papæ Pontific. anno 12. Sal. 1483. ita refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. Illud Bennoni Senogalliæ Epiſcopo, cum omnibus pertinentiis ſuis, confirmat Honorius III. Papa, & ſub protectione S. Petri recipit, Bullâ datâ anno Sal. 1223. ſui Pontific. 7. vide Ughellum tomo 3. pag. 959. in Marchia Anconitana.

Abbatia tit. S. Mariæ de Gaucis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Theanenſis; ſic recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. In Campania Felice, ſive Terra Laboris.

Abbatia in loco Gaudi nuncupato, tit. S. Mariæ Regalis Vallis, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Sarnenſis, ad radices Veſuvii montis, quam extruxit Carolus I. Andegavenſis utriuſque Siciliæ Rex, pro Abbate & monachis,

qui

qui eſſent duarum tantùm nationum Regni Franciæ, & Provinciæ, ac Forchalquerii; fundationis inſtrumentum vide apud Ughellum tomo 7. pag. 806. debebat ſane eſſe filia Abbatiæ Regalis Vallis ejuſdem Ordin. in Gallia ſitæ; fundata fuit an. 1277. non mihi diverſa videtur ab ea, quæ in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ collocatur in Diœc. Nolana, in Terra Laboris; de ea ſilet Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis; in veteri Codice Taxæ Cameralis ſic intitulatur. Regali valle prope Chiſatum, Diœc. Nolanæ, & alio in loco S. Mariæ de Scafato, Ord. Ciſtercien. Diœc. Nolanæ.

Abbatia tit. S. Mariæ de Gavello, aliàs Govello, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Adrienſis, in provincia Ravennatenſi; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. cui Abbatiæ omnes territorii decimas anno 992. conceſſit Aſtulphus Adrienſis Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 3. pag. 397. *Gavello* vicus, ſive terra in *Poleſino di Rovigo*, & in *foreſto d'Adria*; novem circiter mill. paſs. ab Adria exciſa, Occidentem hyemalem versùs; in veteri Codice Taxæ Cameralis, adſcribitur Diœc. Ferrarienſi; & in eodem *de Ganello*, in Diœc. Adrienſi.

Abbatia Gazaræ apud Neapolim. Vide infrà verbo Neapolis.

Abbatia, ſive Monaſterium in oppido Gemiliani, titulo S. Nicolai, in parte oppidi, quæ vocatur Motta inferior, Ordinis olim S. Benedicti, & in Commendam dari ſolitum Diœc. Catacenſis; vide Ughellum to. 9. pagin. 485. *Gimigliano* in Calabria ulteriori, apud *Corace* fluvium, octo mill. paſſuum Catacio *Catanzaro* diſſitum, Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia tit. S. Gemini, Ordinis S. Benedicti, nunc extincta, urbs olim erat Caſentina dicta, quæ à Saracenis ſolo æquata, ſed ab incolis reſtituta, nomen S. Gemini adepta eſt, propter principalem Eccleſiam Sancto Gemino dicatam, cui deſerviebant monachi ſub Abbate; nunc Parochialis eſt oppiduli, vulgò *San Gemini*, inter Narniam, & Interamnam, in Ducatu Spoletino. Ibi S. Geminus extra muros ædificavit Eccleſiam ſub tit. S. Nicolai, ubi jam erat monaſterium; obiit an. 815. hæc S. Nicolai Abbatia poſſidetur nunc à Sacerdotibus Secularibus, de qua ſtatim. Vide Ludovicum Jacobilli de SS. Umbriæ, tomo 1. pag. 740. vocatur, ad diſtinctionem S. Gemini, de S. Gemino.

Abbatia extra muros oppidi S. Gemini, à præcedenti diverſa, Ordin. S. Benedicti, & Diœc. Narnienſis, ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſtol. extabat ante annum 800. Ejus Abbas olim gaudebat privilegio Mitræ, fuit deinde data in Commendam; ejus Eccleſiam conſtruxit S. Geminus. Ibi corpus aſſervatur B. Vitalis monachi Benedictini, nunc à Presbyteris poſſidetur Sæcularibus; ut refert Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ, tomo 1. pag. 740. & 746. atque fuſiùs tom. 3. pagin. 294. ad diſtinctionem dicitur S. Nicolai de S. Gemino.

Abbatia apud S. Geminianum oppidum, Ord. ſive Congreg. Montis Oliveti, Diœc. Volaterranæ; fundatores fuere circa an. 1340. Joannes Salvuccius, & Margarita Bardi ejus conjux, qui ibidem ſepulturam ſuam ele-

elegerunt. Vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 20. *S. Gemignano* in Etruriæ Statu Florentino, novem circiter paſs. mill. Volaterrâ diſtans, Orientem æſtivum versùs, & quatuor circiter à Colle civitate, versùs Occaſum.

Abbatia Gemulæ vide litt. M. verbo Montis Gemmulæ.

Abbatia tit. S. Gendentii, Diœc. Camerinenſis, ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſtol. In Umbria; forſan S. Gaudentii.

In oppido S. Geneſii, Abbatia tit. S. Mariæ Macularum, Ord. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis, ſic fert Codex Taxarum Cam. Apoſt. In qua Joannes Evangel. Cardinalis Palottus Abbas Commendatarius templum elegans Divæ Virginis Aſſumptæ à fundamentis ędificavit, obiit an. 1620. ut obſervat Ughellus to. 1. pag.* 409. & Ciaconius tomo 4. pag. 179. *S. Geneſio* in Umbria ſuper montem prope Tolentinum, & quatuordecim mill. paſſuum Camerino diſtans, Orientem æſtivum versùs.

Abbatia tit. S. Geneſii, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Senogallienſis, ut fert Codex Taxar. Cam. Apoſtolicę, quam Honorius III. Papa Bullâ datâ anno 1223. Bennoni Epiſcopo Senogallienſi confirmat, & ſub protectione B. Petri ſuſcipit. Vide Ughellum tomo 3. pag. 960. & 961. *S. Geneſio* vicus in Marchia Anconitana, viginti mill. paſsuum Senogalliâ civitate diſſitus, versùs Meridiem; in Codice Taxarum D. Paſſionæi, legitur Sancti Geneſii, ſeu S. Mariæ de Rocca Contrada.

Abbatia Geniſtæ apud montem Varchii, monialium Ord. ſive Congregationis Camaldulenſis, ad quam ex Abbatia Buldronis mittebatur Abbatiſſa, & circa annum 1445. præfecta fuit Helena Biſchari; ut refert Auguſtinus Florentinus in Hiſt. Camaldulenſi, lib. 2. cap. 21. *Monte Varchi* in Etruriæ Dominio Florentino, ſexdecim mill. paſsuum Aretio diſtans, versùs Occaſum.

Abbatia tit. S. Georgii de Reofrido, Diœceſis Tiburtinæ, ſic legitur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. *Rio Freddo* vicus decem, & ſeptem mill. paſſuum Tibure *Tivoli* diſtans, versùs Orientem, in Latio, ſive *Campagna di Roma*.

Apud caſtrum S. Georgii exciſum. nunc Abbatia, ſive Cœnobium titulo S. Laurentii, à monialibus ſub Abbatiſſæ regimine habitatum; viſitur à familia de Capitaneis fundatum, apud montem, & oppidum de Sondrio, non longè à dextra, & Aquilonari Abduæ *Adda* fluvii ripa; ut refert Fortunatus Spercherus in Pallade Rhætica lib. 10. pag. 285. in Italiæ parte Griſonibus ſubdita, quæ Valliſtelina vocatur.

Abbatia titulo S. Georgii Coronatæ, Ordinis S. Benedicti, quæ à Ludovico Provinciæ Rege an. 900. data fuit, & unita Cathedrali Eccleſiæ Comenſi, in favorem Luitardi ejus Epiſcopi; ut refert Joan. Mabillon libro de Re Diplomatica pag. 255. Ex inſtrumento conſtat poſitam fuiſſe ſuper Abduam *l'Adda* fluvium. Ughellus tom. 5. pag. 256. edidit inſtrumentum Ludovici Imperatoris, de anno 901. Indictione quartâ, erat in territorio Mediolanenſi.

Abbatia tit. S. Georgii, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Signinæ *Segni*, ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſtol. in Latio, ſive *Campagna di Roma*.

Abbatia tit. S. Petri *al Gerbo*, monialium Ordin. Ciſtercienſis, in finibus Foſſani conſtructa; ut aſſerit Ughellus tomo 4. pag. 1512. *Foſſano* civitas in Pedemontio.

Abbatia tit. S. Nicolai de Geriis, aliàs de Siriis, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Barenſis; unita cum Abbatia S. Archangeli de Celiis, ut habetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſtol. In Apuliæ regione, vulgò *Terra di Bari* nuncupata.

Abbatia S. Germani, ad quam anno 1177. divertit Summ. Pont. Alexander III. ut narrat Bartholomæus dalla Corte in Hiſt. Veronæ lib. 5.

In caſtro S. Germani, Abbatia tit. S. Mariæ de Barbiano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Florentinæ in Etruria; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. dicitur unita Congregationi Montis Oliveti; ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia Gerolæ, vulgò *Girola*, cujus mentionem facit Bonaventura de Angelis in Hiſtoria Parmenſi lib. 5. pag. 431. ſita erat inter Parmam, & Fornovum, ſeptem videlicet paſſuum millibus Parmâ, & quinque circiter Fornovo, in Marchionatu Maleſpinorum, Diœc. videtur Parmenſis; Fornovo eſt ad Aquilonem, ad dexteram, & Orientalem Tari *Taro* fluvii ripam.

Abbatia tit. S. Mariæ de Gerunda, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Cremonenſis, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. in Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur *de la Gerunda de Bozzolo*; forſan *Gozzoli* decem, & novem mill. paſs. Cremonâ diſtans, versùs Boream.

Abbatia S. Gerontii; vide ſuprà litt. C. verbo apud Callium.

Abbatia S. Mariæ de Gieſe. Vide ſuprà S. Mariæ de Cupeſe.

Abbatia tit. S. Philippi de Giraco, Ord. S. Baſilii, Diœc. Rheginenſis; ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Pauli de Girano, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Lucanæ, ita Codex Taxar. Cam. Apoſt.

Abbatia titulo SS. Petri, & Pauli de Gitalia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Mediolanenſis; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtol.

Abbatia SS. Petri, & Pauli de Gitala. Vide infrà verbo de Itala.

Abbatia tit. S. Petri de Glaſiate, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Mediolanenſis; ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. dicitur etiam S. Petri in Glaſſiate; unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua per Eugenium IV. Papam anno Sal. 1436. forſan *Gieſſate* vicus ſexdecim paſſuum millibus Mediolano diſtans, Orientem æſtivum versùs.

Abbatia titulo S. Felicis Gitellenſis, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Gradenſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Glemone in Carniola, nobilis Abbatia, ſive Monaſterium Virginum, in Diœc. Aquilejenſi, de quo loquitur Ughellus tomo 5. pag. 25. forte in urbe, cui nomen Gemona.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Ma-

S. Mariæ de Gloria, Ord. ſive Congregationis Florenſis; ſub Regula Sancti Benedicti, Diœc. Anagninæ, cui Gregorius Tarracinæ Epiſcopus anno 1236. dedit ſuæ Diœc. Eccleſiam S. Joannis de Pedemontis, caſtri Sarmineti, quam donationem confirmat Gregorius IX. Papa anno 1238. ſui Pontific. 12. ut refert Ughellus tom. 1. pag. * 206. Eam à fundatione Canonicorum fuiſſe Regularium, & nunc Eccleſiæ Lateranenſi unitam aſſeverat Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitę lib. 2. cap. 17. & lib. 3. pag. 684. à Paulo II. Papa ann. 1470. hanc unionem factam ſuæ Congreg. Lateranenſi, deinde dimiſſam Lateranenſi Eccleſiæ; à Gregorio IX. fundatam affirmat Oldoinus apud Ciaconium tomo 2. pag. 75.

In caſtro Gontiani, Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ Annunciatæ, Diœc. Acheruntinæ, quod conſtructum fuit ab Aquilina ejuſdem caſtri Domina, pro monialibus Clariſſis, ſive Ordin. S. Claræ; ut refert Lucas Wadinghus tomo 3. Annalium Seraphicor. ab Ughello citatus, tomo 7. pag. 68. ſitum in Regni Neapolitani provincia, nunc vulgò Baſilicata dicta.

Gonzagæ Abbatia tit. S. Benedicti, Ordin. ejuſdem Sancti, cui an. 1110. præerat Abbas Albericus, & cui, ejuſque monaſterio aliqua bona propè Quiſtellum concedit Mathilda Comitiſſa. Donationis inſtrumentum videre potes in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 128. *Gonzaga* oppidum in Ducatu Mantuano, inter Mantuam, & Regium civitates, decem, & ſeptem millib. paſs. Mantuâ diſtans, versùs Meridiem, & viginti circiter millib. paſs. Regio, versùs Aquilonem.

Abbatia tit. S. Mariæ ad Gordianum. Vide infra ad Gruxanum.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Piſanæ, in Gorgona inſula ſitum, de quo Rutilius libro 1. verſu 440. & 515. ejus initia aſſignantur ad annum circiter 417. de eo ad ann. 1049. loquitur Ughellus tomo 2. pag. 408. fuit ab Alexandro II. Papa, qui ſedit anno 1061. & à Gregorio VII. ejus anno 1073. Succeſſore, ſub S. Sedis Apoſt. protectione ſuſceptum, à Rege Conrado, & à Mathilde Comitiſſa locupletatum, deinde devaſtatum à Saracenis, tandem à Gregorio XI. Summ. Pontif. ſui Pontificatûs ann. 3. Sal. 1372. Carthuſiæ Piſanæ unitum; ut refert Carolus Morotius in Theatro Ord. Carthuſienſis pag. 270. *Gorgona* maris Tyrrheni inſula, triginta circiter milliariis à littore diſtans è regione Liburnæ urbis *Livorno*.

Abbatia tit. S. Mariæ de Gradara, vide ſuprà verbo S. Mariæ de Credario.

Abbatia tit. S. Felicis in Gradenſi Patriarchatu, de qua mentionem facit Innocentius III. Papa in ſua Bulla data anno 1200. ſimiliter Alex. IV. Papa in ſua Bullâ datâ anno 1256. quas vide apud Ughellum tomo 5. pagina 1207. de Abbate S. Felicis Venetiarum idem loquitur pag. 1461.

Abbatia S. Mariæ ad Grajanum; vide infra ad Gruxanum.

Abbatia S. Philippi Grandis, ſive Majoris, vulgò *lo Grande*. Vide infrà verbo Meſſanæ.

In oppido Graſſano, Abbatia tit. SS. Vi-

SS. Victoris, & Coronæ, Ordinis S. Benedicti, fundata eſt anno 961. ab Aleramo Montisferrati Marchione, & uxore Gilbertâ Berengarii Regis filiâ; fundationis inſtrumentum vide in Ughello to.4. pag. 1062. nunc Diœc. eſt Caſalenſis, ab anno videlicet 1474. quo Caſale facta eſt Epiſcopalis civitas. Abbatia erat prius ſub tit. S. Mariæ, & SS. Petri, & Chriſtinæ decimo ſeculo, tunc quoque Diœc. Vercellenſis, à qua avulſum eſt Graſſanum oppidum: eapropter in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ aſſignatur, & Diœc. Caſalenſi, & Vercellenſi. Idem Ughell. pag. 774. Ibi nunc nullus reſidet monachus, ſed unicus ſacerdos ſæcularis, ab Abbate Commendatario ſtipendiatus; in aliquo inſtrumento vocatur Granarcim caſtrum in Montisferrati collibus.

Abbatia, ſive Monaſterium, quod in terra Graſſiani, in ſuo prædio anno 602. fundavit Proculus Aſculanæ Eccleſiæ Diaconus; ut conſtat ex litteris Sancti Gregorii Papæ.

Abbatia tit. SS. Gratiani, & Felini, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Mediolanenſis: ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Vide ſuprà litt. A. verbo apud Aronam arcem.

In antiquo oppido Gratterium, ſive Gratteria dicto, Abbatia olim titulo S. Georgii, Ordinis Præmonſtratenſis, Diœc. Cephaludenſis, in Sicilia; ut refert Rocchus Pirrus lib. 3. in Notitia Cephaludenſis Eccleſiæ. *Gratteri* octo circiter mill. paſs. à Cephaludenſi civitate diſtat, versùs Meridiem, in regione, ſive valle *di Demona*.

Abbatia tit. S. Mariæ de Gratia, vel de Crypta, Ord. Sancti Benedicti, Diœc. Barenſis; ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. olim in Apulia, nunc in Regni Neapolitani provincia, vulgò *Terra di Bari* nuncupatâ.

Abbatia tit. S. Barnabæ de Grato Solio, Ord. ſive Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Mediolanenſis; recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia Gravellæ, non longè à Mutinenſi civitate, in qua S. Beda vixit, obiit, & ſepultus eſt, cujus corpus Januam translatum colitur in Eccleſia Abbatiæ S. Benigni, vivebat nono ſeculo.

Abbatia, ſive Monaſterium *Gravacus* dictum, in Diœc. Placentina, quod ſub ejuſdem Epiſcopi protectione ſtabilitur, per diploma Rachis Regis Longobardorum an. 746. ut refert Ughellus tomo 3. pag. 249. forſan ea, quæ apud eundem pag. 1046. vocatur Abbatia *Gravar*. Congreg. Caſinen. Ordin. proinde S. Benedicti.

Abbatia titulo S. Gregorii, aliàs Georgii, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Squillacenſis, in Calabria ulteriori, ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. non diverſa ſanè ab Abbatia S. Gregorii, quæ recenſetur in dotatione Epiſcopi Latini in Squillacenſi civitate facta an. 1096. per Rogerium Comitem Siciliæ, & Calabriæ, apud Ughellum to. 9. pag. 592. ac eadem, quæ ibidem pag. 610. dicitur S. Gregorii de Stallatti; vicus is Stallatti duobus paſſuum millibus Squillace diſtat, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Gregorii, quod Innocentius III. Summ. Pont. in Bulla data an. 1199. exprimit ad Eccleſiam Placentinam per-

pertinere; ut obſervat Ughell. to. 3. pag. 275. forſan S. Ceorgii (quòd nomen ſæpe pro Gregorio ſumitur) vicus ſex mill. paſs. Placentiâ diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Andreæ de Gricciano, aliàs de Ricciano, Ord. S. Benedicti, in territorio Fulginii fundata anno 989. & dotata à Comitibus Attone, & Monaldo filiis Comitis Roderici II. nuncupati, Magni Comitis Ducatûs Spoleti. Hinc monachi receſſerunt anno circiter 1200. & anno 1281. ſua jura ceſſerunt Abbatiæ Sanctæ Crucis Saxi Vivi; anno tandem 1410. fuit omnino deſolata; deinde prope locum Eccleſia conſtructa eſt, ſub titulo S. Mariæ de planicie Ricciani, ſub Fulginatenſi Epiſcopatu. Vide Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 298. Locus eſt Umbriæ, & Fulginii, cum *Ricciano* fluvio ad Meridiem.

Abbatia tit. S. Jacobi de Grigiano, Ord. ſive Congreg. Montis Oliveti, in territorio, & Diœc. Veronenſi. Vicus eſt tit. S. Jacobi ad clivum collis, ſive montis Grigiani, ſexto Veronâ milliario, versùs Orientem, ubi anno 1393. inventa S. Jacobi oſſa, & conſtructa Eccleſia; data eſt monachis Caſinenſibus: anno tandem 1451. introducti fuerunt monachi Olivetani; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 176. pag. verò 178. vocat illam S. Mariæ de Grigiano.

Abbatia tit. S. Mariæ de Grignano, Ord. ſive Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœceſis Piſtorienſis, unita Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ Florentiæ, per Leonem X. Papam, Pontificatûs anno 3. Sal. 1516. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi; Sita eſt apud Pratum; de qua adhuc infrà hoc verbo; in veteri Codice Taxæ Cameralis legitur de Grigiano de Prato.

Abbatia tit. S. Petri de Gripta Nova, Ord. S. Benedicti, Diœc. Sipontinæ; cujus fit mentio in veteri Codice Taxæ Cameralis; In Apulia, nunc in Capitanata; fortè de Ciſterna Nova.

Abbatia Eccleſiæ S. Petri, quæ dicitur de Griſonto, cujus anno 1178. Abbas erat quidam Cioffo Romualdi Salernitani Archiepiſcopi Bajulus; inſtrumentum vide apud Ughell. to. 7. pag. 572.

Abbatia tit. S. Nicolai de Gritti, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tudertinæ, quæ ab Abbatia S. Crucis Saxi Vivi dependebat, eratque de ejus Congregatione; ut aſſerit Ludovicus Jacobilli, de Sanctis Umbriæ tomo 3. pagin. 308. *Grutti* vicus Umbriæ ſeptem circiter millibus paſſuum Tuderto diſtans, versùs Boream.

Abbatia terræ Grottharum, monialium Ord. S. Claræ, Diœc. Tarentinæ; de qua loquitur Aſcanius Tamburinius de Jure Abbatiſſarum pag. 55. forſan *Grotta Fornara* quinque paſſuum millib. Tarento diſtans, versùs Boream.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo Sancti Benedicti de Grutta; cujus anno 1291. Abbas erat quidam Raynaldus; apud Ughellum to. 1. pag. 605. videtur fuiſſe Diœc. Camerinenſis; ipſa quæ in veteri Codice Taxæ Cameralis dicitur S. Benedicti de Gritta, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis.

Abbatia titulo S. Mariæ ad Gruxanum,

num, monialium, Ord. S. Benedicti, Valvenſis Diœceſis, cujus mentio fit in Bulla Clementis VI. Papæ, datâ Pontific. anno 5. Sal. 1346. quam edidit Ughellus tomo 1. pag. 432. non diverſa eſt à monaſt. S. Mariæ ad Grajanum; cui donationem fecit Aquilana Reſpublica, de conſenſu Nicolai Aquilani Epiſcopi, qui deceſſit anno 1299. ut refert idem Ughell. to. 1. pagin. 426. Eadem pariter eſt cum monaſter. S. Mariæ ad Gordianum, monialium Ord. S. Benedicti, quod Nicolaus V. Papa, Pontific. anno 5. Sal. 1451. univit menſæ Epiſcopali Aquilanæ; ut teſtatur Codex Taxar. Cam. Apoſt. extabat ante ann. 1312. in Aprutio citeriori.

Abbatia tit. S. Mariæ de Gualdo, aliàs de Gallo in Mazoccha, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Beneventanæ, ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ extabat ante annum 1192. ejus Abbas erat Eliſarius, factus anno 1391. Tarentinus Archiepiſcopus; apud Ughel. to. 9. pag. 192. conceſſa eſt à Julio II. Papa anno 1507. Congregationi Canonicorum Regularium S. Salvatoris de Bononia; ita Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib. 2. cap. 52. ſed anno 1504. unionem factam refert index MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis. *Mazzoca* vicus ad montem Appenninum, in Principatu ulteriori tredecim circiter paſs. mill. Benevento diſtans, versùs Boream. Vide infrà litt. M. verbo S. Joannis de Mazoccha; ſic enim in Codice D. Paſſionei intitulatur, S. Mariæ de Gualdo, aliàs Gallo, aliàs S. Joannis in Mazzochi; ſita in medio Sylvæ, vulgò dictæ *Boſco di Mazzocha*; quam inhabitatam reddiderunt frequentes graſſatorum, exulumque deprædationes, habet caſtrum S. Bartholomæi, & caſtrum Fojani in temporalibus, vide eundem Ughellum tomo 8. pag. 11.

Gualdum, vulgò *Gualdo*, ad aliorum differentiam, Gualdum Nuceriæ dictum, oppidum Nucerinæ Diœc. in Marchia Anconitana, prope fines Umbriæ, apud *Sivola* fluv. novem à Nuceria *Nocera* paſſuum milibl. diſtans, Occidentem æſtivum versùs. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Viti, ſive S. Benedicti Veteris, Ord. S. Benedicti, prope Gualdum Nuceriæ, conſtructa anno 1006. in regione Tadinii *Taino* civitatis, ſub titulo primùm SS. Viti, & Nicolai Epiſcopi, per Comites Offredum Viccum dictum, Lupum Landulphum dictum, Arnulphum, & Ranulphum Comitis Monaldi filios, de Comitibus Nuceriæ. Prælaudatus Offredus illam pluribus bonis locupletavit, deditque Placido Abbati S. Placidi de Mugnano, ejuſdem Ordinis, qui ibi factus eſt primus Abbas, & ampliavit monaſt. ſub tit. S. Benedicti. Alexander III. Papa an. 1169. omnia ejus privilegia Joanni Abbati confirmavit. Gerardus Abbas an. 1251. novam Abbatiam intra Gualdum condidit, & incoluit, hâc primâ ſubſiſtente Abbatiâ cum titulo S. Benedicti Veteris. Vide Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 302.

II. Abbatia, ſive Monaſterium ſub tit. S. Benedicti, intra Gualdum Nuceriæ, Ord. S. Benedicti, de qua fit mentio apud Ughel. to. 1. pag. 1117. in enumeratione locorum iſtius Diœc.

apud

apud Codicem Taxar. Cam. Apoſtol. dicitur ipſi unitum fuiſſe monaſterium S. Stephani de Parano, Ordin. S. Benedicti, ipſumque unitum menſæ Epiſcopali Nucerinę per literas Pii II. Papæ, Pontific. anno 1. Salutis 1458. de hac Abbatia ſcripſit Lud. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 1. pag. 86. Anno 1251. Gerardus Abbas S. Viti, aliàs S. Benedicti Veteris extra Gualdum poſita, hocce novum monaſter. intra urbem in honorem S. Benedicti conſtruxit, & in eo cum ſuis monachis habitavit. Ibi anno 1324. obiit Beatus Angelus converſus; anno 1441. data eſt Secularibus Clericis in Commendam; diverſa eſt à prælaudata Abbatia S. Benedicti Veteris. Idem Author tomo 3. pag. 302.

III. Abbatia in Gualdo, titulo S. Nicolai, Congregationis Sylveſtrinorum, Ord. S. Benedicti; ut fert index MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

IV. Abbatia titulo S. Donati in Gualdo Nuceriæ, de qua mentio fit in Catalogo locorum Nucerinæ Diœc. apud Ughellum tomo 1. pagin. 1117. de ejus Abbate loquitur Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ to. 2. pag. 148. eſt etiam ſub tit. S. Benedicti, & Sancti Donati, Ord. olim S. Benedicti, quam B. Pius V. Summ. Pont. Pontificatûs anno 1. Salutis 1566. univit Congreg. Montis Oliveti, quæ unio non eſt ſortita effectum; ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

V. Prope Gualdum oppidum Diœc. Nucerinæ, Abbatia Ordinis Ciſtercienſis, erecta anno 1328. quo B. Alexander Nucerinus Epiſcopus concedit Andreæ *di Paolo* Aſſiſinati facultatem ibi conſtruendi monaſterium, ſub titulo Corporis Chriſti, cum Abbate; & ſub Congregatione titulo ejuſdem Corporis Chriſti, Ord. S. Benedicti, ut aſſerit Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ to. 1. pag. 461. facta eſt caput quindecim monaſt. hujuſce Congregationis in Umbria, per Bonifacium IX. Papam. Primus Abbas, & Generalis Congregationis inſtitutus prælaudatus Andreas, ejus privilegia data ſunt Abbatiæ S. Mariæ de Campis Fulginii.

VI. Prope Gualdum Nucerinæ Diœc. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri, illud conſtruendi facultatem Cecco Mancia de Gualdo concedit Beatus Alexander Nucerinus Epiſcopus anno 1328. in quod introductæ ſunt moniales Ordin. S. Claræ, ut aſſerit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 461.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Guamo, Diœc. Lucenſis, in Codice Taxarum Cam. Apoſt. legitur de Gamo Pulſan; cujus ædificia vetuſtate collabentia novis munimentis ſuffulſit Nicolaus Lucenſis Epiſcopus, qui ſedit anno 1484. Vide Ughellum to. 1. pag. 886. tribus paſſuum mill. Lucâ diſtat, versùs Meridiem, aliàs Gaynopulſanti, Ord. S. Auguſtini.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Papæ Leonis, prope caſtrum, cui Guardia Lombardorum nomen eſt; de eo ad annum 1138. mentionem facit Chronicon Caſinenſe lib. 4. cap. 8. Situm eſt in Principatu citeriori, duobus mill. paſs. à civitate Sancti Angeli de Lombardis, in cujus Diœc. videtur fuiſſe.

Abbatia tit. S. Mariæ de Guglieto, Diœc.

Diœc. Beneventanæ, cujus Abbas jure gaudebat Mitræ, & Baculi Paſtoralis: ejus fit mentio in Synodo Beneventana, habitâ per Ugonem II. Beneventanum Archiepiſcopum anno 1374. refertur à Pompeo Sarnelli pag. 132.

Abbatia de Guiniano, quam Innocentius III. Summ. Pontifex dedit, cum omnibus ſuis obedientiis, & pertinentiis ſuis, Abbatiæ S. Galgani; ut conſtat ex diplomate Otthonis III. Imperatoris, dato an. Incarnat. 1209. Vide apud Ughell. to. 1. pag. * 361.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris de Guleto, vulgò *Giulito*, Ordin. S. Benedicti, cui anno 1167. Rogerius Acerrarum Comes aliqua largitus eſt bona. Vide Ughell. to. 7. pag. 750. dicitur aliàs à *Guglieto*. Ibi vixit, & anno 1142. obiit S. Guillelmus, author Congregationis Montis Virginis, à quo iſte locus titulum accepit S. Guillelmi, qui monaſterium fundavit anno 1132. in territorio *di Montechio*, & duo monaſteria conſtruxit virorum unum, alterum virginum, quæ poſtea bellorum injuriâ fuere diruta, vivebant ſub Regula S. Benedicti. Vide Sylveſtrum Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 2. pagina 167. Per Superiorem, cum tit. Abbatis, gubernari declarat Paulus V. Papa, Bullâ datâ an. 1611. Vide Bullarium Caſinenſe tomo 1. pag. 424. *Guleto* in cujus territorio vicus, vulgò nunc S. Guillelmo, in Principatu ulteriori, tribus paſſuum millibus à Nuſco civitate, versùs Meridiem paulò ad Orientem.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Bartholomæi de Sancta Gunda, Ordin. ſive Congreg. Camaldulenſis, Diœc. Lucanæ, extabat ante annum 1409. quo ejus Abbas ſubſcripſit Concilio Piſano. Vide Ughellum tomo 2. pagin. 564. de ea Codex Taxar. D. Paſſionæi, erat tempore Gregorii XII. qui obiit anno 1407.

Abbatia tit. S. Gregorii de Gypſo, in Sicilia, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Meſſanenſis, à Rogerio Comite in honorem S. Gregorii Magni, circa annum 1063. conſtructa, prædiis, juribus, & juriſdictionibus munita; à Rogerio filio, Rege Siciliæ, in ſuis poſſeſſionibus, ann. 1134. firmata, non longè ab oppidulo Gypſi, ſex paſſuum millibus à Meſſana civitate, cujus Abbas ſe intitulabat S. Gregorii, & S. Nicolai de Gypſo, & Diveti, atque monaſterii S. Mariæ Annunciatæ terræ Ramectæ. Locus S. Nicolaus dictus Grangia erat duorum monachorum Græcorum, & Parochialis Eccleſia, ad quam, deſolato monaſterio, tranſierunt monachi, donec reſtitueretur, nunc Prioratus eſt ab ea dependens; habuit ab anno 1469. Commendatarios Abbates; de ea Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ, notitiâ 18. Sylveſter Maruli, qui ſcripſit anno 1613. in Oceano omnium Religionum mundi, lib. 1. pag. 67. aſſerit eſſe Ord. S. Baſilii, vocatque *San Gregorio dello Gibſo*. In Bulla Alexandri III. Papæ, datâ ann. 1175. vocatur S. Georgii de Gypſo, aſſeriturque Ordinis S. Baſilii, in qua Abbatem inſtituendi facultatem concedit Onuphrio Archimandritæ Sancti Salvatoris Meſſanenſis. Vide Bullarium tomo 1. paginâ 64.

H

ABBATIAS quas ſub iſta littera non repere-ris, ad ſubſequentem vocalem recurre.

Abbatia tit. S. Mariæ de Habita in Sicilia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Mazarienſis, duobus paſſuum mill. ab oppido Gibillina diſtans, versùs Aquilonem paulò ad Occaſum prope *Belice*, ſive *Iſſa* fluv. de ea Fazellus loquitur decade 1. lib. 10. in fine; erat olim ſub moderatione Abbatiæ S. Martini de Scalis, ſed monachis recedentibus, data eſt in Commendam; ut refert Rocchus Pirrus libro 3. notitiâ 6. folio 577. & lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 210. in regione, ſeu valle *di Mazara*.

Hadria. Vide ſuprà verbo Adria.

Abbatia tit. S. Helenæ, Ord. ſeu Congreg. Camaldulenſis, Diœceſis Camerinenſis, unita Abbatiæ S. Romoaldi, aliàs S. Blaſii ejuſdem Ord. & Diœceſis, per Bullam Sixti IV. Papæ, ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. De Abbate S. Helenæ, ad annum 1468. mentio fit in Hiſt. Camaldulenſi part. 2. lib. 3. cap. 29. Codex Taxarum D. Paſſionæi unitam aſſerit monaſt. Monialium de Valle Caſtro, ſeu Vallis Caſtæ per Sixtum IV. dicitur S. Helenæ de Exivo in veteri Cod. Taxæ Cameralis. Alexander IV. Papa, in Bulla data ann. 1258. quâ confirmat Congreg. Camaldulenſem, & monaſteria ejus enumerat; hoc vocat monaſterium S. Helenæ, juxta flumen Æſinum. Vide Bullarium tomo 1. pag. 114.

Abbatia tit. S. Petri Helganenſis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Auguſtenſis, de qua Ughellus tomo 4. pag. 1533. in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. ſcribitur, S. Viti in Algani, aliàs Elvang. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo legit in Elgan provinciæ Moguntin; unde forſan agitur de Auguſta Vindelicorum, pro Auguſta Prætoria.

Abbatia tit. S. Petri Herbæ Amaræ, Ord. S. Auguſtini, Diœc. Papienſis in Lombardia; ſic recenſetur in Cod. Taxarum Cam. Apoſt. de qua tamen ſilet Gabriel Pennottus. In Bulla Alexandri III. Papæ, datâ ann. 1176. quæ refert omnia monaſt. Congreg. Vallis Umbroſæ, reperitur monaſterium S. Benedicti de Herba Amara.

Abbatia Harginæ, ſeu SS. Coſmæ, & Damiani, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Neocaſtrenſis in Calabria ulteriori; de qua Codices Taxar. Cam. Apoſt. Vide ſuprà litt. A. verbo Anargyrorum.

Abbatia de Hercia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Amalphitanæ, in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dicta; ut habetur in Codice Taxarum D. Paſſionæi; forſan *Torre*

d'Erchi; terra maritima, ad Salernitanum ſinum, ſex mill. paſſuum ab Amalphi diſtans, Orientem æſtivum versùs.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Heremo, Ord. ſive Congreg. Camaldulenſis, de qua ad annum 1433. loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis, in ſuo Hodœporico pag. 53.

Abbatia *dell'Heremo* nuncupata, in territorio Peruſino, decem, & novem paſſuum mill. Peruſio diſtans, Occidentem hyemalem versùs, & novem mill. paſſuum à lacu Peruſino, versùs Meridiem, ſic exprimitur in mappis Anton. Magini; forſan eadem cum Abbatia S. Joannis de Eremo Montis Herilis.

Abbatia tit. S. Hermæ, in Sicilia, tempore S. Gregorii Papæ, de qua ipſe loquitur lib. 5. epiſt. 49. eadem eſt cum Abbatia S. Hermetis, ſive Sancti Joannis de Heremitis, de quibus vide infrà verbo Panhormum, nu. II. & V.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Coſmæ, & Damiani, monialium, quod circa ann. 1280. Jacobus Hieracenſis Epiſcopus Cœnobio S. Veneris perpetuò univit; ut obſervat Ughell. tomo 9. pag. 547. In Calabria erat ulteriori.

Abbatia in civitate Hieracenſi, ſive Giracio, vulgò *Hierace*, ſive Monaſterium ſub tit. S. Nicodemi de Patera, in Calabria ulteriori, quod anno 1150. ſubditum erat Abbatiæ Sanctiſſimæ Trinitatis, & S. Michaëlis Archangeli civitatis Militenſis; ut patet ex Bulla Eugenii III. Papæ; apud Ughellum tomo 1. pag. 1032.

Abbatia Secularis titulo S. Hieronymi, Diœceſis Verulanæ, de qua ad an. 1288. mentionem facit Ughell. tomo 1. Italiæ Sacræ, ſita in Latio, ſive *Campagna di Roma*; per verbum Secularis ſecularizatam intellige.

Abbatia, ſive Monaſterium Hieruſalem nuncupatum, ſitum in extremo jugo montis Callicula dicto, qui ſuprà Cales longo tractu ad Vulturnum uſque fluvium excurrit; ut obſervat Lucas Holſtenius, in ſuis notis ad Italiam antiquam Cluverii paginâ 250. reperitur vicus *S. Maria Hieruſalem* non longè à Vulturno fluvio, inter Capuam, & Cajacium civitates, in Terra Laboris, de quo veroſimile eſt hîc fieri mentionem.

In oppido S. Hilarii dicto, nunc vulgò *Helleri*, Abbatia S. Hilarii monialium, cujus Abbatiſſa erat Itta, ex illuſtri Comitum Guidonum Stirpe, ampliſſimâ Abbatiæ Vallis Umbroſæ dotatione celebris, anno 1039. ſita erat in Alphiano ſito, in Diœceſi Feſulana, prope antiquum Arignanum, in appendice montis, qui ab Arno flumine alluitur. Sanctus ille Hilarius Abbas erat ante tempora S. Benedicti, & tempore Theodorici Regis, vitæ probitate in Tuſcia refulſit; in iſto loco quædam Deo devotæ virgines vitam monaſticam excoluere, quæ poſtea S. Benedicti Regulam profeſſæ, ſanctimoniâ claræ, plurimis fuerunt donatæ poſſeſſionibus, ſed ibi collapsâ diſciplinâ, Alexander IV. Summ. Pont. anno 1255. Abbatiam extinxit, ſparſis in alia Cœnobia monialibus, & omnia illarum bona Abbatiæ Vallis Umbroſæ attribuit; ut aſſerit Ughellus tomo 2. pag. 302.

Abbatia titulo Sancti Hilarii extra por-

portam Auream civitatis Beneventanæ poſita, quam Julius II. Papa anno Sal. 1504. univit Capitulo Metropolitanæ Eccleſiæ Beneventi, ut aſſerit Pompeus Sarnelli *Memorie Cronologiche de' Veſcovi ed' Arciveſcovi di Benevento* pag. 142.

Hiſpelli, vulgò *Spello*, Diœceſis Spoletinæ, in Umbria, Abbatia monialium Ord. S. Claræ, quæ ex Abbatia S. Mariæ de Gloria, propter pericula bellorum, huc tranſmigraverunt anno 1320. licentiam dante Joanne XXIII. Summ. Pont. retento titulo S. Mariæ de Gloria, & conſervatis omnibus bonis, terris, & privilegiis ſibi à Summis Pontificibus conceſſis; ut refert Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ, tomo 1. pag. 190. fundatrix fuerat ante annum 1248. Beata Pacifica; idem Author tomo 3. paginâ 475.

Abbatia tit. S. Honorati, Diœceſis Cavenſis, in Regni Neapolitani Principatu citeriori; ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia S. Agathæ Horoni. Vide infrà Oronæ.

Abbatia, ſive Monaſterium prope Hortam civitatem, celebre in honorem S. Juvenalis II. Narnienſis Epiſcopi, à Beliſario fundatum; ut in Actis Vigilii Papæ legitur; ſic referunt Ughellus tomo 1. pag. 1086. & Ciaconius pag. 377. fundationem circa annum 537. factam aſſerit Ludov. Jacobilli, de Sanctis Umbriæ tom. 1. pag. 453. *Orta* in Etruriæ parte, Patrimonium S. Petri dicta, ad dexteram Tyberis fluvii ripam.

Prope Hortam Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Georgii, monialium, quod anno 1442. unitum fuit menſæ Epiſcopali Hortanæ; ut refert Ughel. to. 1. pag. 640. & pag. 800.

Abbatia titulo S. Mariæ Hoſpitalis Plani, Ord. Ciſtercienſis, Diœceſis Tarviſinæ, ut recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. eam crediderim, quæ, in Indice Abbatiarum ejuſdem Ord. à Carolo de Viſch, vocatur Hoſpitale apud Venetos, & fundata dicitur anno 1200. quam perperam aſcribit Diœc. Venetenſi; forſan *Hoſpedaletto* vicus ſeptem mill. paſſ. Tarviſio diſtans, versùs Aquilonem. In Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur Hoſpitalis Plani de Lovadixa, & unita monaſt. monial. B. Mariæ Angelorum de Murano, Ord. S. Auguſtini per Innocentium VIII. an. 1490.

In oppido, vel agro Hoſtunenſi, Abbatia titulo S. Stephani monialium, cujus ante ann. 1185. Abbatiſſa erat quædam nomine Majora. Vide apud Ughellum tom. 9. pag. 67. Hoſtunum, vulgò *Oſtuni* civitas Epiſcopalis, in Regni Neapolitani provincia, Terrâ Hydruntinâ *d'Otranto* nuncupatâ.

Abbatia SS. Felicis, & Fortunati mart. de Humanis, ſive de Ananis nuncupata, Diœc. Torcellen. ut refertur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. Hoc monaſt. Urbanus III. Papa Leonardo Epiſc. Torcellano confirmat, Privilegio dato an. 1186. & ab Eugen. IV. Sum. Pont. renovato, an. 1436. vide Ughel. to. 5. pag. 1437. Ord. S. Benedicti, & unita Eccleſiæ S. Marci Venetiarum per Sixtum IV. Papam, Pontific. anno 2. Sal. 1472. Ita Cod. Taxar. D. Paſſionæi; in veteri Cod. Taxæ Cameral. legitur, ſed corruptè S. Felicis de Huvanis, Ord. S. Bened. Diœc. Torcellanæ.

I

ABBATIA tit. SS. Jacobi, & Chriſtophori, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Aretinæ, in Etruriæ Dominio Florentino: recenſetur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. in Cod. Tax. D. Paſſionæi legitur SS. Jacobi, & Chriſtophori de Roſſeno, ſeu de Sturia.

Jaderæ, ſive Jadræ, vulgò *Zara* Metropolis; ibi Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Chriſogoni, monachorum Caſinenſium; ut refert Ughel. tomo 5. pag. 1456. Ord. S. Benedicti; ita Codex Taxarum Cam. Apoſtolicę, hujus Abbatiæ ann. 1075. Abbas erat quidam Petrus, ut ex ejus privilegio conſtat, apud eundem Ughell. to. 7. pag. 1118. Unionem cum Congregat. Caſinenſi concedit Senatus Venetiarum, eâ lege, quòd Abbas debebit eſſe ex Zara oriundus, ann. 1620. vide Bullarium Caſinenſe to. 2. pag. 537. Jadera *Zara* maritima Dalmatiæ Illyricæ civitas, Apolloniæ, & Saloniæ vicina.

Ibidem videlicet Jadræ, aut in civitate, aut in Diœc. Abbatia titulo Sanctorum Coſmæ, & Damiani, Ordinis S. Benedicti; ut refertur in Codice Taxarum Cam. Apoſt.

Abbatia tit. S. Mariæ de Jambona, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia tit. S. Felicis de Jano, Ord. olim S. Benedicti, Diœc. Spoletanæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. Condita eſt circa annum 950. vulgò *Giano*, quod monaſt. anno 1450. Nicolaus V. Sum. Pont. dedit Congreg. Peruſinæ, Ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini: ut aſſerit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ; hoc monaſt. Abbatiale fuerat antea Congregationis Saxi Vivi, in Comitatu Spoletano, & olim Diœc. Martanæ, à qua civitate diſtabat ſex paſs. mill. Sanctus iſte Felix erat Martanæ Epiſcopus, cujus corpus in hoc monaſterio adhuc aſſervatur.

Janua, aliàs Genua, vulgò *Genoa*, civitas Archiepiſcopalis, Liguriæ caput, ampliſſima, & celeberrimum emporium maris Liguſtici, & Reipublicæ Genuenſis à ſe nuncupatæ primaria. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Syri, Ordinis S. Benedicti, cujus Eccleſia primitus Cathedralis erat, ſub titulo SS. Apoſtolorum, cui vicinum conſtruxit Cœnobium Landulphus Januenſis Epiſcopus, qui ſedit anno 994. cujuſque eodem anno primus Abbas ab ipſo conſtitutus Petrus; primus poſtea anno 1383. Commendatarius Abbas Ludovicus Cardinalis de Fliſco, ultimus Vincentius Cardinalis Juſtinianus, qui Eccleſiam, Cœnobiumque ſemidirutum, amotis nigris monachis, anno 1575. Ex Apoſtolica authoritate Clericos Regulares Theatinos

nos dictos introduxit; de hac Abbatia fusè ſcripſit Ughellus, tomo 4. pagin. 1157. & ſeqq. Unita dicitur menſæ Archiepiſcopali Januenſi; ita Cod. Taxarum D. Paſſionæi.

II. Abbatia titulo S. Andreæ, in civitate Januenſi, Ord. S. Benedicti, ſic aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ.

III. Abbatia titulo S. Juſti de Albario, quæ ſita eſt Januæ, Ordinis S. Benedicti, quæ per Pium II. Sum. Pont. anno Sal. 1460. unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua; ut teſtatur Index MS. Abbatiarum iſti Congreg. unitarum. In Codice Taxarum Cam. Apoſt. ponitur ſub titulo S. Juliani.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Bernardi, quod Senatus Januenſis, in hujus honorem Sancti extructo Templo, monachis Ciſtercienſibus attribuit hoc ſeculo. Verba ſunt Ughelli Ciſtercienſis tomo 1. pagina 1172.

V. Abbatia in civitate Januæ tit. S. Antonii, cujus anno circiter 1620. Abbas erat Joannes Baptiſta Pallavicinus Genuenſis Cardinalis; (ſic habetur apud Ciaconium tomo 3. pag. 353.) quam Babilanus Pallavicinus, hujus Cardin. frater, & hæres, ampliore cenſu, & redditu auxit, atque, ut de jure Patronatûs domûs ſuæ Pallavicinę in perpetuum eſſet, à Leone X. Sum. Pontif. obtinuit; in Codice Taxarum Cam. Apoſt. recenſetur, ſed delenda ſunt hæc verba, *quia eſt in Hungaria civitate Jannen.*

VI. Abbatia titulo S. Nicolai de Boſcheto, & corruptè de Ruſcheto, Ord. S. Benedicti, civitatis Januenſis, ſic legitur in Codice Taxarum Cam. Apoſtol. Prius erat Capella de Grimaldis, fuit per Martinum V. Sum. Pontif. an. 1417. unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua, eſtque prima ordine in Catalogo MS. Abbatiarum huic Congreg. unitarum. Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 90. vocat illam de *Buſchetto*.

VII. Abbatia titulo S. Catharinæ apud Januam, Ordin. S. Benedicti, Congregationi Caſinenſi, ſive S. Juſtinæ de Padua unita, cujus Abbati anno 1620. conceſſus eſt uſus Pontificalium, & Baldacchini. Vide Bullar. Caſinen. tomo 1. pag. 1299. & infrà littera L. verbo S. Catharinæ de Luculo.

VIII. Prope civitatem Abbatia tit. S. Fructuoſi de Capite montis nuncupata, Ordin. S. Benedicti, cui anno 986. Adelagia, quæ, & Adelitia, Rodulphi Regis Burgundionum filia, & Othonis III. Imperatoris uxor, præclaram donationem fecit in Comitatu, & Diœceſi Januenſi, conſtructæ antea à piis fidelibus locus dicitur Caput montis, prope civitatem Januæ. Hæc Abbatia nunc Commenda eſt juris Patronatûs Principum Auriæ domûs, vide Ughell. tomo 4. pag. 1159. In Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ aſſeritur unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua. Vocatur etiam S. Fortunati.

IX. Abbatia tit. S. Stephani, in Suburbiis civitatis Januenſis, Ordinis S. Benedicti; de qua Codex Taxar. Cameræ Apoſt. fundata eſt anno 922. à Rodulpho II. Januenſi Epiſcopo, quam decimo ſexto ſeculo Matthæus

Gil-

Gilbertus Epiſcopus Veronenſis, ejus Abbas Commendatarius, monachis Congregat. Montis Oliveti incolendum tradidit, licentiam concedente Clemente VII. Sum. Pont. an. 1529. Vide Ughellum tomo 4. pag. 1157. & 1240. Primitus fuerat Benedictinorum, poſtea monachorum cujuſdam Congregationis, qui anno 1260. veſtem nigram reſumpſere, tandem, & etiam nunc Olivetanorum, ut aſſerit Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 171.

X. Abbatia tit. S. Benigni de Capite Fari dicta, prope Januam, Ord. S. Benedicti. Ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. crediderim non aliam eſſe ab Abbatia S. Benedicti, de qua mentio fit ad annum 1163. apud Ughell. to.4. pagin. 1202. hæc S. Benigni Abbatia unita fuit Congreg. S. Juſtinæ de Padua, per Pium II. Summum Pontif. an. 1460. ita MS. index Abbatiarum iſti Congreg. unitarum; ab hac non videtur diverſa Abbatia tit. S. Remigii de Capite Phari; de qua in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

XI. Abbatia, ſive Cœnobium titulo S. Bartholomæi, monachorum Armenorum, Ord. S. Baſilii, non longè à mœnibus civitatis Januenſis, anno 1308. à piis Januenſibus conſtructum in loco, quem Obertus Purpurerius illis ex Armenia fugientibus conceſſit, cujus Eccleſiæ primum poſuit lapidem Porchettus Archiepiſcopus præcipuus benefactor. In hac Eccleſia aſſervatur Sacra Domini noſtri Jeſu Chriſti Imago, non manu facta, ab ipſomet Domino Salvatore ab Abagarum Edeſſæ Regem miſſa. Vide Ughell. to.4. pag. 1232. & 1235.

XI. Abbatia titulo S. Theodori, Ord. S. Auguſtini, Diœc. Januenſis, unita Congreg. Lateranenſi; ſic legitur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib.2. cap.27. vocat Abbatiale Cœnobium S. Theodori de Faſiolo, extra portam civitatis Januenſis, in via, quæ S. Petri de Arena nuncupatur, & vetuſtiſſimum. Ante annum 900. vocabatur S. Theodori, & S. Salvatoris. Congregationi ſeſe adjunxit Mortarienſi anno 1134. denique, per Nicolaum V. Papam anno 1451. fuit Congregationi Lateranenſi unitum. Anno 1481. Sixtus IV. Papa iſti Abbatiæ dedit bona ſuppreſſæ Abbatiæ S. Mariæ de Prævallo; ita idem Author. pag.701. Ann. 1624. ejus Abbas erat Joannes Paulus Larcarius.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Antonii, Diœc. Ilcinenſis, & Eccleſię Epiſcopali Pientinę per Pium II. Papam unitum, anno Pontificatûs 4. Sal.1461. ut teſtatur Codex Taxarum Cam. Apoſt. Ilcinum, ſive mons Ilcinus, vel Alcinus, vulgò *Montalcino* civitas in territorio Senenſi.

Abbatia titulo S. Mariæ de Ilice, Ord. S. Benedicti, Diœc. Cuſentinæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. & Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. In Calabria citeriori, in Compſanenſi Diœc. eſt etiam Abbatia tit. S. Mariæ de Illice, aliàs Silice, Ordinis S. Benedicti in Codice Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Joannis de Iliceto de Balnea, quod anno 1093. Rogerius Dux dedit Melphienſi Eccleſiæ: donationis litteras vide apud Ughellum tom. 1. pag.994.

vide

videtur eadem cum Abbatia S. Joannis, de qua ibid. pag. 993. Richerius Epiſcopus Melphienſis, qui ſedit anno 1213. Moniales S. Benedicti è vaſta ſolitudine, ſive ab Eccleſia Sancti Veneris ad Eccleſiam S.Joann. de Iliceto transtulit an. 1224. ibidem pag. 1002. Nota priùs omnes poſſeſſiones S. Joan. de Iliceto fuiſſe Eccleſiæ Melphienſi unitas; erat in provincia Regni Neapolitani, Baſilicatâ dictâ.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris de Iliceto, Diœc. Senenſis, tertio à Senarum civitate lapide, cujus primi cultores Senenſes cives Eremiticam vitam, ſub S. Benedicti Regula duxerunt,quâ relictâ an. 1231. ex Gregorii IX. Papæ indulto, S. Auguſtini Regulam accepere, ut refert Ughellus tomo 2. pag. 620. & 631. dicit Bonfilium Senenſem Epiſcopum, hujus monaſt. quod etiam Sylvæ lacus dicebatur Eccleſiam conſecraſſe in honorem B. Mariæ Virg. & S. Benedicti, hortante eodem Gregorio IX. qui ſedere cœpit anno 1227.

Abbatia titulo SS. Mariæ Annunciatæ de Jeſualdo, Congregationis Cœleſtinorum, Ordin. S. Benedicti. in Hirpinis, Diœc. olim Frequentinæ, nunc Abbellinenſis, in edito colle, non procul ab Anſanti Mephite, & quæ in campos Tauraſinos ſpectat, ubi Pirrus Epirotarum Rex, pro ſecunda vice, dubio Marte pugnavit, ædificatam illam fundavit anno 1335. Donatus quidam Epiſcopus Frequentinus, qui, & Eccleſiam conſecravit die 20. Octobris, & poſt ſuam mortem fratriſque ſui, illam ex aſſe hæredem fecit, in memoriam Cœleſtini V. Papæ, qui illum ad Frequentinum Epiſcopatum aſſumpſerat; ita Relatio MS. D. Guicciardini. In Principatu ulteriori.

Abbatia S. Mariæ de Immariis. Vide ſuprà litt. A. verbo S. Maria de Alto.

Imola civitas Epiſcopalis,quæ olim Forum Cornelii, ſive Forum Syllæ dicebatur, in Romandiola, apud Vatrenum fluvium, qui corruptè à vulgò Santrenus dicitur. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Matthæi Apoſt. Ordinis S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. de ea fit mentio ad annum 1126. & in Bulla Eugenii III. Papæ, datâ ann. 1151. ubi vocatur Sancti Apoſtoli in caſtro Imolæ, illamque confirmat Rodulpho Imolenſi Epiſcopo;ejus monachi an. 1202. in novam demigraverunt Imolam. Vide Ughell. to. 3. pag. 676. & 784. ſub eodem titulo S. Apoſtoli in caſtro Imolæ confirmatur Epiſcopo Imolenſi ann. 1215. ab Innocentio III. Summ. Pont. Idem Auth. tomo 7. pag. 1387. Data fuit in Commendam, & in ea à Secularibus Presbyteris Divinum celebratur Officium. Reperitur etiam ſub tit. S. Salvatoris.

II. Abbatia S. Mariæ in Regula, Ord. S. Benedicti, ita Codex Taxar. Cameræ Apoſt. de ea fit mentio ad annum 1126. & in Bulla Eugenii III. Papæ, datâ anno 1151. ubi illam confirmat Rodulpho Imolenſi Epiſcopo; ut Ughellus refert tomo 3. pagin. 676. Anno circiter 1202. Canonici hujuſce Eccleſiæ in novam Imolenſem civitatem demigravere, ibid. pagin. 684. Anno 1375. Ubertus Abbas S. Mariæ in Regula, Ord. S. Benedicti, & ſecundus fundator, ac reparator, in

ejus

ejus Eccleſia ſepulchrum S. Sigiſmundi Burgundionum Regis reparavit. Vide apud eundem, & eodem to. 3. pag. 687. & to. 9. pag. 950. fit etiam de illa mentio ad annum 1100. Anno denique 1564. Abbate Commendatario conſentiente, data fuit monachis Congreg. Montis Oliveti; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 190.

III. Abbatia tit. SS. Donati, & Pauli, Ord. S. Benedicti; ita Codex Taxar. Cameræ Apoſt. De ea loquitur Chronicon Vaticani, ad ann. 1126. Et Eugenius III. Papa in Bulla data anno 1151. apud Ughellum tomo 3. pag. 676. Hanc S. Donati Eccleſiam conſecravit Sinibaldus Imolenſis Epiſcopus, qui ſedit anno 1271. illam Canonicis ſuæ Eccleſiæ dono dedit Thomas Epiſcopus, qui ſedit an. 1249. Ibidem pag. 685.

IV. Apud Imolam Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Miſericordia, monialium, quod conſtruxit Thomas Epiſcopus Imolenſis, qui ſedit anno 1249. Vide Ughell. tom. 3. pag. 685.

Abbatia tit. S. Mariæ de Impartario, Ord. S. Benedicti, Diœc. Acheruntinæ; ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis; in Baſilicata, fortè ab *Imperatore* fluvio ſic dicta, Acheruntiæ ad Occaſum.

Abbatia S. Chriſpoldi, in Caſtro Imperiali. Vide ſuprà litt. B. verbo Bettonia.

Abbatia titulo S. Petri Inglaſſiati. Vide ſuprà S. Petri de Glaſſiate.

Abbatia de Inſula Barenſi, Ordinis Ciſtercienſis, & Diœc. Barenſis; ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. Eccleſiam omnium Sanctorum in Inſula, Diœc. Barenſis, à Bonifacio VIII. Summ. Pont. Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis unitam aſſerit Ughellus tomo 7. pag. 890. & pag. 9. in Regni Neapolitani provincia, *Terra di Bari* nuncupatâ. In Codice Taxarum D. Paſſionæi ſic legitur. Inſulæ ſeu omnium Sanctorum Baren. Ord. Ciſtercien.

Abbatia titulo S. Stephani Inſulæ Cabis, de cujus Abbate Savino mentionem facit ad annum 580. S. Gregorius Papa; ut obſervat Ughellus to. 6. pag. 747.

Abbatia titulo S. Clementis de Inſula Balvenſis Comitatûs, alia lectio, & verior habet Pennenſis Comitatûs; de qua Chronicon Caſinen. lib. 3. capit. 27. vide infrà litt. P. Sancti Clementis in inſula Piſcaria.

Abbatia Inſula dicta, Diœc. Camerinenſis, de ea in Codice Taxar. Cam. Apoſt. In Marchia Anconitana, in Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur Ord. S. Benedicti, & unita Congregationi Montis Oliveti, per Innocentium VIII. Papam, Pontificatûs anno 7. hoc eſt Sal. 1490.

Abbatia S. Joannis de Inſula Cornu. Vide ſupr. litt. C. S. Joan. de Carrectis.

Abbatia titulo S. Eugenii de Inſula Liguriæ, Ord. S. Benedicti, quam anno 992. Bernardus Savonenſis Epiſcopus, in cujus erat Diœceſi, dotavit; ut refert Ughellus tomo 4. pagina 1005. Poſtmodum, Diœc. Naulenſis facta, ab Innocentio IV. Summ. Pontif. anno 1245. fuit menſæ Epiſcopali Naulenſi unita, ita ut Epiſcopus Nauli ſimul S. Eugenii Abbas eſſet. Ibidem pag. 1374. Sita eſt hæc inſula juxta Naulenſem civitatem, in mari

Li-

Liguſtico, Ripariam prope Occiduam vulgò *di Ponente*.

Abbatia S. Mariæ de Inſula, Ord. ſeu Congreg. Camaldulenſis, Diœc. Foropopilienſis; ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ; cujus Abbatem Inſulanum vocat ad ann. 1432. Ambroſius Camaldulenſium Generalis, in ſuo Hodœporico pag. 46. in Æmilia, quæ nunc Romandiola.

Abbatia S. Mariæ de Inſula Pontiana. Vide infrà litt. P. de Pontio.

Abbatia tit. S. Mariæ de Inſulis, Diœc. Vicentinæ; ita Codex Taxar. Cameræ Apoſtolicæ, vocatur vulgò S. Mariæ à Cingulo de Inſulis, & Canonicorum eſt Regularium S. Auguſtini, Congreg. S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ; Ipſis data fuit ſub Pio II. Summ. Pont. anno 1462. ut refertur in Syllabo MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

Abbatia Inſula dicta, Diœc. Volaterranæ, quæ ad Collenſem Diœceſim tranſiit; ut aſſerit Ughellus; ipſa eſt Abbatia titulo S. Salvatoris *de Iſola*, Ord. S. Benedicti, ſive S. Salvatoris in *Chirmi* de Inſula, quæ Vulterranæ Diœceſi adſcribitur in Cod. Taxarum Cam. Apoſt. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo legit S. Salvatoris, & Quirini (in Codice corruptè in Chirmi) de Inſula, Ord. S. Benedicti. Illam anno 1001. Ava Mathilda Comitiſſa Ildebrandi relicta, Zenonis Comitis filia, tempore Adeodati II. Senenſis Epiſcopi, ædificavit, plurimis opibus locupletavit, ac dotavit, in honorem S. Salvatoris, B. Mariæ Virginis, S. Joannis Evangeliſtæ, & S. Benedicti, In loco, qui dicitur Inſula prope Burgum Novum, & monachis Ordin. S. Benedicti attribuit; fundationis inſtrumentum, ubi Abbas ſtatuitur à monachis eligendus, vide in Bullario Caſinen. to. 2. pag. 62. & apud Ughellum tomo 2. pag. 1262. Eugenius IV. Summ. Pont. an. 1446. illam monaſterio S. Eugenii prope Senas poſito perpetuò uniendam duxit; ita Ughellus ibidem pag. 625. excitata eſt in territorio Senenſi, ad lacum Inſulanum, nunc vulgò *Lagoni*, & Burgum Novum, nunc *Caſtro Novo*, quatuordecim paſſuum millib. à Volaterra, versùs Meridiem. Anno circiter 1645. Abbatiæ Inſulanæ Abbas Commendatarius erat Carolus Medices Cardinalis. Vide Ciaconium to. 4. pag. 428. Unitam Congreg. S. Juſtinæ de Padua per eundem Eugenium IV. anno 1437. aſſerit Codex Taxarum D. Paſſionæi; duaſque facit, primam S. Salvatoris in Chirmi, aliàs Etherme de Inſula, ſecundam S. Salvatoris de *Iſola*: unicam aſſerit vetus Codex Taxæ Cameralis; de *Iſola*, aliàs *Echerine*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Stephani de Inſula Parva, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Inſulanenſis, in Calabria ulteriori, cui omnia ſua jura Epiſcopalia remittit Matthæus Inſulanus Epiſcopus, anno 1239. Indultum ſuo diplomate aſſerit Innocentius IV. Papa anno 1243. vide apud Ughell. tomo 9. pag. 711.

Interamna, ſive Interamnum civitas Umbriæ, in Ducatu Spoleti, vulgò *Terni*, ſuper Neram *Nera* fluvium.

I. Ibi Abbatia, ſive Monaſterium extra muros, tit. S. Valentini, quod bonis locupletavit Nicolaus Papa,

Z erat

erat olim Regia Luitprandi Longobardorum Regis, nunc Cœnobium Carmelitarum Diſcalceatorum, ut videtur in Deſcriptione Topographica.

II. Extra muros Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Pauli, monialium Ord. S. Claræ, unitum per Bullam Pii II. Papæ menſæ Epiſcopali Interamnenſi; ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt.

III. Prope Interamnum, in loco dicto intra Turres, Abbatia, ſive Monaſterium Sanctârum Virginum, à S. Valentino primo Interamnenſi Epiſcopo conſtructum; ubi S. Agapes prima Abbatiſſa ejus conſanguinea inſtituta fuit, & cum S. Chionia ſorore, & aliis viginti octo virginibus ibidem martyrium paſſa eſt, anno 550. Sanctus Anaſtaſius Interamnenſis Epiſc. hoc monaſterium monialium, Ordinis S. Benedicti, reſtruxit; ubi vixit, & cum aliis viginti virginibus Sancta Donnina fuit coronâ martyrii donata. Præfatum tit. S. Agapes monaſterium dirutum eſt, reſiduâ tantùm in ejus honorem Capellâ; ut refert Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 286.

Abbatia tit. S. Quirici de Introduco, aliàs SS. Quirici, & Julittæ in valle Introduci, aliàs Antroduci, Diœc. Reatinæ, Ord. Præmonſtratenſis; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. In Bulla Lucii III. Papæ, datâ anno 1133. vocatur S. Quirici de Intrethoco, cujus Abbas erat quidam Senebaldus; in Chronico Richardi de S. Germano ad annum 1228. vocatur S. Quirici de Introduco; ejus Abbas fuit anno 1286. Joannes Buccanatius Cardinalis. Præmonſtratenſibus conceſſa eſt ſub Innocentio III. Summo Pontifice, qui obiit anno 1216. Ejus Abbas erat anno 1564. Commendatarius Joannes Franciſcus Carduccius Laquedonen. Epiſcopus. Vide Ughel. to. 6. pag. 1030. & to. 7. pag. 1316. de ea mentio fit in Bibliotheca Præmonſtratenſi, in Circaria Italiæ. *Interdoco* oppidum Aprutii ulterioris, ſuper *Velino* fluvium, tredecim mill. paſs. à Reate diſtans, versùs Orientem.

Abbatia, ſive Monaſterium monachorum, quod dicitur Sanctorum Joannis, & Pauli; ſic loquitur Urbanus II. Papa in ſua Bulla, datâ an. 1097. quâ aſſerit illud ſubeſſe juriſdictioni Epiſcopi Verulani. Vide Ughellum tomo 1. pagin. 292. In Latio, nunc *Campagna di Roma*.

Abbatia titulo S. Joannis, vulgò *B. di S. Gio*: quam Antonius Maginus, in mappa Dominii Florentini, collocat inter Florentiam, & Barberinum caſtrum, tribus paſſuum millibus à Barberino; videtur eſſe Diœceſis Feſulanæ.

Abbatia S. Mariæ de Jonuto. Vide infrà littera L. de Lamito, aliàs Jamito.

Abbatia tit. S. Mariæ de Joſaphat, aliàs Vallis Joſaphat, necnon S. Mariæ de Foſſis, vulgò *di Foſſi*, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Cuſentinæ, ut refertur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. illam Ordinis eſſe S. Baſilii aſſerit Sylveſter Maruli, in Syllabo Abbatiarum ejuſdem Ordin. in Calabria poſitarum, vide ejus Oceanum omnium Religionum mundi li. 1. pag. 68. extabat ante annum 1212. ad ejus Abbatem

batem ſcribit Honorius III. Papa anno 1218. ut obſervat Ludov. Lellus in Summario Privilegiorum Abbatiæ Montis Regalis num. 87. Omnes hujus Abbatiæ ſuffraganeas Eccleſias, tam in Sicilia, quàm in Calabria extantes Regio more ſub ſua Regia protectione ſuſceperunt Aloyſius, & Joanna Galli, litteris datis Meſſanæ anno 1357. & ejus Abbatem illarum omnium, tam Siciliensium, quàm Calabrenſium, caput, & monaſteriorum Generalem conſtituerunt; ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 259. Poſita eſt in Calabria citeriori, decem circiter paſſuum mill. à Cuſentina civitate Occidentem versùs æſtivum, & octo paſſuum mill. à Montalto, versùs Occidentem hyemalem, inter fluvios *Tunnara* ad Aquilonem, & *Leudo* ad Auſtrum altero milliario à littore maris Occiduo; ut exprimit Antonius Maginus in mappis.

Abbatia titulo olim Jovis Altæ. Vide nunc littera V. verbo Vallis Viridis.

In Iſclana inſula, vulgò *Iſchia*, olim Ænaria, Abbatia tit. S. Angeli de Pacia, Ordin. S. Benedicti. In Regiſt. Eugenii IV. Papæ, circa annum 1432. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi. Inſula Tyrrheni maris è regione Terræ Laboris, ſive promontorii Miſeni.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri Opineæ Novæ, in Iſchitella, quod Federicus II. Imperator confirmat Abbatiæ S. Mariæ de Pulſano. Inſtrumentum vide apud Ughellum tomo 7. pag. 1131. *Iſchitella* oppidum quindecim millibus paſſuum diſtans à monte Gargano, versùs Septentrionem, in Regni Neapolitani provincia, Capitanata dictâ.

Abbatia vulgò *Iſola* dicta, in Ducatu Urbini ſita; ut notat Antonius Maginus in mappis, quatuor paſs. millibus ab Eugubio diſtans, versùs Orientem, ac proinde Diœceſis videtur Eugubinæ.

Iſernia. Vide ſuprà litt. A. verbo Æſernia.

Abbatia titulo S. Eraſmi in Iſtro, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Cajetanæ extabat ante annum 879. ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicę, & eſſe videtur ea, quæ nunc vocatur S. Eraſmi. Vide Ughellum tomo 5. pagin. 1505. eadem quoque, de qua ſuprà littera C. S. Eraſmi de Caſtilio Novo, aliàs de Caſtellano; vocatur etiam S. Eraſmi de Itro.

Abbatia S. Michaëlis in Iſtria; vide infrà litt. P. apud Parentum.

Abbatia titulo SS. Petri, & Pauli de Itala, ſive Gitala, in Sicilia, Ord. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis, à Rogerio Magno Siciliæ, & Calabriæ Rege anno 1093. condita, & munificentiſſimè dotata, in oppido Itala, ſive Gitala fundata, quatuordecim mill. paſſuum à Meſſana civitate, versùs Meridiem, diſtante; cujus primus Abbas fuit Geraſimus ejuſdem Ordinis monachus; exempta fuit ab Epiſcopi juriſdictione. A fundatione Abbates habuit Archimandritæ Meſſanenſis ſuffraganeos, & ab anno 1420. Commendatarios. Abbas eſt Baro oppidorum Italæ, & Aly; fuerat antiquitus vetuſtiſſimum Oratorium Eremitar. Ord. Carmelitani, ſub SS. Trinitatis titulo, ut refert Rocchus Pirrus, lib. 4.

de Abbatiis Siciliæ notit. 14. Commendatarius Abbas erat annò 1556. Petrus Taliavia Cardinalis. Vocatur de Gitula in Bulla Alexandri III. datâ anno 1175. vide Bullarium tomo 1. pag. 64.

Abbatia tit. S. Laurentii in Italia, Ord. Ciſtercienſis, fundata an. 1174. ita Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis, qui Diœc. aut provinciam non exprimit.

Abbatia titulo S. Mariæ de Jubino, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Januenſis, quæ anno 1136. menſe Julio fundata aſſeritur à Carolo de Viſch, in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis: eſt alia S. Georgii de Jubino, ſed in Antiochia Syriæ, à Januenſibus dependens; de unica loquitur Codex Taxarum Cameræ Apoſt.

Abbatia tit. S. Guillelmi de Juglito, Ord. S. Benedicti, Diœc. Civitatis S. Angeli de Lombardis, in Principatu ulteriori Regni Neapolitani; ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo.

Abbatia titulo SS. Trinitatis de Juliana, vulgò *Giuliana*, in Sicilia, quam à fundamentis erexit, & ut Abbas rexit D. Leonardus Raguſa, ex eodem oppido oriundus, Ordin. eſt, ſive Congreg. Montis Oliveti; de ea Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 205. Giliana in regione, ſive valle di *Mazara* tredecim mill. paſs. à Sacca diſtans, versùs Boream.

Abbatia tit. S. Juliani, Diœc. Catacen. in Calabria ulteriori, de cujus Abbate Rogerio mentio fit an. 1122. & de altero Abbate ann. 1222. apud Ughel. tomo 9. pag. 502. & pag. 506. & 287. ubi vocatur Abbas S. Juliani de *Catanzaro* hoc eſt Catacio. Vide ſubſcriptiones Bullæ Calliſti II. Papæ apud Paulum Gualtieri de Sanctis Calabriæ lib. 1. pag. 230.

Abbatia tit. S. Juliani, quam pro dotatione Latini Epiſcopi Squillacenſis civitatis, in Calabria ulteriori ſitæ, dat anno 1096. Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ, ut ex donationis inſtrumento conſtat, apud Ughellum tomo 9. pag. 592. fortè non diverſa à precedenti, cujus Abbas fuit S. Lucas Ord. S. Baſilii; ut refert Paulus Gualtieri de SS. Calabriæ lib. 1. pag. 170.

Abbatia tit. S. Mariæ de Juſtitia, Congreg. Montis Orthoni, Diœceſis Tarentinæ olim Hoſpitium pauperum peregrinorum; ita Ughellus tomo 9. pag. 161. Huic unitum eſt monaſter. S. Mariæ de Petra, Marſicen. Diœc. ut fert Codex Taxarum Cam. Apoſt. Olivetanis data eſt hæc Eccleſia, extra muros civitatis ſita, ad inſtantes preces populi Tarentini, per Archiepiſcopum Tarentinum Cardin. de Aragona, de conſenſu Capituli, & de Summi Pontif. licentia ann. 1482. Dotem auxit ann. 1485. Pirrus *del Balzo* Princeps Altamuræ; auxerunt pariter Principes plurimi; fuit à Turcis an. 1520. omni Gazâ ſpoliata, ſed poſtmodum reparata; de ea vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 109.

Abbatia tit. S. Juſti, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Anglonenſis, fundata 7. Kal. Auguſti anno 1146. ut refert Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis; de ea pariter Gaſpar Jongelinus lib. de Abbatiis Italiæ ejuſdem Ord. num. 6. ubi addit filiam eſſe Caſæ Marii. In Regni Neapolitani provincia, Baſilicata dictâ.

Ab-

Abbatia titulo S. Juſti de S. Juſto, Ordin. S. Baſilii, Diœc. S. Marci, in Calabria citeriori in Regiſtro Eugenii IV. Papæ circa annum 1435. de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Juſtinæ, in Regno Neapolitano, cujus anno circiter 1598. Abbas erat Hieronymus Stranio Alexandrinus; ut refert Hieronym. Ghilini in Annalibus Alexandriæ, ad hunc annum num. 14.

Juvenacia, ſive Juvenatium, vulgò *Giovenazzo* Epiſcopalis civitas maritima Apuliæ Peucetiæ, nunc in terra *di Bari* dictâ, duodecim paſſuum millibus Bario diſtans, versùs Occidentem. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ, in civitate, cujus mentio fit apud Ughell. ad ann. 1130. vide tomo 7. pag. 980.

II. Abbatia, ſive Monaſterium vetuſtum, Ordin. S. Benedicti, monialium, quod ex littore maris, eo quòd à Turcis cum civitate direptum fuerat, intra civitatis mœnia tranſtulit Joannes Antolices de Ribera anno 1553. & in Eccleſia SS. Joannis, & Pauli novo conſtructo Cœnobio collocavit; vide Ughell. to. 7. pag. 998.

K

ABBATIA Sancti Kirici, vide infrà Sancti Quirici. Elementa etenim K, & Q. variè ab Authoribus uſurpantur.

L

ABBATIA titulo Sancti Joannis de Labra, Ord. S. Baſilii, Diœc. Miletenſis, in Calabria ulteriori; recenſetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. unita fuit Collegio Græcorum urbis Romæ, per Urbanum VIII. Papam, Pontific. anno 1. Sal. 1624. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi; in antiquo Codice Taxæ Cameralis legitur S. Joannis de Laura Seminaria in Bulla Alexandri III. Papæ, datâ anno 1175. vocatur monaſterium Sancti Joannis de Laurea, datque Pontifex poteſtatem Onuphrio Abbati Sancti Salvatoris Meſſanen. ibi Abbatem inſtituendi, & deſtituendi. Vide Bullarium tomo 1. pag. 64.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Petri de Lacu, territorio Balvenſi, oblatum circa annum 1060. Cœnobio Caſinenſi; ita Chronicon Caſinen. lib. 3. cap. 19. Id eſt Valvenſi, quod ſitum eſt in valle de Lacu, ibidem cap. 39. à S. Dominico Loricato fundatum,

datum, ante 43. annos, hoc eſt anno 1017. Valva, ſive territorium Valvenſe, in Aprutio citeriori, civitati Sulmonæ ad Meridiem. *S. Pietro* vicus quinque mill. paſs. à Sulmona, Occidentem hyemalem verſùs.

Abbatia tit. S. Mariæ de Lacu, ſive de Lacu Neſi, quia olim à B. Maria Virgine pluviam, ſive aquam ad modum laci obtinuerant populi, Ordin. primùm S. Baſilii, deinde ann. 1535. facta Ordin. S. Benedicti, condita, & dotata fuerat ante annum 1389. à quodam Petro Stupuri presbytero Græco, ad quam tranſierunt ex altero monaſterio vetuſto monachi Baſiliani, diſtat ab oppido Neſi 1500. paſſibus, ſita eſt in Diœc. Meſſanenſi, atque in regione, ſive valle *di Demona*; de ea loquitur Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 26.

Abbatia titulo S. Salvatoris, in loco, qui hodie dicitur Lagna, olim Lina, aliàs Alina, ſive Alena. In Comitatu Piſtorienſi, quam Otho III. Imperator, ſicut ſui fecerant prædeceſſores, Epiſcopo Feſulano an. 984. confirmat; ut obſervat Ughellus to. 2. pag. 280. eandem confirmationem ratam habet Corradus Imperator anno 1027. vide ibidem pag. 286. erat in Epiſcopatu Piſtorienſi, & ſubdita Abbatiæ S. Bartholomæi Feſulanæ; ibid. pag. 305.

Abbatia tit. S. Angeli de Lamola, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tipherni, ſive civitatis Caſtelli; in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. ſcribitur de Lamole, & perperam collocatur ſub Caſtellano Venetiarum Epiſcopatu. *Lamola* oppidum eſt in territorio Abbatiæ S. Angeli in Vado, cui unitum fuit cum ſuis Eccleſiis, anno 1636. ſtatim ut hæc fuit in Epiſcopalem erecta, ſed dubium reſtat, an fuerint duæ ab invicem diverſæ Abbatiæ, varias facit Anton. Maginus in mappis, hanc, quam appellat *dell' Amola* ſeptem paſs. mill. Occidentem verſùs hyemalem ab Abbatia S. Angeli in Vado collocans, & quatuor paſſuum millibus à Burgo S. Sepulchri, verſùs Boream.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Lamberti, cujus mentio fit in donatione Tereſii Longobardorum gentis Principis, factâ in favorem monaſterii S. Sophiæ, apud Beneventum ſiti, ut aſſerit ejuſd. S. Sophiæ Chronicon, apud Ughellum to. 8. pag. 751. ſitum videtur in Beneventano Ducatu; aut in Principatu ulteriori.

Abbatia tit. S. Lamberti, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Aletienſis, ſive Lycienſis, in Regni Neapolitani provincia Hydruntina, vulgò Terra *d' Otranto* nuncupatâ, tempore Eugenii IV. Papæ, anno circiter 1432. de ea Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Joannis in Lamis, corruptè in Codice Taxarum Cam. Apoſt. *in Laminis*, Ord. Ciſtercien. Diœc. Sipontinæ, hoc eſt Manfredoniæ, in Commendam dari ſolita, cui ſubeſt in temporalibus oppidum Sancti Marci, Ordinis olim erat S. Benedicti, & nullo medio ad Romanam Eccleſiam pertinens, quam Clem. V. Summ. Pontif. Abbatiæ Caſæ novæ, Diœc. Pennenſis reformandam tradidit, & eam Ordin. Ciſtercienſi perpetuò incorporavit, Bullâ datâ Pontificatûs anno 6. Salutis 1311. Vide Ughellum tomo 7. pag. 1145. Franciſcus Gonzaga Hiſt. Seraphicæ parte 2.

pag.

pag. 429. dicit hanc S. Joannis in Lamis Abbatiam, in Gargani montis ſolitudine ædificatam, ſub titulo etiam eſſe Sancti Matthæi, & anno 1578. à Gregorio XIII. Summ. Pont. fuiſſe Franciſcanis attributam. Illam eandem, olim S. Joannis de Lama dictam, Guillelmus II. Rex Siciliæ ann. 1177. dat Joannæ uxori ſuæ in honorem Dodarii; ut conſtat ex inſtrumento, quod refert Rogerius Hoëdent in Henr. II. Angliæ Rege. *Torre della Lama*, in provincia, Capitanata dictâ, decem paſſuum millibus Siponto diſtat, verſùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Joannis in Lamis, Diœc. Civitatenſis, ſive Marſici veteris, quæ ſimpliciter vocatur Civitas, cujus Sedes unita fuit Sedi Epiſcopali S. Severi, & proinde Ughellus, qui tomo 8. pag. 390. illam anno 1347. Diœceſis eſſe Civitatis dixerat, poſt Sedium unionem, anno 1580. factam illam Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſi S. Severi aſſignat, & in Commendam dari ſolitam, & Abbatiæ Caſænovæ, Diœc. Pennenſis, ejuſdem Ord. unitam; diverſa omnino eſt à præcedenti, utpote in alia Diœceſi, & diſtantiſſima ſita, erat in Regni Neapolitani provincia, quæ Baſilicata nominatur.

Abbatia titulo S. Joannis in Lamis, Diœc. Pennenſis; ut aſſerit Ughellus.

Abbatia tit. S. Joannis de Lamitto, aliàs de Jonuto, Ord. S. Baſilii, Diœc. Alexanenſis, ſive Leucadienſis, ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. In Salentinis, ſive in terra Hydruntina *d'Otranto*. In Codice Taxarum D. Paſſionæi ponitur ſub titulo S. Mariæ de Jamitto.

Abbatia titulo S. Angeli de Lamulis, Ord. S. Benedicti, nullius Diœceſis, ſicut aſſeritur in Codice Taxar. Cameræ Apoſtol. forſan eadem cum Abbatia S. Angeli de Lamola, de qua ſuprà. Urbanus VIII. illam incorporavit Diœceſi Urbanienſi, de qua nunc eſt, ut teſtatur Codex Taxarum D. Paſſionæi; eſt in Ducatu Urbini; erat antea Diœceſis Civitatis Caſtelli.

Lancianum, ſive Anſanum, vulgò *Lanciano*, civitas Archiepiſcopalis in Aprutio citeriori, non longè à *Feltrino* fluvio, abſque provincia, & ſuffraganeis, olim Archipresbyteratus ſub Theatino Epiſcopo. Ibi.

I. Abbatia olim titulo S. Ligorii, Ordin. S. Benedicti, quæ tradita eſt monachis. S. Joannis in Venere, ejuſdem Ord. anno 1204. quibus exactis, ab Innocentio III. Summ. Pontif. in Parochiam fuit erecta, poſtremò Sancti Franciſci ſodalibus ceſſit, concedente Anſani, hoc eſt Lanciani Archipresbytero, conceſſionem ratam habuit an. 1252. Landulphus Theatinus Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 6. pag. 979.

II. Ibidem, & nunc intra civitatem, Abbatia tit. S. Mariæ Novæ de Friſa, ſive Friſia; de qua vide ſuprà litt. F, verbo Friſia.

Abbatia tit. S. Petri de Landelina, aliàs de Landolina, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Nucerinæ, fundata, & dotata fuit anno 1090. per gentem de Atti, vocatur etiam S. Petri de Andolina, ut ad annum 1114. teſtatur Ughellus tomo 1. pag. 1118. Anaſtaſius IV. Summ. Pont. ſui Pontific. anno 2. Salutis verò 1154. confirmat donationem hujus monaſterii, à Comiti-

mitibus Monaldo Bucci filio, Rodulphoque Lamberti, & Comite Gentile Alberici filio factam Priori, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Fulginenſis, ut obſervat idem Ughell. citatus pagin. 748. Anno 1174. Anſelmus Fulginatis & Nuceriæ Epiſcopus Abbati Landulinę omnią reſtituit latifundia ibid. pagin. 1118. fuit anno 1323. per milites deſolata, & cum omnibus ſuis bonis Abbatiæ Saxivivi unita; ut teſtatur Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 311. nunc vicus eſt *S. Pietro Badia* dictus in Ducatu Urbini, & in confinibus Umbriæ, novem mill. paſſuum à Nuceria Umbriæ diſtans, Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia titulo S. Mariæ de Laniano, Ordin. Ciſtercienſis, Diœceſis Acheruntinæ in Apulia, *Cirenza* in Baſilicata, cujus fundator fuit Robertus Comes Licii; ut refert Gaſpar Jongelinus lib. de Abbatiis Italiæ numero 4. fundatam anno 1199. aſſerit Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſd. Ordinis.

Abbatia S. Georgii de Lapi prope Senas. Vide verbo Senis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Trinitatis de Lapidaria; in Comitatu Theatino, quod Alexander III. Papa Pontific. anno 6. Salutis 1166. & Cœleſtinus Papa IV. Pontific. an. 1. Sal. 1191. confirmant Abbatiæ Sancti Clementis inſulæ Piſcariæ, aliàs Caſauræ; ut refert Ughellus tomo 6. pag. 1314. & 1317. In Aprutio.

Abbatia titulo S. Urbani de Lapiro, quæ anno Sal. 1431. adjudicata eſt Abbatiæ Vallis Caſtri, Ordin. ſive Congregationis Camaldulenſis, per Bullam Eugenii IV. Papæ datam Romæ 12. Kal. Martii ſui Pontificatûs an. 1. ut refertur in Hiſtor. Camaldulenſi, parte 2. lib. 3. capit. 26. anno 1470. Abbas erat S. Urbani de Lapiro quidam Julianus. Ibidem lib. 4. cap. 29.

Abbatia S. Petri de Lardeſchio, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Imolenſis, recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſtol. videtur eadem cum Abbatia de Derchia, in provincia Romandiolæ, de qua ſuprà litt. D.

Abbatia S. Laurentii de Lardenſeca. Vide ſuprà verbo S. Laurentii de Anderta.

Abbatia de Laſtella. Vide ſuprà litt. A. verbo Avilianum.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Trinitatis ad Laſtram, in Diœc. Feſulana, quod monialibus Ordinis Ciſtercien. fundavit Maſſinus de Melioribus, tempore S. Andreæ Corſinii Epiſcopi Feſulani, qui ibi altare Sancti Bartholomæi conſecravit an. 1361. ſed, monialibus extinctis, jura monaſterii ad Septimianam ejuſdem Ord. tranſierunt Abbatiam; ut refert Ughellus tom. 2. pag. 330. *Laſtra* in Etruriæ Dominio Florentino, non longè ab Arno flumine, novem paſſuum mill. à Feſulana civitate, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia S. Mariæ de Laſtreto. Vide infrà litt. S. de la Scerta.

Abbatia titulo S. Nicolai de Latina, in Sicilia, Diœc. Agrigentinæ, in Regali civitate Sacca, quæ olim Thermæ Seluntiorum dicebatur, ad radices montis, non longè à mari Africano, in regione, ſive valle *di Mazara*, recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; de hac tamen ſilet

Roc-

Rocchus Pirrus in notitiis Eccleſiarum Siciliæ.

Lauda, ſive Laus Pompeja, vulgò *Lodi*, Epiſcopalis civitas Inſubriç, in Mediolanenſi territorio, ſuper *Lambrone*, fluvium. Ibi Lauda vetus, & Lauda recentior ad *Addu* fluvium.

I. Abbatia tit. S. Petri de Lande veteri, Ord. S. Benedicti, ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. Hanc Eccleſiam, ejus Clericis deprecantibus, in monaſterium erigendi à Ludovico Pio Imperatore poteſtatem accepit Racletus Laudenſis Epiſcopus, ſive adminiſtrator, & plurimis bonis ditavit, & privilegiis mirum in modum locupletavit anno 831. ut aſſerit Ughellus tomo 4. pag. 895. qui pag. 896. aſſignat anno 851. Illi Abbatiæ anno 972. privilegia, & immunitates conceſſit Andreas Epiſcopus Laudenſis, ac dicit ſecus mœnia civitatis ſitam, & tunc Luitprandum eſſe Abbatem; noviſſimè per Gregorium XIII. Summ. Pontif. ejus bona, ſive redditus unita ſunt Collegio Urbis Germanico ad S. Apollinarem.

II. Abbatia titulo S. Mariæ de Cerreto, prope Laudem Pompejam, quam Codex Taxarum Cam. Apoſt. ponit ſub tit. S. Petri, Ordin. Ciſtercienſis, in Lombardia, quam anno 1136. quarto Kalendas Junii fundavit Albertus Oldradus nobilis Mediolanenſis, opulentoque cenſu auctam S. Bernardo Ord. fundatori attribuit; ut aſſerit Ughellus tomo 4. pag. 907. qui in Appendice fatetur fuiſſe antea Ord. S. Benedicti, nominatque Gerardum Abbatem ad annum 1117. & ab Innocentio II. Summo Pontifice anno 1139. traditam monachis Ciſtercienſibus, quorum quidam Bruno fuit primus Abbas. Data eſt an. 1481. in Commendam ſub titulo Abbatiæ S. Mariæ, & S. Petri, vocatur etiam de Canuto.

III. Abbatia tit. S. Marci in civitate Laudenſi, ut refert Ughell. to. 4. pag. 892.

IV. Abbatia tit. S. Baſſiani, extra muros Laudenſes, in Commendam dari ſolita; ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt.

V. Abbatia in civitate, ſub tit. S. Chriſtophori, Congregat. Montis Oliveti, fuerat antea Humiliatorum Ordin. S. Benedicti, & in Commendam dari ſolita, anno verò 1552. tradita eſt monachis Olivetanis, quam ejus Abbas localis D. Gaſparus Mediolanenſis à fundamentis reſtruxit anno 1574. & anno 1587. fabricâ completâ, Regularis Obſervantia per ejus Abbatem D. Ambroſium Laudenſem inſtituta eſt. Vide Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 170.

VI. In agro Laudenſi, Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Viti, & Modeſti, fundatum ann. 1019. ab Ildebrando filio quondam Agini, qui, & Otho de loco Commatio, & Rolendâ filiâ quondam Comitis Lanfranchi ejus uxore, & ex voluntate fundatorum unitum Eccleſiæ S. Sepulchri Hieroſolymitani; ut obſervat Ughell. tomo 4. & in appendice ad pag. 908. unitum reperit Abbatię Laudenſi Sanctæ Mariæ, & S. Petri de Cerreto.

VII. Abbatia titulo SS. Angeli, & Nicolai, Ord. S. Benedicti, Diœc. Laudenſis, recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. ut unita Congreg.

Montis Oliveti, propter bellorum tumultus monachi manſerunt in Hoſpitali S. Blaſii, ſed anno 1523. concremato hoc monaſterio, tranſierunt ad monaſterium S. Mariç Annunciatæ in eodem Burgo poſitum, quod cùm anno 1524. flammis pariter abſumptum fuiſſet, ac poſtea reparatum, tandem an. 1554. penitus deſtructum eſt. Hæc ſatis confuſè refert Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 76. ipſamet eſt Abbatia de Villa Nova dicta, de qua vide infrà litt. V. hoc verbo.

VIII. Abbatia titulo S. Bartholomæi, Diœc. Laudenſis, unita Congregationi Lateranenſi, ut reperitur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. erat prius Ordinis, ſeu Congregationis Cruciferorum, prope Laudam civitatem, unio iſta facta eſt per Sixtum IV. Papam anno 1482. eique eſt unita Abbatia S. Mariæ de Riolo, ſive Oriolo, monialium Ordinis Ciſtercienſis, earum Abbatiſsâ Aloyſinâ ultrò cedente; ſed anno 1540. muniendæ civitatis causâ, ſolo æquatum eſt Cœnobium; intra civitatem ſeſe receperunt Canonici, quibus an. 1545. data eſt S. Romani Parochialis Eccleſia; ut refert Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. cap. 32. pag. 701. ſilet tamen de titulo Abbatiali.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ in Laurentiatico, ultra fluvium Gallicum, non longè à monaſt. S. Domnini in curte Argellæ, de quo circa annum 1096. Chronicon Caſinenſe lib. 4. c. 18. in Calabria ulteriori.

Abbatia tit. S. Petri de Lavellana. Vide ſuprà littera A. S. Petri de Avellana.

Abbatia in caſtro Sancti Laurentii, Diœceſis Caputaquenſis *Capaoro*, in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dicta; de qua Ughell. tom. 7. in deſcriptione Caputaquenſis Eccleſiæ. *S. Lorenzo* octo millibus paſs. à Capaccio Novo diſtat, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Laurentii in Italia, Ord. Ciſtercienſis; fundata an. 1114. verba ſunt Caroli de Viſch, in Indice Abbatiarum ejuſdem Ord. qui Diœceſim non exprimit.

Abbatia tit. S. Laurentii d'Apici, Diœceſis Beneventanæ, cujus Abbas uſum habebat Mitræ, & Baculi Paſtoralis, & de quo mentio fit in Synodo, habitâ anno 1374. per Hugonem II. Beneventanum Epiſcopum; ut refertur à Pompeo Sarnelli pagin. 132. vulgò *Apice* in Principatu ulteriori, ſeptem mill. paſſuum Benevento diſtans, versùs Orientem.

Abbatia tit. S. Petri de Laureto, de cujus Abbate mentio fit in Chronicis Abbatiæ S. Petri de Carpineto libro 5. Vide apud Ughellum tomo 6. pag. 1264. *Loreto* oppidum trib. paſs. millibus à civitate Pennenſi, versùs Orientem; veroſimile eſt de hoc loco intelligi, qui ſicut Carpinetum Diœc. Pennenſis eſt, & in Aprutio ulteriori.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti in Lauriano, & S. Scholaſticæ, juxta fluvium, qui dicitur Tabe, in Comitatu Pinnenſi. Ord. Sancti Benedicti, ante annum 884. de quo ſermo eſt in Chronico Caſinenſi lib. 1. cap. 45. & ſic erat in Aprutio ulteriori.

Abbatia titulo S. Lazari, aliàs Nazarii, Ordinis S. Benedicti, Diœc.

Urbinatenſis ; ut fert Codex Taxar. Cam. Apoſt. extra muros Urbini ; vide infrà litt. V. hoc verbo.

Abbatiæ in *Lecce*, vide ſuprà verbo Aletium, & infrà verbo Lycium.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Lemenæo, ad quod Philibertus Taurinenſis Archiepiſcopus Ciſtercienſes Congregationis S. Bernardi advocavit, anno circiter 1620. ut refert Ughellus tomo 4. pag. 1487. hinc collige Diœc. eſſe Taurinenſis, & in Pedemontio.

Abbatia tit. S. Mariæ de Lendinara, Ordin. ſive Congregationis Montis Oliveti ; occaſione Imaginis miraculoſæ B. Mariæ Virginis fuit ibi anno 1576. à Julio Cerrano Adrienſi Epiſcopo, poſtea Cardinale monaſterium conſtructum, quod anno 1578. fuit monachis Olivetanis attributum ; ut atteſtatur Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 192. de hac Abbatia ſita in *Poleſino di Rovigo*, dicta Lendenara loquitur ad annum 1405. Hieronymus *della Corte* in Hiſtoria Veronæ, part. 2. pag. 257. hinc colligi poteſt alterius antea fuiſſe Ordinis ; diſtat Rodigio ſexdecim paſſuum millibus, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Benedicti de Leno, aliàs de Leone, unde dicta eſt Leonenſis Abbatia, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Brixienſis, ut recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ in ejus Eccleſia fuerant anno 759. corpora duorum filiorum S. Felicitatis mart. recondita ; de ea Ughell. to. 4. pag. 754. Conſtructa eſt anno 762. per Deſiderium Longobardorum Regem (ut obſervat Helia Caurioli in Hiſtoriis Brixianis lib. 3. pag. 52.) qui Rex marmoream Eccleſiam extruxit, poſitiſque quinquaginta monachis, Abbatem conſtituit Hermoaldum Brixienſem, plurimiſque redditibus dotavit. Anno 768. conſecrata eſt Eccleſia in honorem S. Benedicti, & SS. Vitalis, & Martialis martyrum, S. Felicitatis filiorum ; ut afferit idem Author lib. 5. pag. 84. fuit poſtea ab Imperatore Conrado II. ſolo æquata.

Abbatia, ſive Monaſterium monialium, in oppido Lenta, cui aliqua bona contulit Anſelmus Vercellenſis Epiſcopus, qui ſedebat tempore Innocentii II. Papæ anno circiter 1132. ut refert Ughellus tomo 4. pag. 1074. litt. D. veroſimile eſt in Diœceſi fuiſſe Vercellenſi.

Abbatia tit. S. Leonardi de Acuto, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Aretinæ, de qua loquitur vetus Codex Taxæ Cameralis ; in Etruriæ Dominio Florentino.

Abbatia tit. S. Leonardi, in Apulia, cujus Abbas erat Taddæus Gattus Florentinus, factus anno 1535. Cuſentinus Archiepiſcopus ; ut refert Ughell. tomo 9. pag. 346. non diverſa eſt ab Abbatia S. Leonardi, Ordinis militum Theutonicorum, à Federico II. Imperatore fundata, & plurimis opibus dotata, & omnium, quæ in Italia ſunt, Abbatiarum opulentiſſima, quæ datur in Commendam, cujus Eccleſiam reſtituit Franciſcus Cardin. Barberinus Abbas Commendatarius. Idem Ughellus tomo 8. pag. 319. de prælaudato Taddæo Gaddo ejus anno circiter 1570. Abbate, Ciaconius tomo 3. pag. 855. Diœc. eſt Sipontinæ ; ut obſervat Ughellus tomo 7. paginâ 1106.

Abbatia tit. S. Leonardi, in Diœc. & agro Gataceſi, cujus Abbas dicebatur Archimandrita, unde clarum eſt fuiſſe olim monachorum Græcorum, Ordin. S. Baſilii; apud Ughell. tomo 9. pag. 484. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo verbo Cathacen. ſcribit. S. Leonardi Ord. S. Baſilii; ſita eſt in Calabria ulteriori. Codex Taxarum D. Paſſionæi dicit illam eſſe Ordin. Ciſtercienſis, & unitam Collegio Societatis Jeſu Catacenſis civit. anno 1580.

Abbatia tit. S. Leonardi, Diœceſis Inſulanenſis, in Calabria ulteriori; de qua Ughellus tomo 9. pag. 710.

Abbatia titulo S. Leonardi, Ord. S. Baſilii, Diœc. Catanienſis in Sicilia; ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. altum tamen de ea apud Rocchum Pirrum ſilentium, in libro de Abbatiis Siciliæ, & in Catalogo Abbatiarum extantium ejuſdem Ord. apud Sylveſtrum Maruli, qui ſcripſit anno 1613. unde concludi poteſt jam fuiſſe exciſam; flumen eſt S. Leonardi apud Leontinos, non longè ab agro Catanienſi, qui poteſt eſſe qualecunque iſtius Abbatiæ veſtigium.

Leonicum, vulgò *Lonigo* oppidum, in Diœceſi Vicentina, & in ejus territorio, ſuper *la Gua* fluvium, tredecim mill. paſs. à Vincentia, versùs Meridiem. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Mariæ de Leonico, Ordin. ſive Congreg. Montis Oliveti, ut aſſerit Pax Jordanus, & ipſe Vicentinus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Erat primitus Eccleſia ſub tit. S. Petri Lamentenſis, quæ, propter miraculoſam Imaginem B. Mariæ Virg. ejus titulum eſt adepta, & data Abbatiæ S. Mariæ de Organo; atque anno 1117. Sacerdoti illam adminiſtranti datus eſt Abbatis titulus; & anno 1479. ſimplex evaſit beneficium. Tandem S. Mariæ de Organo, & monachis Olivetanis reſtituta; de qua vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 148.

II. Abbatia antiqua tit. S. Mariæ de Fonte, monialium Ord. S. Baſilii, cujus anno 1530. cedente Franciſcâ de Canis Leonicenſi Abbatiſsâ, introductæ ſunt Clariſſæ moniales, & annuente Clemente VII. Papâ à fundamentis reſtructa fuit Eccleſia, in honorem S. Mariæ Virg. & S. Marci Evangeliſtæ; ut ſcribit Franciſcus Gonzaga in Hiſtoria Seraphica part. 2. pag. 323.

III. Abbatia titulo SS. Firmi, & Ruſtici, prope Leonicum. Vide infrà verbo Verona num. VII.

Abbatia tit. S. Leontii, quam anno 1096. Rogerius Comes Siciliæ, & Calabriæ concedit, ad fundandum Epiſcopum in civitate Squillacenſi ulterioris Calabriæ; inſtrumentum donationis vide in Ughello tomo 9. paginâ 592.

Abbatia tit. S. Leontii mart. ſex mill. paſſuum ab Urbe Roma diſtans, de qua loquitur S. Gregorius Papa libro 9. epiſt. 73. extabat ante ann. 601.

Abbatia titulo S. Juliani, & Sanctæ Mariæ de Lepida, aliàs Lepia, ſive Lepeja, nec non Epia, Diœc. Veronenſis; in Codice Taxar. Cam. Apoſt. legitur S. Juliani de Alepia; cujus Eccleſiam Urbanus III. Summus Pontifex (qui ſedit ab anno 1185. ad annum 1187.) conſecravit, & per Archiepiſcopum Ravennatem Abbatiſſam

tiſſam monialium, quarum monaſt. erat, conſecrari fecit, ann. 1186. modum hujus conſecrationis habes apud Ughellum tomo 5. pag. 760. & 762. ſed exactis monialibus, quæ Ordinis erant S. Benedicti, unita eſt Abbatiæ Veronenſi tit. SS. Nazarii, & Celſi; ut refert Hieronym. Fabri *nelle Sagre memorie di Ravenna* pag. 495.

Abbatia tit. S. Thomæ de Lemo. Vide ſuprà litt. C. verbo Cremona numero I.

Abbatia titulo S. Petri in Leſſolio, Ordin. S. Benedicti, unita fuit Congregationi Ciſtercienſi, videlicet monaſterio Clarævallis Mediolanenſi, Diœc. eſt Papienſis, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. verbo Mediolanen. & verbo Papien. non videtur diverſa à monaſterio S. Petri in Legolio, unito Metropolitanæ Eccleſiæ Mediolanenſi, ut ſcribitur in eodem Codice.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Lecto, vulgò *allo letto* quod cum Eccleſia, & cellis Actoni Epiſcopo Theatino concedit Borellus Borelli filius anno Sal. 1065. ut obſervat Ughellus tomo 6. pag. 849. quod poſtmodum Theatinis Epiſcopis confirmant Summi Pontific. Paſchalis II. anno 1115. Alexander III. ann. 1173. & Innocentius III. anno 1208. quorum Bullas refert Ughellus ibidem paginâ 869. 877. & 886. *Letto* vicus viginti duobus millibus paſſuum à civitate Theatina diſſitus, in Aprutio citeriori.

Leucopetræ Abbatia, Ord. S. Baſilii, in Calabria, cujus eſt oppidum, cujus Abbatiæ Abbas fuit S. Geraſimus, qui ibidem obiit 14. Junii anno 455. ut obſervat Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 127.

Abbatia prope Liburnum Canapitii caſtrum, Diœc. Caſalenſis, titulo S. Mariæ de Lucedio, à matre Abbatia S. Michaëlis de Lucedio nomen adepta, & à Bonifacio Montisferrati Marchione circa annum 1050. fundata, & à Raynerio ejus nepote amplis opibus ditata anno 1226. reſervato ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus patronatûs jure; fuit primitus Ordin. S. Benedicti, deinde, operante S. Bernardo, Ciſtercienſes in eam fuerunt an. 1123. introducti; hujus Abbas fuit Oglierius de Tridino, inter beatos recenſitus, vide Ughellum tomo 4. pagin. 1053. Ejus Abbas fuit Commendatarius Theodorus Palæologus Cardin. circa annum 1470. vide Ciaconium tom. 2. pag. 1112. primitus fuit Diœc. Vercellenſis, *Livorno* oppidum in locis paluſtribus poſitum, ſeptem paſſuum millibus ab Abbatia S. Michaëlis de Lucedio, versùs Solis Occaſum, & viginti ſeptem à Caſale; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ verbo Caſalen. ubi vocatur S. Mariæ de Lucidio; à vulgo *del Seggio*, quaſi *de lo Sedio* per corruptionem à voce Lucedii, aut Locedii.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Liberati, cujus monachus erat anno 1055. Joannes Felertanus Pennenſis Epiſcopus; ut refert Ughell. to. 1. pag. * 50.

Abbatia tit. S. Leonardi, in cacumine montis, in loco Liciniano dicto; ubi anno 1175. conſtructa eſt Eccleſia extra civitatem Salernitanam. Vide infrà verbo Salernum.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo

S. Ma-

S. Mariæ de Liciano, aliàs de Liziano, cui Gozalinus Comes Laureti multa bona dederat; quæ omnia anno 1169. præfato monaſterio confirmat Oderiſius Pennenſis Epiſcopus. Vide apud Ughell. tomo 7. pag. 1315. concludit fuiſſe Diœc. Pennenſis, in Aprutio ulteriori.

Abbatia titulo S. Mariæ de Licodia, in Sicilia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Cataníenſis; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. de ea Rocchus Pirrus in notitia ſua Eccleſiæ Catanienſis, & paſſim lib. 4. de Abbatiis Siciliæ. Licodia oppidum in regione, ſeu valle *di Noto* ad fontes Mazzaruni fluvii, triginta quinque mill. paſs. à Syracuſa civitate diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia titulo S. Petri de Licuſati. Vide ſuprà littera C. S. Petri de Cuſato.

Abbatia tit. SS. Trinitatis de Ligano, Ordin. Ciſtercienſis, Diœceſis Roſſanenſis; ut refertur in veteri Codice Taxæ Cameralis. In Calabria citeriori.

Abbatia titulo Sanctiſſimæ Trinitatis de Ligno Crucis; olim in Diœc. Roſſanenſi in Calabria citeriori, Ord. Ciſtercienſis; ut refert Ughellus to. 9. pag. 381. diverſam non arbitror ab Abbatia S. Trinitatis, de qua Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſd. Ordin. fundata in Calabria an. 1185. ſed quam perperam collocat in Diœc. Regienſi. Noſtram opinionem firmat Epocha, vide eundem Ughell. ibid. pag. 391. cujus hæc ſunt verba. Sita erat hæc Abbatia inter hujus (Roſſanenſis) Diœceſis oppida Coriolani, vulgò *Curigliano*, & Acri, in montibus, deinde ex frigidiori cœlo ad mitius duobus milliaribus à Coriolano tranſtulerunt, & novam ædificaverunt Abbatiam, olim divitiis, ac privilegiis, tum Roſſanenſium Archipræſulum, tum à Calabriæ Ducibus liberalitate exornatam; *hæc ille* ejuſdem Ordinis. *Curigliano* ſex paſs. mill. Roſſano diſtat, versùs Occidentem; *Acri* verò octo paſs. millibus à *Curigliano*, versùs Meridiem. Indè ſitum Abbatiæ collige.

Apud Lilybæum, quæ nunc *Marzalla*, in Sicilia, Abbatia, ſive Monaſterium, ab Illuſtriſſima fœmina Adeodata conditum, cujus etiam prima Abbatiſſa fuit. S. Gregorius Papa ad eam ſcribit epiſt. 62. 63. 64. lib. 8. conſtructum erat in honorem S. Petri Principis Apoſtolorum, & SS. martyrum Laurentii, Hermetis, Pancratii, Sebaſtiani, & Agnetis.

Abbatia, ſive Monaſterium Abbatiale titulo S. Angeli de Limiſano, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Aſſiſienſis; condita fuit à civibus ejuſdem loci an. circiter 1163. ſed à militibus poſtmodum deſolata, unita fuit de licentia Joannis XXII. Papæ, qui ſedere cœpit anno 1316. Abbatiæ Saxivivi, cujus tandem evaſit membrum, & Abbas Commendatarius ſimplicem ibi Rectorem mercede conductum habet; ut aſſerit Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 284. & 315. *Limigiano* oppidum in Umbria, octo paſſuum mill. Aſſiſio diſtans, versùs Meridiem, & paulò ad Occaſum.

Abbatia tit. S. Bartholomæi de Linario, Ord. S. Benedicti, Diœc. Lunenſis; recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo legit de *Lunario*. Sita,

Sita, ut Diœceſis, in Liguriæ, & Etruriæ confiniis. Unita fuit fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini per Gregorium XIII. Papam, ut aſſeritur in Codice Taxarum D. Paſſionæi; in veteri Codice Taxæ Cameralis dicitur S. Bartholomæi *del mari*.

Abbatia tit. S. Bartholomæi in Lipara inſula, Ord. S. Benedicti, quam Eugenius III. Summ. Pont. an. 1094. in Cathedralem Eccleſiam erexit, ſub Meſſanenſi Archiepiſcopo, & ab Urbano VIII. Papa facta eſt S. Sedi immediatè ſubjecta. Illam Rogerius Nortmannus Siciliæ Comes, expulſis Saracenis, anno 1088. magnificentiorem excitaverat; hujus Comitis donationem Ambroſio Abbati factam, & Urbani II. Papæ confirmationem de anno 1091. vide in Appendice Ughelli to. 3. pag. 1047. *Lipara* Æoliarum, ſive Vulcaniarum inſularum præcipua, à qua cæteræ Liparenſes ſunt appellatæ, in mari Tyrrheno, inter Italiam, & Siciliam.

Abbatia S. Michaëlis de Liſico. Vide ſuprà S. Mich. de Brolo.

Abbatia titulo S. Nicolai de Liſſa, Ord. S. Benedicti, Diœc. Placentinę, de qua in Regiſtro Clem. Papæ VII. circa annum 1526. Ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia de Locedio. Vide infrà de Lucedio.

Abbatia S. Mariæ de Loco Sano. Vide ſuprà litt. B. verbo Beneventum num. XIII.

Abbatia Lomaquenſis, cujus Abbas Andreas anno 1245. ſubſcribit donationi Bertholdi Patriarchæ Aquilejenſis, Canonicis ſuis Aquilejenſibus factæ, quam refert Ughellus tomo 5. pag. 91. hinc colligi debet Diœceſis fuiſſe Aquilejenſis. Codex tamen Taxarum D. Paſſionæi refert Abbatiam S. Mariæ de Lumaga, aliàs de Cinago, Diœceſis Concordienſis vicinæ, Ordin. S. Benedicti, haud dubiè *Sumaga* oppidum tribus paſſuum millib. Concordiâ diſtans, Occidentem æſtivum versùs, ſuper Regona fluvium; Pax Jordanus legit Sumaquenſis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Agathæ de Lomello, monialium, Diœc. Papienſis; ut refert Ughellus tomo 4. pagin. 899. ubi dicitur fuiſſe olim Diœc. Laudenſis, & ſub regimine Abbatiæ S. Petri veteris Laudæ; forſan ea, quæ in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ dicitur S. Agathæ de Ovollo, unita Congregat. Lateranenſi, de qua infrà. *Lumello* oppidum, à quo parva regio *Lumellina* dicta, in territorio Papienſi, ſuper *Gogna* fluvium, viginti duobus paſſuum millibus Papiâ diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia de Lomico, aliàs Lomito, Ordinis S. Baſilii, Diœc. Alexanenſis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. & vetus Codex Taxæ Cameralis; in Regni Neapolitani provincia, Terrâ Hydruntina *d'Otranto* dictâ, eam adhuc vocat S. Mariæ de Lamico.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Longæ, à longitudine ædis ſic appellatum, olim ſub tit. S. Mariæ Novæ, in Nuſcana Diœc. ſitum; quod aliqui ſcribunt à S. Amato primo Nuſcano Antiſtite conditum, qui deceſſit anno 1093. vide Ughellum to. 5. pag. 750. ſita eſt in Principatu ulteriori; forſan Abbatia ejuſdem Diœceſis

tit.

tit. S. Mariæ de Fimigliano, Ordinis S. Benedicti, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia de Longlaudis dicta, Diœceſis Caſtellanetenſis, in Regni Neapolitani provincia, Baſilicatâ nuncupatâ; recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, Ordin. eſt S. Benedicti.

Abbatia tit. S. Mariæ de Longo, Ordinis S. Baſilii, Diœc. Caſſanenſis, in Calabria citeriori: de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. forſan eadem cum Abbatia S. Mariæ de Fontibus, de qua ſuprà prope Caſale Lungrum poſita, & errore amanuenſium de Longro pro de Lungro ſcriptum; extabat an. 1550. taxata eſt anno 1675. ita Codex Tax. D. Paſſionæi. *Lungro* vicus novem millib. paſſuum Caſſano diſtat, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini de Longobardis, unitum Abbatiæ S. Pancratii, Diœc. Tudertinæ, per Bullam Pauli II. Papæ Pontificatûs anno 6. Sal. 1470. ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia tit. S. Theoneſti de Lonzano, Ord. ſive Congreg. Camaldulenſis, Diœceſis Ariminenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; hoc monaſterium de juriſdictione Epiſcopi Ariminenſis eſſe declarat Lucius II. Papa, Bullâ datâ anno 1144. apud Ughellum to. 3. pag. 423. unita eſt menſæ Capitulari Ariminenſi, de ea meminit Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico pag. 50.

Abbatia, ſive Monaſterium Lubenſe, Ordinis Canonicorum Regularium, juxta fluvium Annum, Diœceſis Patavinæ, fundatum ab Altemano ex Comitibus Bavaris Tridentino Epiſcopo, qui anno 1130. obiit, & in ejuſdem monaſt. Eccleſia ſepultus eſt. Vide Ughell. tomo 5. pag. 513.

Luca, vulgò *Lucca* civitas Epiſcopalis; olim Etruriæ, nunc Reipublicæ, ſive Statûs ſui caput, ſuper Auſerim, & Sartulum *Serchio* fluvios. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Frigidiani, qui Epiſcopus Lucenſis factus, Eccleſiam in honorem S. Vincentii extruxit extra muros civitatis, quam, ejuſdem civitatis prolatis finibus, hodie novi muri circumdant, prope quam etiam monaſterium fundavit, ut ibi cum ſuis Canonicis regularem convictum excoleret; in hac Baſilica tumulatus fuit anno 578. quam poſtea in memoriam hujus S. Frigidiani placuit appellare. Deinde Pertericus Rex Longobardorum, non longè exorſus eſt ædificare Eccleſiam Sancto Frigidiano dicandam, quam poſtea Cumpertus ejus filius magno cenſu dotatam abſolvit anno 690. quæ uſque hodie Canonicis Regularibus Ordin. S. Auguſtini pro domicilio eſt, cum altera Frigidiana Eccleſia conjuncta, opibuſque ſociatis, unita eſt Congregationi Lateranenſi; hæc refert Ughellus tomo 1. pag. 845. In hoc Templo ſepultus eſt S. Richardus Rex Britanniæ, de quo vide Baronium in Annalib. tomo 9. de hac Abbatia Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

III. Abbatia, ſive Monaſterium, quod Bernardus cognomento Benzo in Eccleſia S. Michaëlis ad forum dicta extra muros Lucenſes ædificavit, & plurimis prædiis, & opibus auxit,

quæ

quæ à Chonrado Imperatore an.1027. Joanni Lucenſi Epiſcopo ad monaſterii ædificationem confirmantur; ut aſſerit Ughellus tomo 1. pag. 858.

III. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Georgii, infrà civitatem, quod vir nobilis Rolandus obtulit circa annum 1080. Caſinenſi Cœnobio. Vide Chronicon Caſinenſe lib. 3. cap. 61. de Abbate, & monachis S. Georgii Lucenſibus, ad quos ſcribit Eugenius III. Papa, mentionem facit Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. cap.41. num.61. ſedebat Eugen. III. anno 1145. fundatores prælaudatus Rolandus, & Heinricus germani fratres Lucenſes, intra civitatem in ſuo patrimonio prope poſterulam, quæ dicitur *Guirigola*, tempore Anſelmi Epiſcopi, qui ſedere cœpit an. 1073. vide idem Chronicon Caſinen. lib. 2. cap.93.

IV. Extra Portam, Abbatia titulo S. Mariæ, cum cura animarum, Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, conceſſa illis fuit ſub Julio II. Sum. Pont. an. 1512. ita Catalogus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

V. Abbatia tit. S. Pontiani extra muros Lucanæ civitatis, Ord. S. Benedicti, unita Congreg. Montis Oliveti; ut recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. extabat ante ann. 1073. erat primitus extra, & juxta muros civitatis pro monialibus, ſub titulo SS. Philippi, & Jacobi an. 700. fundata per Jacobum diaconum Lucenſem; qui huc Româ corpus S. Pontiani attulit. Willa Ugonis Marchionis conjux dotem auxit ann. 990. Mathilda Comitiſsa anno 1099. illam pluribus bonis ditavit; anno denique 1513. ipſi unita eſt per Leonem X. Summ. Pontif. Abbatia SS. Salvatoris, & Salmiani de Seſto *ſu Lucheſe*, monachi reſident apud S. Bartholomęum de Rota. Vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 41.

VI. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Cerbonis, monialium Ordin. Ciſtercienſis, quæ anno 1442. cum monialibus S. Juſtinæ in unum cojerunt; ut obſervat Ughellus tomo 1. pag. 884. extabat ante annum 1252. ſed fundationis tempus ignotum fatetur Carolus de Viſch, qui eam tantùm collocat in Lucana Diœceſi: dicitur etiam Abbatia S. Cerbonii, & extra civitatem poſita erat; huc poſtmodum introducti ſunt fratres Minores de Obſervantia anno 1448. ut aſſerit Franciſcus Gonzaga in Hiſt. Relig. Seraphicę, part. 2. pag. 246.

VII. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Juſtinæ, monialium ann.1062. Alexander II. Papa fert ſententiam in favorem Eritthæ Abbatiſſæ S. Juſtinæ, ut refert Ughellus tomo 1. pag. 263. & poſtea pag. * 20. ann.1442. iſtæ moniales in unum cojerunt cum monialibus S. Cerbonis, Ordin. Ciſtercien. Idem Ughellus pag. 884.

VIII. Abbatia tit. S. Claræ, ſub cujus Abbatiſſæ juriſdictione olim fuerat oppidum Fuſecchii; ut teſtatur Gregorius XV. Papa anno 1622. In Bulla, quâ Eccleſiam S. Miniatis erigit in Cathedralem.

IX. Abbatia tit. S. Spiritûs, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Lucanæ, unita Congregationi Carthuſianorum, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ

Apoſtolicæ; de hac ſilet Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis.

X. Abbatia titulo S. Pantaleonis, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Lucanæ, cui unita eſt Abbatia S. Salvatoris de Catignano, ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. ejus fundationem ad ann. 1233. refert Carolus de Viſch, in Catalogo Abbatiarum ejuſdem Ordinis.

XI. Abbatia tit. S. Michaëlis Archangeli, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, in Diœc. Lucana; fuit ipſis attributa ſub Julio II. Summ. Pontif. ann. 1507. ut refert Catalogus MSS. Abbatiarum ejuſdem Congreg. forſan eadem cum Abbatia S. Michaëlis ad Forum, de qua ſuprà.

XII. Abbatia monialium, in Diœceſi, & Statu Lucenſi, ad fluvium Verſiglia, altero à mari milliario, fundata per S. Valfredum, & ſocios ejus, pro Sanctis conjugibus ſuis circa annum 755. quo idem Sanctus fundavit Abatiam Palatiolum. Vide Bollandum ad diem 15. Februarii; decem & octo circiter paſs. millib. à civitate Lucca diſtans, prope *Moſtrone* oppidum.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Luco, aliàs de Lucco, Ord. S. Benedicti, cujus pertinentiæ (ſic loquitur Leo Oſtienſis) diverſis, ac multiplicibus conſtantes longè, latèque Eccleſiis, ſeu poſſeſſionibus, à nonnullis fidelibus ditatæ, quorum ſyllabum habes in Chronico Caſinenſi lib. 2. cap. 7. de illo ſic in ſuis notis ad iſtud Chronicon loquitur Angelus de Nuce; præpoſitura inſignis fuit, retinet adhuc nomen collata Presbytero ſeculari, cum onere annui Canonis, ut vocant, ſolvendo Caſinenſi Cœnobio, hæc verba ſufficerent, ad eam expungendam è numero Abbatiarum, niſi Ughellus Abbatiam eſſe aſſereret, Diœc. regionis Marſorum, quam vocat Abbatiam de Lucco. Vocatur S. Mariæ in valle Marculana lib. 3. cap. 19. Chronici Caſinenſis. *Luco* oppidum ſitum ſuper ripam Occidentalem lacûs Fucini, qui nunc *di Celano* in Aprutio ulteriori.

Abbatia Lucedii, aliàs Locedii, vulgò Abbatia *di Locedia*, ſive Locedenſe monaſterium, Ordin. S. Benedicti, Diœc. primitus Vercellenſis, ſed Caſale in Cathedralem erectâ, tranſiit ad Caſalenſem Diœceſim; fundata eſt anno 712. per Gaudierium Ariperti Longobardorum Regis domeſticum, in Diœc. Vercellenſi, ſub tit. S. Michaëlis; dicta eſt poſtea S. Januarii; crevit enim ibi oppidum S. Januarii dictum. In territorio eſt Montis Ferrati, ſuper fluvium Gardinam, diſtat Vercellis ſeptem millibus paſſuum Occidentem brumalem versùs, à Caſalenſi civitate novem milliariis Occidentem æſtivum versùs, tandem à Trino *Trin* urbe ferè tribus milliariis, versùs Boream; ejus territorium pertinere dicitur ad Ducem Mantuæ. Jam poſſidetur à monachis Ordin. Ciſtercienſis; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. ubique ſilet, mentionem tantùm faciens ſequentis Abbatiæ S. Mariæ de Locedio. Vide Ughellum to. 4. pag. 774. Etymon nominis à vulgo ſumitur *à lo Sedio*, unde dicunt *del Seggio*.

Abbatia S. Mariæ de Locedio, filia præcedentis. Vide ſuprà verbo, prope Liburnum Canapicii.

Ab-

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Angeli in Luco, Diœc. Aretinæ, quod extabat ante annum 735. ut clarum eſt ex inſtrumento apud Ughell. tomo 1. pag. 457. forſan in loco, qui nunc dicitur *M. Luccio* in Etruriæ Dominio Florentino, undecim millibus paſſuum Aretio diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Petri, in municipio Luci, in territorio Mucellano, Diœc. Florentinæ, fuit primùm Sanctimonialium, Ord. ſive Congreg. Camaldulenſis Cœnobium, anno 1086. inchoatum, & ædificatum à Rodulpho Generali Eremi Camaldulenſis Priore, qui ibi Beatricem primam Prioriſſam inſtituit, ſed tandem Abbatiſſas habuit, inter quas ſanctitate refulſit Venerabilis Magdalena. Hujus Cœnobii donationes, ſive fundationes, & ab Epiſcopi juriſdictione exemptionem, à Gothifredo Florentino Epiſc. conceſſam anno 1127. Paſchalis II. Papæ, aliorumque Summorum Pontificum protectionem fusè exponit Auguſtinus Florentinus lib. 1. cap. 55. Hiſtoriarum Camaldulenſium; vide apud Ughellum tomo 2. pag. 111.

Abbatia, ſive Monaſterium *delle Luci* dictum, non longè à Monte Caſino, in quo circa annum 990. floruit S. Stephanus, S. Nili Abbatis Ordin. S. Baſilii diſcipulus; ut teſtatur Paulus Gualtieri de SS. Calabriæ lib. 1. pag. 182. ſitum erat in Campania Felici, nunc Terrâ Laboris dictâ.

Abbatia S. Lucæ, S. Petri, & Sanctæ Mariæ. Vide ſuprà litt. B. verbo Buttadi.

Abbatia tit. S. Luciæ, cujus Abbas Nicolaus Canonicus Barenſis ſubſcribit inſtrumento, quo Andreas Archiepiſcopus Barenſis anno 1217. omnia bona, & poſſeſſiones confirmat Abbatiæ omnium Sanctorum de Cuti. Vide Ughellum tomo 7. pag. 884.

Abbatia tit. S. Philippi de S. Lucia, Ordin. S. Benedicti, in agro Milenſi, ſex fere paſſ. mill. ab oppido S. Luciæ, à quo nomen accepit, diſſita; quam conſtruxit Rogerius Siciliæ Comes, & prædiis ditavit, temporis decurſu deficientibus monachis Baſilianis, aliquando ſub titulo ſimplicis beneficii, aliquando tit. Canonicatûs, ſæpiſſimè verò ſub titulo Abbatiæ collatam legit Rocchus Pirrus; anno 1523. huic monaſterio inſerviebant monachi Benedictini, Diœc. eſt Meſſanenſis; ab ann. 1556. Præfectus hujus monaſterii antiquo Abbatis honore ad hunc diem fulget; ita præcitatus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notit. 21. Eadem ſanè eſt, quæ in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. vocatur S. Philippi de valle *di Demona*, ad tertium circiter milliare à Meſſina, versùs Meridiem.

Abbatia, ſive Lucullanum Monaſt. ſive etiam S. Severini, dictum Noricorum Epiſcopi, propter ejus Sacrum corpus huc primò aſportatum, tempore S. Gelaſii Papæ anno circiter 495. olim L. Luculli villa, medio ferme itinere inter Neapolim, & Puteolos, in regione lacûs, qui vulgò ab incolis dicitur *Lago d'Agnano*. Monachos in Lucullano palantes ſub Abbatis regimine concluſit S. Anaſtaſius Epiſcopus Neapolitanus, teſte Ughello tomo 6. pag. 105. deſtructo Lucullano caſtro, bona monaſterii attributa ſunt Abbatiæ, quæ intra Neapolim eſt, titulo hujus Sancti Severini, ad quam

ejus corpus fuerat deportatum.

Abbatia tit. S. Catharinæ de Luculo, unita Abbatiæ S. Benigni in Capite Fari Januæ, per litteras Leonis X. Papæ, Pontific. anno 10. ut fert Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. Hanc Ordinis S. Damiani anno 1231. condiderat Otho Archiepiſcopus Januenſis, apud Januam, & de conſenſu ſui Capituli ab omni prorſus juriſdictione Epiſcopi, tam ſpirituali, quàm temporali exemerat, & Alexander IV. Papa anno 1255. exemptionem confirmaverat, quam integram refert Wadinghus. Vide Ughellum tom. 4. pag. 1225. unita Congreg. Caſinenſi per Leonem X. anno 1513. ſicque illam incolunt Caſinenſes monachi. Idem Ughellus ibidem pag. 1172. Eadem de qua ſuprà verbo Janua numero VII.

Abbatia, ſive Lucuſianum Monaſterium. Vide ſuprà litt. A. verbo de Alto fonte; adde tamen fuiſſe primitus ſub titulo SS. Maximi, & Agathæ, apud Panhormum. Ita Rocchus Pirtus in notitiis Eccleſiarum Siciliæ, tomo 1. pag. 62. à luco, hoc eſt nemore ſic dictum, ſexto ab urbe lapide; ad ejus Abbatem Demetianum ſcribit S. Gregorius Papa lib. 7. epiſt. 27.

Abbatia titulo S. Bartholomæi de Luceria, Congregationis Cœleſtinorum, Ordinis S. Benedicti, à Joanne Pipino Regni Neapolitani Magno Rationario, ob inſignem victoriam de Saracenis jam pridem in die feſtivitatis ejuſdem Sancti Apoſtoli reportatam, ædificata fuit, & luculentiſſimè dotata anno Domini 1301. & ſucceſſivè à Nicolao ejuſdem fundatoris filio, poſt genitoris mortem, mirificè variis latifundiis aucta; ut teſtatur Dominus Guicciardini in Indice MS. Abbatiarum ejuſdem Congreg. Luceriæ, ad aliarum diſtinctionem, Saracenorum dicta, propter eorum incolatum Apuliæ Dauniæ mediterranea ad Cerbalum fluvium, & propter prælaudatam victoriam S. Mariæ de Victoria nuncupata, hodie vulgò *Nucera*, in Capitanata provincia.

II. Abbatia titulo S. Laurentii de Luceria, Ordin. S. Benedicti, cujus fit mentio in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Luna civitas Etruriæ, in Liguriæ confinibus, exciſa, cui ſucceſſit vicina Sarzana. Ibi olim.

I. Abbatia, ſive Monaſt. conditum per Venantium Lunenſem Epiſcopum, pro monialibus anno 597. Vide Sanctum Gregorium Papam libro 7. epiſt. 6.

II. Abbatia tit. S. Capraſii, Ord. S. Benedicti, Diœc. Lunenſis, cui unitum eſt monaſterium S. Jacobi de Cavena; ut refertur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. & ſic Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Unio facta eſt per Eugen. IV. Papam ann. 1435. in Codex Taxarum D. Paſſionæi.

III. Ad Lunam, in urbe Monaſterium, quod S. Hilarus Papa conſtruxit; ut ſcribit Ciaconius pag. 316. litterâ B. & Auguſtinus Oldoinus paginâ 317. litt. E. ſic de S. Hilaro dicit. Lunæ civitatis Etruriæ antiquiſſimæ monaſterium monachis ædificaſſe refert Petrus Ricordatus.

Abbatia tit. S. Mariæ de Lunado, Ord. S. Benedicti, Diœc. Veronenſis, unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua; ut aſſeritur in Codice Taxarum

Ca-

Cameræ Apoſt. Hæc unio facta eſt per Pium II. Papam anno Sal. 1462.

Luparelli. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Mariæ in Palatio, quod Alexander III. Papa Bullâ datâ an. 1173. confirmat Andreæ Epiſcopo Theatino; & ejus ſucceſſori Bartholomæo Innocentius III. Papa Bullâ datâ anno 1208. in qua corruptè legitur Sancti Mandi. Vide Ughellum tomo 6. pagin. 877. & 886. videtur fuiſſe in Aprutio citeriori.

Lycium vide ſuprà litt. A. verbo Aletium, & Adde.

III. Abbatia titulo S. Crucis de Lycio, Congregat. Cœleſtinorum, Ordin. S. Benedicti, fundata, & magnificentiſſimè dotata anno 1353. à Gualterio Athenarum Duce, & Litii Comite, Roberti Neapolitanorum Regis nepote; ſita eſt intra civitatem, & eſt Capella Regia. Multa poſſidet feuda tam ruſtica, quàm nobilia, cum mero, & mixto Imperio, & præcipuè in caſtris S. Donati, & Carmiani. Illius pro tempore Abbas eſt Regis Conſiliarius ad pias cauſas.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Joannis de Monialibus, Diœc. Lycienſis, ſive Aletinæ; de quo ad annum 1181. fit mentio apud Ughell. tomo 9. pag. 97.

V. Abbatia titulo S. Niceti de Maledigo, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Lycienſis; recenſetur in veteri Codice Taxæ Cameralis.

M

ABBATIA tit. S. Mariæ de Macchia, aliàs de Macla, Ord. S. Benedicti, Diœc. Biſinianenſis; hujus Abbatiæ Eccleſiam Guillelmus II. Rex Siciliæ anno 1182. & Rinaldus Biſinianenſis *Biſignano* Epiſcopus dant Abbatiæ Montis Regalis Siciliæ; ut Ludovicus Lellus in Summa privilegiorum Montis Regalis teſtatur paginâ 14. & pag. 26. ſita eſt in regione urbis Acri, à Biſiniano 5. millib. paſſ. verſùs Orientem, in Calabria citeriori, nunc verò ſimplex eſt beneficium.

Abbatia titulo S. Mariæ *delle Macchie*, in Marchia Anconitana, duobus paſſuum millibus, & quingentis à civitate Tolentino diſtans, verſùs Orientem; in cujus videtur eſſe Diœceſi. Vide Anton. Magini in mappis.

Maceratæ, vulgò *Macerata*. Abbatia, ſive Monaſterium in Eccleſia, tunc tit. SS. Trinitatis, nunc titulo S. Marci, in quod ex Abbatia Flaſtræ adducti Ciſtercienſes monachi à Nicolao Maceratenſi Epiſcopo, qui ſedit anno 1440. ibidem manſerunt, ſed poſtmodum authoritate Greg. XIII. Summ. Pont. Patribus Societatis Jeſu Collegii Romani in Commendam fuit traditum, ut obſervat Ughellus to. 3. pag. 818. in Marchia Anconitana, ad *Cluento*, & *Potentia* fluvios.

Abbatia titulo Sancti Philippi de

Ma-

Macra, ſeu Magia. Vide S. Philippi Grandis, Meſſanæ.

Abbatia tit. S. Mariæ Macularum. Vide ſuprà littera G. verbo oppidum S. Geneſii.

Abbatia tit. S. Petri de Madignano, Diœc. Cremenſis, cujus, à Paulo V. Summo Pontifice anno circiter 1606. factus eſt Abbas Commendatarius Petrus Donatus Cæſius, qui poſtea fuit Cardinalis. Vide Ciaconium tomo 4. pag. 606.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Liberatoris de Magella, ſive Magellano, quod ſitum eſt in Comitatu Theatino, ſuprà fluvium Laentum, ad radicem montis, qui dicitur Majella; ita Chronicon Caſinenſe lib. 1. cap. 45. Ordin. S. Benedicti ante annum 884. renovatum, ampliatum, & bonis auctum anno circiter 1020. à Theobaldo, qui poſtea Abbas fuit Caſinenſis; ibidem lib. 2. cap. 51. & lib. 4. cap. 106. S. Liberatoris de Magella, ſeu Majellano Abbas erat anno 1378. Joannes de Comina Epiſc. Theatinus; dari ſolita in Commendam. *San Liberatore* oppidum Aprutii citerioris, ad fontes *Lenta* fluvii, decem mill. paſs. à Theate diſſitum, versùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Spiritûs de Magella Congreg. Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti, Diœc. Theatinæ, in Aprutio citeriori. Monaſterium Magellæ, cujus Aſcetæ anno 1055. Eremiticam ducebant vitam, & in quo per aliquot menſes vixit Deſiderius monachus, qui poſtmodum an. 1086. creatus eſt Papa Victor III. vide Chronicon Caſinenſe lib. 3. cap. 6. Magella, ſive Majella mons eſt omnium Italiæ celſiſſimus, & aſperrimus. Ibi hæc Abbatia S. Spiritûs, quam primitus incoluere Caſinenſes monachi, inter montanas rupes locus aſcenſu difficilis, ac præcipitiis ita vallatus undequaque, ut etiam ſecurè intuentibus timorem incutiat: illam circa annum 1248. fundavit, & ibi inſtituti ſui primordia jecit S. Petrus Cœleſtinus; in hanc anno 1264. introducta eſt S. Benedicti Regula, & primus Rector inſtitutus prælaudatus S. Petrus, qui etiam ibi morabatur, quando in Summum Pontificem electus fuit, & Cœleſtinus V. appellatus. Vide Angelum de Nuce in notis ad Caſinen. Chronicon, & Ughell. to. 6. pag. 906. In ea requieſcit corpus S. Stephani, vulgò *del Lupo* nuncupati, monachi, Ord. S. Benedicti; ut refert D. Guicciardini in relatione MS. Abbatiarum ejuſdem Congreg. ſita eſt ad duodecimum circiter milliarium à Theate, versùs Meridiem.

Abbatia tit. B. Mariæ Virg. Aſſumptæ de Magenta, Congreg. Cœleſtinorum, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Mediolanenſis; fundatorem agnoſcit celeberrimum temporis ſui Juriſconſultum Francium de Medicis, qui omnia bona ſua pro illius fundatione, & dotatione legavit ann. 1353. ſita eſt ad ripam fluvii Navilii, vulgò *Navilio*, ſive Ticinello, versùs Novariariam, ad decimum, & quartum milre à Mediolano, versùs Occidentem, locus ſanè, qui apud Maginum *Mitaenta* dicitur; ita D. Guicciardini in Indice MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

Abbatia tit. S. Nicolai *delle Magliole*, Diœceſis Inſulanenſis in Calabria ulte-

ulteriori; ut teſtatur Ughellus tom. 9. pag. 710.

Abbatia titulo S. Joannis Evangeliſtæ de Maglia, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Marſicanenſis, in Principatu citeriori; taxata fuit 19. Novembris anno 1607. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Mariæ de Magola, Ord. S. Auguſtini, Diœc. Regii Lepidi, unita Abbatiæ SS. Trinitatis de Campagnola; ut refertur in Cod. Taxar. Cameræ Apoſt. pluribus nota nominibus ſcilicet de Marola, de Morola, de Marula, de Maraula, & de Maurola; fuit à Mathilda Comitiſſa in montibus Regienſibus extructa, & dotata, ut refert Ughellus tomo 5. pagin. 558. Ejus Abbas erat anno 1393. quidam Petrobonus, de quo idem ibidem pag. 433. Erant primitus Eremitæ in ſylva Maraula; ibid. pag. 1597. Illud monaſterium Alberoni Epiſcopo Regii confirmat Lucius II. Papa anno 1144. ibid. pagin. 1607. Data eſt denique in Commendam; erat ſicut montes Regienſes civitati Regio ad Meridiem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Maguzano, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Veronenſis; ita in Codice Taxarum Cam. Apoſt. dicitur etiam de Magenzano. Illud monaſterium ſub tit. de Vemagazano Eugenius III. Papa Theobaldo Veronenſi Epiſcopo confirmat anno 1145. Vide Ughellum tomo 5. pagin. 733.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Maja, in inſula Corſica, quod Gelaſius II. Papa Bullâ datâ anno 1119. declarat pertinere ad Abbatiam S. Mamiliani, poſitam in rupe maris *Monte Chriſto*. Vide Ughellum tomo 2. pag. 438.

Abbatia S. Petri de Maja, aliàs de Maſſa Montis Neronis. Vide ſuprà verbo Callium num. III.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini ad Majanum, monialium, in quo, de more Epiſcoporum Feſulanorum, anno 1076. Tranſmundus Feſulanus Epiſcopus, primò hoſpitio, poſt inaugurationem exceptus eſt, cui antea ipſe multa bona contulerat; pertinebat ad Epiſcopum Feſulanum; vocaturque in Bullis paſſim monaſt. S. Martini tantùm, paſſim S. Martini in Majano; hinc clarum eſt fuiſſe prope Feſulas, aut in ipſa civitate.

Abbatia, ſive Monaſterium monialium ſub Regula S. Baſilii, in oppido Maida totius Diœc. Neocaſtren. maximo, in Calabria ulteriori; de quo Ughellus tomo 9. pag. 555. octo paſſuum millibus à Neocaſtro diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris de Majela, in Aprutio, ſexto ſeculo conditum, ut habetur in Epitome hiſt. Benedictinæ pag. 121. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo ſic ait; in Luceria Diœc. provinciæ Beneventanæ unitum eſt monaſterium S. Salvatoris de Magella, Ordin. S. Petri Confeſſoris; hoc eſt Cœleſtini V. Papæ.

Abbatia titulo S. Petri de Triviis, Majoris oppidi, Diœc. Amalphitanæ. Ita Codex Taxarum D. Paſſionæi, in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dictâ. *Majuri* locus maritimus, quatuor circiter millibus paſſuum ab Amalphi diſtans, Orientem æſtivum versus.

Ab-

Abbatia tit. S. Mariæ in Majulana, prope Corropolim, nullius Diœceſis, provinciæ, & Diœc. Aprutinæ, non procul à ripis Truenti amnis, inter Aſculum, & littus Adriatici maris, in amæno, & edito colle poſita, Congregationis Cœleſtinorum, Ordinis S. Benedicti; fuit aliquando inſignis Præpoſitura Abbatiæ S. Petri de Florentillo, Diœc. Spoletanæ, à Faroaldo quandam Spoletano Duce circa annum 930. fundatæ, quam Eugenius de Nobilibus Florentilli Abbas, inſtante Atrianorum Duce, & annuente Alexandro VI. Summo Pontifice anno 1497. disjunxit, & Cœleſtinis monachis, cum omnibus juribus, privilegiis, & redditibus in perpetuum attribuit; fuit ipſi nuperrimè adjuncta Abbatia S. Benedicti de Gabiano. Abbas, qui pro tempore eſt Ordinarius terræ Corropolis, ut aſſerit D. Guicciardini in Syllabo Abbatiarum ejuſdem Congregationis *Corropoli* ſeptemdecim mill. paſſuum ab Aſculo Aprutii diſtat, Orientem æſtivum versùs.

Abbatia tit. S. Maphæi de Majorbo, aliàs de Majorbio, monialium, Ord. Ciſtercien. Diœc. Torcellanæ; hanc reformandi, ibique corrigendi authoritatem dedit Alexander VI. Papa Thomæ Venetiarum Patriarchæ, & Abbatiſſæ, atque monialibus facultatem ſibi eligendi confeſſarium, Bullâ datâ anno 1496. quam vide apud Ughellum tomo 5. pag. 1377. Majorbium *Majorbo* inſula Venetorum, Venetiis ad Aquilonem, vicina Torcello, versùs Occaſum.

Malleani Abbatia olim tit. S. Mariæ ad Nives; ut aſſeritur in Synodo Farfenſi pag. 1059. ſic. *Abbatiæ nomine gaudet beneficium curatum parochiale, nempe Eccleſia S. Mariæ ad Nives Malleani, in partibus Marſicanis*; hinc conſtat fuiſſe olim Abbatiam, nunc dependet ab Abbatiis unitis Farfenſi, & S. Salvatoris Majoris. *Maglimo* oppidum Aprutii ulterioris; quinque millibus paſſuum à Celano oppido, versùs Occidentem, & à lacu Fucino fere totidem.

Abbatia tit. S. Mariæ Mallimachi, Diœc. Pactenſis *Patti*, in Sicilia, & in Diœc. confinio, Ord. olim S. Baſilii; prope oppida S. Salvatoris, & Caſtaniæ; Archimandritæ monaſter. S. Salvatoris Meſſanenſis ſuffraganea; de qua mentionem facit Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 4. & ibidem notit. 25. hæret tamen dubius, an eadem non ſit cum Abbatia S. Marinæ de Caſtania. In regione ſita eſt, vulgò *valle di Demona*.

Abbatia tit. S. Mariæ de Mamma, Ord. S. Benedicti. Prioratus S. Mariæ de Mama Abbatia nuncupatus in Podio S. Martini, Diœc. Aretinæ, per litteras Pii II. Sum. Pontif. unitus Abbatiæ S. Bernardi de Aretio; ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, in Etruriæ Dominio Florentino.

In oppido Mamolæ, Diœc. Hieracenſis *Giraci*, in Calabria ulteriori, Abbatia titulo S. Nicomedis, Ordin. S. Baſilii, cum monachis Græcis, & ritum Græcum obſervantibus, quam Abbatiam ſibi ſubjectam circa annum 1260. gratiis nobilitavit Paulus Hieracenſis Epiſcopus. Vide Ughell. tomo 9. pagin. 546. & 547. datur in Commendam; eam de Mammola

vocat

vocat Sylveſter Maruli, in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 68. in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. legitur tantùm S. Nicomedis, Ordin. S. Baſilii; diſtat *Mammola* ab Hieracenſi civitate ſex paſſuum mill. versùs Aquilonem. Codex Taxarum D. Paſſionæi dicit, S. Nicomedi Celerani, aliàs Mamola, unde conſtat eandem eſſe cum Abbatia Celeranis, de qua ſuprà.

Maniacium, vulgò *Maniace*. Abbatia tit. S. Mariæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Montis Regalis in Sicilia, non longè à monte Ætna Septemtrionem versùs, in regione, ſive valle *di Demona*. Locus fuerat priùs Diœc. Meſſanenſis, quem Nicolaus Meſſanenſis Archiepiſcopus, anno 1174. cum tota juriſdictione, ceſſit Reginæ Domnæ Margaritæ, quæ monaſter. ædificavit, univitque Abbatiæ Montis Regalis, à filio ſuo Rege Guillelmo II. fundatæ; fuit in Abbatiam erectum anno 1177. & factus primus Abbas Timotheus, atque anno 1178. huic Abbatiæ plures Eccleſias conceſſit idem Nicolaus Meſſanæ Archiepiſcopus, quarum ſyllabum refert Ludov. Lellus in Summario Privilegiorum Montis Regalis pag. 21. factum Nicolai confirmat Lucius III. Papa anno 1184. Innocentius tandem VIII. Papa anno 1491. illam univit Xenodochio majori Panhormitanæ civitatis, cum Abbatia S. Philippi de Fragala, quæ à Clemente III. Papa unita fuerat Abbatiæ Maniacenſi, cujus ultimus Abbas Commendatarius Rodericus Cardinalis de Borgia.

Abbatia titulo S. Mariæ de Manulo, Diœc. Pennenſis, cujus an. 1336. Abbas Secularis erat Thomas, tunc factus Marſorum Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 1. pag. 983. videtur idem eſſe monaſterium S. Mariæ in territorio Pinnenſe, in loco, qui *Molano* dicitur, ab Abbatia S. Vincentii de Vulturno dependens, ut exprimitur in Bulla Sergii IV. datâ an. Pontificatûs 3. Salutis 1011. apud eundem Ughellum tomo 6. pag. 489. *Molino* terra in Aprutio ulteriori, viginti paſs. mill. à civitate Pennenſi diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Mariæ Annunciatæ Mandanichii, Ord. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis, in Indice Sylveſtri Maruli *di Mandanici*, corruptè in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. de Mandaviſio; quam anno 1100. Rogerius Siciliæ Comes erexit, prædiis, ac juriſdictionibus ditavit. Primus Abbas Philadelphus. Mandanichium oppidum à civitate Meſſanenſi diſtat viginti quatuor paſſuum millibus, versùs Meridiem; à fundatione titulares Abbates habuit, uſque ad annum 1476. quo dati ſunt Commendatarii, qui Barones, & Domini ſunt oppidi; ita Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 17.

Manfredonia, ſive novum Sipontum, civitas Archiepiſcopalis maritima, in Regni Neapolitani provincia Capitanatâ dictâ.

I. Abbatia titulo S. Petri Cœleſtini de Manfredonia, ſive de Siponto, Congreg. Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti, intra civitatem, fundata, & dotata fuit anno 1345. in Paterna domo, à Petro Regii in Calabria Archiepiſcopo, qui unicus ſuæ ſuperſtes familiæ, cùm S. Petrum agnoviſſet,

coluiſſet, & in ejus Canonizatione examinatus teſtis fuiſſet, hoc ſuæ venerationis reliquit monumentum. Cùm anno 1622. Sipontina civitas ex improviſo à Turcis direpta fuerit, Eccleſia, & monaſterium feritatis illorum, per plurimos annos, toti populo luctuoſum manſere ſpectaculum; donec anno 1653. Petrus Burſa hæredes inſtituit monachos, ſicque primævo ſplendori reſtituta fuit Abbatia. Sic refert D. Guicciardinus in relatione MS.

II. Ibidem Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ Annunciatæ, monialium, Ord. S. Benedicti, quod per Bullam Sixti IV. Papæ datam Pontific. anno 2. Sal. 1474. unitum eſt Metropolitanæ Eccleſiæ Sipontinę, ſive Manfredoniæ; ita Codex Taxar. Cameræ Apoſt. & Ughellus tomo 7. pag. 1102.

III. Abbatia titulo S. Benedicti de Manfredonia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Sipontinæ; ſic aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Mantua, vulgò *Mantova*, civitas Epiſcopalis, ſuper lacum Mincii *Menzo* fluvii poſita. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Andreæ de Mantua, Ordin. S. Benedicti, ut teſtatur Codex Taxar. Cameræ Apoſtol. in cujus Eccleſia Sanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti honorificè aſſervatur. Monachos huc introduxit Iſolphus Mantuanus Epiſcopus, multis bonis eiſdem attributis, cum Eccleſiis Formigoſæ, & Suavis, cum earumdem juriſdictionibus, ac pertinentiis, ſedebat anno 1017. ut obſervat Ughell. to. 1. pag. 930. ejus Abbas an. 1072. erat Ubaldus Cameræ Imperialis Comes, ut refert Doneſmundus, tandem datâ eſt in Commendam Franciſco Gonzaga Cardinali, qui, Sixti IV. Papæ authoritate fretus, illam in Eccleſiam Collegiatam erexit. Vide Ciaconium tomo 2. pag. 1068.

II. Intra Civitatem Abbatia tit. S. Sebaſtiani, Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Congreg. S. Salvatoris de Bononia dictæ, ipſis conceſſa fuit ſub Pio II. Summo Pontifice ann. 1459. ita Syllabus MS. Abbatiarûm ejuſdem Congregat. ad hanc ex Abbatia S. Rufini extra muros ſita, tranſmigrârunt anno 1527. vide infrà num. VII.

III. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Benedicti Mantuæ, Ord. S. Benedicti, & Congregationis Caſinenſis nuncupatæ, in quo anno 1670. congregatum eſt ejuſdem Congregationis Capitulum Generale, ut aſſeritur in Bulla Clementis X. Papæ eodem anno datâ. Vide Bullarium tomo 6. pagin. 343. idem mihi videtur cum monaſterio Sancti Benedicti Mantuano dicto, ſive S. Benedicti de Padolirone quatuordecim paſſuum mill. Mantuâ diſſito. Vide infrà littera P. hoc verbo.

IV. Abbatia tit. S. Chriſtophori intra civitatem, Congregationis Cœleſtinorum, Ordin. S. Benedicti, in celebri quadrivio Hippodromi, vulgò *del Corſo* ſita; primordia ſua tenet à devotione Franciſci Senioris Gonzagæ Mantuæ Domini, qui ſuo teſtamento an. 1415. ſex millia aureorum reliquit, pro conſtructione Eccleſiæ, & monaſterii à Cœleſtinis monachis incolendi, quibus poſtea à Sereniſſimis ſucceſſoribus ſunt attributa varia præ-

prædia, & domus, tam intra, quàm extra civitatem. In luctuoſa tamen Mantuæ direptione ann. 1629. ſortem cum aliis habuit non propitiam. In acie Chori Eccleſiæ viſitur celeberrima pictura Coloſſi S. Chriſtophori, à nuſquam ſatis laudato Julio Romano depicta.

V. Abbatia tit. S. Barbaræ, cujus Eccleſia in Collegiatam erecta eſt ſub Abbate Seculari, & ejus primus Abbas factus anno 1565. D. Bartholomæus Cavozzi; ut refert Doneſmundus in ſua Mantuæ Hiſtoria parte 2. lib. 8. ejus Abbas erat an. 1607. Barzellinus, tunc factus Campanienſis Epiſcopus; apud Ughellum tomo 7. pag. 656.

VI. Abbatiale Cœnobium titulo S. Viti, Congregationis Lateranenſis. Prioratus erat antea Canonicorum Regularium, Ord. S. Marci de Mantua, quo extincto Ordine per Pium II. Summ. Pontif. anno 1459. unitus eſt Congreg. Lateranenſi, Ordin. S. Auguſtini; ut refert Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 2. cap. 22. & lib. 3. cap. 29. ubi aſſerit fuiſſe etiam ſub tit. S. Joannis Baptiſtæ, ſitumque in ſuburbio S. Georgii dicto, atque Abbatiali dignitate per Pium V. Sum. Pont. decoratum.

VII. Abbatiale Cœnobium tit. S. Bartholomæi, olim Congregationis S. Mariæ Portuenſis, poſtea Congreg. Lateranenſis Canonicorum Regular. in ipſa civitate Mantuana; de eo Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 2. fuit à Pio V. Summ. Pontifice anno 1566. Abbatiali dignitate decoratum, ut ipſemet obſervat Pennottus ibid. lib. 3. cap. 17. pag. 622. confunditur cum præcedenti in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. his verbis. *SS. Bartholomæi, & Viti. O. A.*

VIII. Abbatia titulo S. Rufini, Ord. S. Benedicti, extra muros Mantuanos, ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Illam fundavit Joannes Eginulphus Mantuanus, maximiſque opibus auxit circa ann. 860. nobile olim monaſt. & in eo monachorum ingens numerus, nunc parvula Eccleſia, & tantæ liberalitatis debile veſtigium; ut aſſerit Ughellus to. 1. pag. 929. Commendatarium habet Abbatem, fuit ann. 1459. ſub Pio II. Summ. Pontif. conceſſa Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini, Congreg. S. Salvatoris de Bononia dictæ, ibique manſerunt uſque ad annum 1527. quo ad Eccleſiam S. Sebaſtiani tranſmigrârunt; ut refert Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 52. de ea Syllabus MS. ejuſdem Congreg.

IX. Abbatia titulo S. Marci, Ordinis ab illa dicti S. Marci, Mantuanæ Diœceſis; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Ordo erat Canonicorum Regularium ſub ſe plures habens Prioratus, ſed paulatim deficiens extinctus eſt, finemque accepit ſub Vincentio Mantuæ Duce; & à nonaginta circiter annis illud monaſterium occupant monachi Camaldulenſes; ut refert Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 22. & cap. 50. aſſeritque fuiſſe Abbatiali dignitate decoratum.

Abbatia S. Angeli de Marano. Vide ſuprà litt. A. verbo S. Angeli.

Abbatia titulo S. Georgii de Marato; de qua ſcribit S. Gregorius Papa lib. 12. epiſt. 20.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo

S. Euphimiæ, in Marchiæ Territorio Theatino; oblatum Cœnobio Caſinenſi anno circiter 1060. ut refertur in Chronico Caſinenſi lib. 3. cap. 19. *S. Eufemia* terra in Aprutio citeriori, quatuordecim circiter mill. paſſuum à Theate civitate diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia, ſive Monaſterium Abbatis Marci; fundatum à Venerabili Abbate Joanne Joachimo, circa annum 1196. & ab ipſo dependens; de quo fit mentio in privilegio Conſtantiæ Imperatricis Reginæ Siciliæ dato anno 1198. vide apud Ughell. tom. 9. pag. 264. veroſimile eſt fuiſſe in Regni Neapolitani provincia, nunc Principatus citerior dictâ, ubi terra eſt, ſive vicus *Abbate Marco* etiam hodie nuncupatus, undecim paſſuum mill. Policaſtro diſtans, Occidentem æſtivum versùs.

In oppido S. Marci, Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Salvatoris, monialium Ordin. S. Benedicti, Diœc. Montis Regalis in Sicilia, quod anno circiter 1157. erexit Margarita Regina Guillelmi II. Siciliæ Regis uxor; ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 165.

Abbatia S. Stephani de Marciſco. Vide infrà de Marſiſco.

Abbatia S. Margaritæ monialium. Vide ſuprà litterâ C. verbo Callium num. IV.

Abbatia Secularis titulo SS. Mariani, & Jacobi, de qua fit mentio in Taxa Cathedralis Eccleſię Ortonenſis, in fine Codicis Taxarum Cam. Apoſt. videtur fuiſſe, ſicut *Ortona à Mare*, in Aprutio citeriori.

Abbatia tit. S. Mariæ, & Helenæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Patavinæ, unita Congregationi Montis Oliveti per Sixtum IV. Sum. Pont. an. 1479. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Mariæ matris Domini, cujus Eccleſia ædificari cœpta eſt in Nucerina ditione anno 1172. licentiam dante Romualdo II. Salernitano Epiſcopo, Ord. eſt S. Benedicti, & Diœc. Salernitanæ, conſiſtorialis, & in Commendam dari ſolita; ut obſervat Ughellus tom. 7. pag. 486. & 567. ejus Commendatarius Abbas fuit Nicolaus ex Comitibus Guidiis à Balneo Cardinalis, ann. circit. 1640. ut Salernum, & Nocera, in Principatûs citerioris provincia. Ex Bulla Innocentii X. Papæ datâ anno 1649. conſtat hoc monaſterium Ordinis eſſe S. Baſilii. Vide Bullarium tomo 5. pag. 509.

Abbatia tit. S. Mariani, Diœceſis Camerinenſis, cujus Abbati, & monachis anno 1239. plurima bona conceſſerunt nobiles viri Primaguerra, Ridolphus, Gentilis, Gualterius, Bernardus, Guarnierius &c. omnes familiæ, ſive gentis de Varano; donationem confirmavit an. 1254. Guillelmus Epiſcopus Camerini; ut refert Ludovic. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 2. pag. 232. qui ſtatim vocat illam *Monaſt. S. Mariæ*, hinc vereor ne *San Mariano* poſitum ſit à Typographo pro *S. Maria Nova*, quæ Abbatia eſt ejuſdem Diœceſis; ſicut Camerinum, in Marchia Anconitana, & de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia Sancti Viti loco Marianus. Vide infrà littera P. verbo Polymnianum.

Ab-

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Marini, cujus fit mentio in diplomate Ludovici Imperatoris, in favorem Bobienſis Abbatiæ anno 865. diciturque fines habere ad fluvium Cenæ; ut refert Ughell. to. 4. pag. 1337.

Mariliani Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Mariæ de Gratia, Congreg. Montis Virginis, Ord. S. Benedicti, quod per Superiorem ſub tit. Abbatis gubernari conſtituit. Paulus V. Sum. Pont. Bullâ datâ anno 1611. ut habetur in Bullario Caſinen. to. 1. pag. 424. & in Bullario Romano to. 3. pag. 241.

Abbatia tit. S. Marinæ, cujus Abbas erat, & antea monachus an. 1167. Philotettus, Diœc. eſt Umbriaticenſis in Calabria citeriori; vide Ughellum tomo 9. pag. 743.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Magdalenæ, monialium, quod anno 1458. unitum eſt menſæ Epiſcopali Tudertinæ *di Todi*; ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia tit. S. Nicolai de Mariota, Ord. S. Baſilii, Diœc. Squillacenſis, in Calabria ulteriori, quæ dicitur S. Nicolai de Magliota in inſtrumento dotationis Epiſcopi Latini, apud Squillacium factæ an. 1096. per Rogerium Comitem Siciliæ, & Calabriæ; apud Ughellum tomo 9. pagin. 592. de ea mentio fit in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ.

Abbatia tit. S. Petri de Marittonica, conſiſtorialis, Diœc. Surrentinæ, ut aſſerit Ughellus tomo 6. pag. 743. in Campania, ſive Terrâ Laboris apud fines Auſtrales.

Abbatia S. Mariæ de Marola. Vide infrà verbo Molochii.

Abbatia S. Gabrielis de Marola. Vide ſuprà littera A. de Ariola, pagin. 29.

Maronus mons. Vide infrà Murronus mons, & verbo Sulmona.

Abbatia S. Angeli de Marono. Vide verbo S. Angeli.

Abbatia tit. S. Reparatæ de Marradio, ſive de Marrata, quam olim Comites Guidii in faucibus Romandiolæ fundaverunt, pluribuſque bonis ditaverunt, Diœceſis Faventinæ; cujus Epiſcopi decimationes, aliaque jura conceſſerunt, & Alexander III. Papa anno 1168. in ſuam tutelam recepit; Ordinis, eſt Vallis Umbroſæ. Vide Ughellum tomo 3. pag. 520. *Marradi* vicus apud *Ammone* fluv. in colle, uno, & viginti paſſuum mill. à Faventia, verſus Meridiem. Abbatiæ nomine nuncupatam aſſerit Aſcanius Tamburinius de Jure Abbatum pag. 12. columnâ 2. ipſe Marradii monachus.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti Marruvii Marſorum, in provincia Valeriæ, quod Benedict. IV. Papa, qui ſedit ab anno 905. ad annum 907. in domo paterna extruxit; ut refert Anaſtaſius; illud planè eſt in pago Marſorum, de quo Chronicon Caſinenſe lib. 2. cap. 34. ubi mentio fit de ejus Abbate, & de plurimis ejus poſſeſſionibus.

Abbatia tit. S. Mariæ de Crypta apud Marſaliam civitatem Siciliæ, ſive vetus Lilybæum, olim Epiſcopalem, Ordin. S. Baſilii, à Chiſtoldo Rozio Siciliæ Amirato ante ann. 1098. excitata, & locupletata, tandem unita cum ejuſdem nominis Abbatia Panormitana, & à Carolo V. Imperatore Collegio Societatis Jeſu Panormitano attri-

attributa; ut refert Rocchus Pirrus lib. 4, de Abbatiis Siciliæ notit. 2. recenſetur ab eodem lib. 3. inter Abbatias, Diœc. Mazarienſis, unde credi poteſt non diverſam eſſe ab Abbatia S. Mariæ de Crypta, de qua ſuprà litt. C. in regione, ſeu valle *di Mazara*.

Abbatia tit. S. Joannis de Marſano, aliàs Marzano, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Tipherni, ſive civitatis Caſtelli; unita menſæ Epiſcopali per Paulum II. Papam anno Pontific. 4. Sed hæc unio non eſt ſortita effectum; tit. Abbatiæ gaudebat ante ann. 1430. de ea Ughellus tomo 1. quia Epiſcopi aliquando Caſtellani dicuntur, error irrepſit in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. ubi verbo *Caſtellanus* perperam ponitur in Diœc. Venetiarum. Sita eſt ad *Aggia* fluviolum, tribus circiter paſſuum millibus à civitate Caſtelli, versùs Occaſum.

Marſi populi Italiæ, circa lacum Fucinum, hodie *lago di Celano*, nunc in Aprutio citeriori; apud quos Marſos Abbatia, ſive Monaſterium nobile tit. S. Benedicti, Ordin. ejuſdem Sancti, ac Diœceſis Marſorum, quod cum Valeria civitate perjiſſe dicitur, tertio milliario ſuprà lacum Fucinum à Piſcina oppido diſtans, cui monaſt. adjecta erat Eccleſia S. Sabinæ, qua pro Cathedrali utebantur Marſorum Epiſcopi. Vide Ughellum tomo 1. pag. 953.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nicolai de Capellis, in hac Diœceſi Marſicana Aprutii, de cujus ſubjectione lis erat inter Epiſcopum Marſorum, & Abbatem Abbatiæ Caſæ Marii anno 1236. ut obſervat Ughellus tomo 1. pag. 980. de ea jam ſuprà verbo *de Capellis*.

Marſicum novum, vulgò *Marſico nuovo*, ad Marſici veteris, ac vicini differentiam, civitas Lucaniæ, ſive Regni Neapolitani Principatûs citerioris. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Stephani de Marſico, cujus Abbati Rado nomine duas Eccleſias dat Normannus anno Salutis 1089. vide Ughellum tomo 7. pag. 696. alias donationes, & præcipuè Sylveſtri Comitis vide ibidem pagin. 702. & ſeqq. Dicitur etiam S. Stephani, & B. Mariæ de Plano; unita eſt Capellæ Præſepii in Baſilica Sanctæ Mariæ Majoris de urbe Roma, per Clem. VIII. Papam anno 1593. ut recenſetur in Cod. Taxar. D. Paſſionæi. Sancti Stephani Marſicenſis Diœc. Abbas erat Leonardus, factus anno 1468. Termulanus Epiſcopus, ut idem Ughellus obſervat tomo 8. pag. 533.

II. Abbatia titulo S. Januarii, Diœceſis Marſicanæ, in Principatu citeriori, conſiſtorialis, & unita Capellæ Præſepii Domini noſtri Jeſu Chriſti Eccleſiæ Liberianæ, ſive Sanctæ Mariæ Majoris Romæ, ut obſervat Ughellus tomo 7. pag. 680.

III. Abbatia tit. S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, & martyris, monialium Ordin. S. Benedicti, cujus Eccleſiam anno 1179. Guillelmus Marſici Comes ædificavit, & in ea Juvenalem Presbyterum Priorem ſub Regula S. Auguſtini conſtituit, in loco, qui Raya, ſive mons Raya dicebatur; vulgariùs dicitur S. Thomæ de Marſico civitate Lucaniæ, ſive Principatûs citerioris; Sex exactis fratribus

tribus S. Auguſtini, locus datus eſt monialibus, quarum Abbatiſſa erat quædam Agnes anno 1295. quo Thomaſius de S. Severino Comes Marſici plurima illis bona conceſſit. Vide apud Ughell. to. 7. pag. 703. & 712. atque 714.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Crucis, monialium Ordin. Ciſtercienſis, in civitate Marſicana Lucaniæ, ſive Principatûs citerioris; ut refert Ughellus tomo 7. pag. 679.

Marſicus. Vide infrà mons Marſicus.

Abbatia titulo S. Stephani de Marſiſco, aliàs de Marciſco, Ord. S. Benedicti, Diœc. Salernitanæ; ut refert Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. In Regni Neapolitani Principatu citeriori.

Abbatia, ſive Monaſterium Martelli dictum, Ord. S. Baſilii, Diœc. Rhegienſis in Calabria ulteriori, quod extabat ante annum 1310. ut refert Ughellus tomo 9.

Abbatia titulo S. Marthæ, cujus Commendatarius Abbas erat Hieronymus Columna Cardinalis, anno circiter 1615. vide apud Ciaconium tomo 4. pag. 567.

Abbatia tit. S. Mariæ de Martina, aliàs de Matina, aut Mattina, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. S. Marci in Calabria citeriori, fundata anno 1179. menſe Julio; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. & Carolus de Viſch in Abbatiarum hujus Ordin. indice. In Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur S. Maria de Mattina, aliàs Sambuccina, Ordin. S. Benedicti, Diœc. olim Biſinianenſis in Calabria citeriori, nunc Diœc. S. Marci.

Abbatia tit. S. Martini, cujus anno 1228. Abbas erat Donnus Raynaldus Pennenſis Canonicus. Vide Ughellum tomo 7. pag. 1336.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini, quod Cervienſi Epiſcopo confirmat Innocentius IV. Papa Bullà datâ anno 1244. apud Ughell. tom. 3. pag. 492. forſan *S. Martino di Ponte di Quinta*, vicus undecim paſs. mill. Cerviâ diſtans, versùs Occidentem, in Romandiola.

Abbatia tit. S. Stephani de Martiſco, Ord. S. Benedicti, Diœc. Caſertinenſis; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. ſita in Campania Felice, ſive Terra Laboris.

Abbatia titulo S. Angeli de Maſſa, Ord. S. Benedicti, Diœc. Narnienſis, ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. diſtat à civitate Narnienſi duobus mill. paſſuum, versùs Meridiem. In Umbria.

Abbatia titulo S. Mariæ de Maſſa, olim S. Mariæ de Auſtro, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Meſſanenſis, in pago ſeptem paſſuum mill. Meſſanâ diſtante, vulgò *le Maſſe*; conſtructa à Nicodemo fratre Abbatis Sabæ S. Salvatoris de Bordonario, anno 1099. ſuccedentibus Abbatibus titularibus, uſque ad annum 1538. quo ejus proventus inſumpti ſunt ad conſtructionem Abbatiæ Sancti Salvatoris Meſſanæ. Clauſtrales Abbates eligebantur à monachis, ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notit. 5. vulgò *della Maſſa*, de qua Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 67. dependebat ab Abbatia S. Salvatoris Meſſanenſis, cujus Archimandritæ Onuphrio facultatem

tatem ibi Abbatem inſtituendi . & deſtituendi concedit Alexand. III. Papa Bullâ datâ ann. 1175. vide Bullarium tomo 1. pag. 64.

Abbatia tit. S. Martini de Maſſa, Ord. S. Benedicti, aut Sancti Baſilii, Diœc. Rheginenſis in Calabria ulteriori, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. eadem forſan, quæ S. Martini de Mota, Ordin. S. Baſilii; de cujus Archimandrita ad annum 1341. loquitur Ughellus to. 8. pag. 159. de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi ad annum 1598. ſub titulo S. Martini de Meſſa.

Abbatia S. Petri de Maſſa montis Neronis. Vide ſuprà litt. C. verbo Callium num. III.

Abbatia tit. S. Laurentii apud Maſſacium oppidum Piceni, ſive Marchiæ Anconitanæ, ab Æſina civitate *Jeſi* ſeptem paſſuum millib. diſſitum, versùs Meridiem; de Romualdo ejus Abbate ad annum 1148. mentio fit in Hiſtoria Camaldulenſi, part. 2. lib. 4. cap. 19. vulgò *Maſſacio*; quod oppidum cum Palatio Eremo Camaldulenſi datum aſſeritur parte 1. lib. 2. cap. 23. hinc collige Ordin. eſſe Camaldulenſis.

Apud Maſſam Lubrenſem Eccleſia, vulgò S. Mariæ Virg. *de Lobra* dicta, quaſi à delubro Minervæ vetuſto, priùs ſub tit. S. Petri ad littus maris, aliquando pro Cathedrali habita, Abbatiæ titulo poſtmodum ornata, ubi fama eſt monachos Ord. S. Benedicti habitâſſe, ut in loco ab hominum conſuetudine remoto. Anno 1512. ſedes Epiſcopalis ab hac Eccleſia S. Mariæ de Lobra tranſlata eſt ad ædem S. Mariæ gratiarum, & anno 1584. tradita eſt fratribus Ordin. Minorum de Obſervantia; ut teſtatur Ughellus tom. 6. pag. 796. 799. & 801. Civitas Maſſa ad aliarum diſtinctionem Lubrenſis agnominata in Campania Felici, ſive Terra Laboris, a Metropoli Surrento quinque paſſuum millib. versùs Meridiem, contra Capreas inſulam.

Matera civitas Apuliæ Peucetiæ, ab Acheruntina Metropoli quadraginta paſuum mill. diſtans, in declivo loco poſita, ſuper *Canapro* fluvium, in Regni Neapolitani regione Hydruntina, vulgò *Terra d'Otranto*. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Euſtachii, Ord. S. Benedicti, à Stephano Abbate conſtructa, & ab Arnaldo Acheruntino Epiſcopo conſecrata anno 1080. cujus ruinæ prope Cathedralem Eccleſiam viſuntur; ut aſſerit Ughellus tomo 7. pag. 15. & 39. Pax Jordanus in Abbatiarum Catalogo illam vocat S. Euſtachii de Vernisia, & Vermiſia, & de Nerviſio, ſicut & Codex Taxarum Cameræ Apoſt. verbo *Serven.* in Cod. Taxar. D. Paſſionæi dicitur ejuſdem tituli monaſteria eſſe in Diœc. Tarviſina, ac etiam in Diœc. Cervienſi.

II. Abbatia titulo SS. Luciæ, & Agathæ, monialium, Ord. S. Benedicti, ante octingentos annos condita Materæ; cujus Abbatiſſa B. Eugenia deceſſit anno 1093. ut ſcripſit Ughell. anno 1645. tomo 7. pag. 12. & 15.

III. Abbatia olim, ſive Monaſt. inſigne tit. S. Mariæ de Armenis, in civitate Matera, ſanctimonialium, Ord. S. Benedicti, quod vetuſtate corruit; ut refert Ughellus tomo 7. paginâ 15.

IV. Abbatia olim, ſive Monaſt. nobile in Civitate Materana, titulo S. Ma-

S. Mariæ de Picciano, Sanctimonialium Ord. S. Benedicti, quod vetuſtate deſtructum eſt; ut obſervat Ughel. tomo 7. pag. 15.

V. In civitate Matera, Abbatia olim, ſive Monaſterium inſigne tit. S. Salvatoris de Tirribono, monial. Ord. S. Benedicti, vetuſtate penitus extinctum; ut teſtatur Ughellus to. 7. pag. 15.

Matellicæ Abbatia primùm ſub titulo S. Mariæ Magdalenæ, monial. Clariſſarum, ſecundi Ord. S. Franciſci, quæ propter ejus Abbatiſſam Beatam Matthiam miraculis claram titulum poſtmodum adepta eſt B. Mariæ Matellicæ; ut refert Franciſcus Gonzaga in Hiſtor. Seraphica parte 2. pag. 217. *Matelica*, ſive Matilica oppidum Diœc. Camerinenſis, in Marchia Anconitana versùs montes, ſuper *Jeſi* fluv. undecim paſs. millibus Camerino diſtans, versùs Aquilonem.

II. Matelicæ Abbatia altera titulo S. Mariæ Novæ, Congregationis Sylveſtrinorum ſub Regula S. Benedicti; ut recenſetur in Catalogo MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

Abbatia tit. S. Mariæ de Maticia, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. S. Marci; ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis. In Calabria citeriori.

Abbatia titulo S. Petri de Matina, aliàs de Mitina, Ordin. S. Auguſtini, de qua in Regiſtro Clementis VIII. Papæ, ut recenſetur in Codice Taxar. D. Paſſionæi, Diœceſis eſt Ravennatenſis, in Romandiola.

Abbatia de Matina, ſive S. Martinæ de Sambuccina. Vide infrà hoc verbo litt. S.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Chriſtophori, quod in Matinata conſiſtit; Verba ſunt inſtrumenti facti ann. 1225. quo Federicus II. Imperat. confirmat illud Abbatiæ S. Mariæ de Pulſano; apud Ughellum tomo 7. paginâ 1131. *Mattinata* oppidum eſt, ſive terra littoralis ad mare Apuliæ, in Capitanata, undecim paſs. millib. Manfredoniâ diſtans, versùs Orientem, & in ejus veroſimiliter Diœceſi.

Abbatia titulo SS. Paſtoris, & Matthæi. Vide infrà litt. R. verbo Reate.

Abbatia titulo S. Michaëlis de Maturina, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Florentinæ, in Etruria; recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

In oppido Sancto Mauro, quod è præcipuis eſt Diœc. Tricaricenſis, Abbatia titulo S. Mariæ, quam Rogerio Tricarenſi Epiſcopo confirmat Gregorius IX. Papa, privilegio dato anno 1237. vide apud Ughellum to. 7. pag. 198. *S. Mauro* in Lucania, ſive in Regni Neapolitani provincia, Baſilicatâ dictâ, undecim millib. paſs. Tricarico diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Mauri, ad Padi fluminis ripam, cujus ad annum circiter 1540. Abbas erat Franciſcus Sfondratus Cardinalis; ut reperitur apud Ciaconium to. 3. pag. 700. illa haud dubiè, quæ in Antonii Magini mappis Abbatia vocatur ad ripam Padi ſiniſtram, & Occidentalem, ſtante ex adverſo ad dexteram fluvii ripam, terrâ, ſive vico S. Moro dicto, in Diœc. & territorio Taurinenſi, quatuor circiter mill. paſs. *Turino* diſtans, versùs Septentrionem.

Mazaræ in Sicilia, Abbatia titulo

S. Nicolai de Regali, aliàs de Ragali, vetuſtiſſima, poſt ſimplex, ſicut etiam nunc beneficium; de qua Rocchus Pirrus lib. 3. in notitia Eccleſiæ Mazarienſis, & lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notit. 23. & pag. 140. ubi vocat illud beneficium SS. Joannis, & Nicolai Mazariæ, Ord. erat S. Baſilii, & vulgò *del Reale*, olim extra civitatem, nunc intra muros Mazaræ, ab ea remoti ſunt Baſiliani; ut refert Sylveſter Maruli, qui ſcripſit anno 1613. in Oceano omnium Religionum mundi. *Mazara* civitas Epiſcopalis, ad *Mazara* fluvii oſtia, maritima, ad oram Africani maris, à qua regio dicta eſt vallis *di Mazara*.

Abbatia titulo S. Benedicti Mazarini, Ord. S. Benedicti, Diœc. Syracuſanæ, de qua Rocchus Pirrus in Eccleſiæ Syracuſarum notitia; *Mazarino* oppidum Siciliæ mediterraneum, in regione Notienſi, vulgò *valle di Noto* ſexaginta tribus paſſuum mill. Syracuſis diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Joannis de Mazzocha; vide ſuprà litt. G. verbo S. Mariæ de Gualdo, ſive de Gallo.

Abbatia in oppido Meda, titulo S. Victoris, monialium, Diœc. Mediolanenſis, quam anno 790. fundaverunt Sancti Hamon, & Veremundus, Ord. S. Benedicti; ita Epitome Hiſt. Benedictinæ tomo 2. pag. 44. diſtat quindecim paſſuum mill. Mediolano, versùs Comum.

Abbatia tit. S. Pauli Apoſtoli Mediana dicta, quam Carolus Imperator circa annum 885. dat Wibodo Parmenſi Epiſcopo. Donationem vide apud Ughell. to. 3. pag. 189.

Abbatia de Medio Sancti Galli; vide infrà Sancti Galli de Moſio.

Abbatia titulo S. Mariæ de Medio Auguſto, apud Catanam, ſive Cataniam Siciliæ civitatem, cujus hodie Abbas titularis deligitur, ab Archimandrita Abbatiæ S. Salvatoris Meſſanenſis dependens, Ord. S. Baſilii, ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 48. de Medio Auguſto, hoc eſt B. Mariæ Aſſumptæ, ſive feſti Aſſumptionis ejus, in medio menſis iſtius occurrentis.

Mediolanum, vulgò *Milano* urbs olim Inſubriæ, nunc Archiepiſcopalis, & Ducatûs Mediolanenſis caput, ampliſſima. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium civitati Mediolano vicinum, tempore S. Ambroſii Mediolanen. Epiſcopi. Vide epiſtolam ejus 82. conditum fuit à Sancto Simpliciano ſub finem quarti ſeculi, qui ibidem fuit multorum monachorum Pater, deinde S. Ambroſii in Epiſcopatu ſucceſſor.

II. Abbatia, ſive Monaſterium Sacrarum Virginum Mediolani, tempore S. Ambroſii, ut ipſe met teſtatur in tractatu ad Virgines; deceſſit anno 397.

III. Abbatia, ſive Monaſterium Mediolani, ſub titulo S. Benedicti, quod conſtrui curavit Archiepiſcopus Mediolanenſis Benedictus Criſpus, qui & fundator, obiit anno 735. nunc verò ibi in communi vivunt quædam pœnitentes mulieres; ut aſſerit Ughel. tomo 4. pag. 95.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium Mediolani titulo S. Ambroſii majoris, Ordinis S. Benedicti, conſtructum anno 784. à Petro Oldrato Mediolanenſi Archiepiſcopo, prope Eccleſiam, in

in qua ſepultæ fuere corpora SS. Gervaſii, & Prothaſii, & Sancti Ambroſii Epiſcopi. Primus Abbas fuit quidam Benedictus Presbyter; fundationis cartam confirmavit Carolus Magnus Imperator; vide apud Ughellum tom.4. pagin. 100. Hæc Eccleſia commune erat Archiepiſcoporum Mauſolæum. Petrus Abbas admiſit Presbyteros Seculares, ad celebrationem miſſarum, hinc initium ſumpſit Collegium Canonicorum, qui unà cum monachis Ciſtercienſibus, qui ſub finem decimi quinti ſeculi Benedictinis ſucceſſerunt, Divinum hodie perſolvunt Officium. Hi ſunt Congregationis S. Bernardi Italiæ. De hac Eccleſia vide eundem Ughellum eodem tomo 4. pag. 32. de monaſterio pag. 99. & fuſius pag. 382. deturbati ſunt monachi Nigri anno 1489. fuit data in Commendam, denique relicta eſt Abbatibus conventualibus, aut annualibus, aut triennalibus. Vide Bullam Urbani VIII. datam anno 1630. in Bullario tomo v. Conſt. cx1. pag. 228. ſuper concordia inter Abbatem, & monachos, ac monaſterium, atque Capitulum Præpoſitum, & Canonicos Collegiatæ ejuſdem S. Ambroſii inſignis Eccleſiæ ſub eodem tecto Deo ſervientes.

V. Abbatia altera Mediolani, titulo S. Ambroſii, ad unam è ſex portis civitatis, quarum quælibet viciniam habebat Abbatiam cum Hoſpitali; ita Annales Egenhardi an. 817.

VI. Abbatia titulo S. Simpliciani extra muros Mediolani, Ord. S. Benedicti. Extabat jam ante ann. 881. fuit unita Congregationi Caſinenſi, ſive S. Juſtinæ de Padua, ann. 1517. per Leonem X. Papam. Eccleſia primùm fuerat B. Mariæ Virg. Sacra, deinde (ex corpore S. Simpliciani Mediolanenſis Epiſcopi in ea ſepulti) fuit ejuſdem Sancti nomine donata; ut obſervat Ughellus tom. 4. pag. 33. Ibi primitus Canonicos fuiſſe conſtat ex Statuto Anſelmi Archiepiſcopi, de ann. 1099. vide eund. Auth. pag. 162. In hoc monaſt. ſolitariam vitam duxerat S. Simplicianus, deinde circa annum 700. introducti ſunt monachi Benedictini. Commendatarios habuit Abbates ab anno 1462. uſque ad annum 1517. Alexandri III. Papæ in ejus favorem datum privilegium vide ibid. pag. 166.

VII. Abbatia tit. S. Vincentii, prope Mediolanum, ad portam Comenſem, Ordin. S. Benedicti, extabat ante annum 835. quo Angelbertus Archiepiſcopus Gaudentium, à ſe jam ibi Abbatem conſtitutum, monaſterii S. Ambroſii inſtituit Abbatem. Vide Ughellum to. 4. pag. 112. Hujus Vincentianæ Baſilicæ antiquitates ſcripſit Joannes Antonius Caſtellionæus; ut idem Author aſſerit paginâ 146.

VIII. Abbatia titulo S. Dionyſii prope Mediolanum, ad portam Novam, Ord. S. Benedicti, quam conſtruxit Eribertus Mediolanen. Archiepiſcopus, qui deceſſit anno 1046. & in ejuſdem Abbatiæ Eccleſia fuit tumulatus. Sic refert Ughellus tomo 4. pag. 141. vocatur Abbatia Sanctorum confeſſorum Dionyſii, & Aurelii, in teſtamenti inſtrumento ejuſdem Eriberti, quod vide pag. 143. *quod ego noviter* (inquit) *pro remedio animæ meæ ædificavi*. Erecta fuit in Præpoſituram, loco Abbatialis dignitatis, per

Clementem VII. Papam anno Pontificatûs 1. Sal. 1523. ut refert Codex Taxarum D. Paſſionæi.

IX. Abbatia Mediolani extra muros titulo S. Victoris ad corpus cognominata, quia corpus S. Victoris in ea quieſcit. Vocata eſt etiam Aduſta, quia ignis à S. Ambroſio, ibi ab Arianis accenſus, divinitus extinctus eſt, vocatur quoque Eccleſia Portiana, prope quam S. Mirocles Mediolanenſis Epiſcopus Cœnobium fundaverat, qui obiit ann. 313. Ibidem pariter poſtea monaſterium conſtruxerat Arnulphus II. Archiepiſc. qui deceſſit, ibique ſepultus eſt anno 1019. ſicut, & Arnulph. III. qui eam opibus ditavit, & gratiis exornavit; ut refert Ughell. to. 4. pag. 33. 59. 139. & 159. quique aſſerit primum fundatorem fuiſſe Portium Oldanum (à quo Portiana nuncupata) ante annum 1300. & noviſſimè ann. 1507. à monachis Congreg. Montis Oliveti à fundamentis inſtauratam. In Codice Taxarum Cameræ Apoſt. dicitur Ordin. S. Benedicti, & ipſi unita monaſteria S. Columbani Cumanæ Diœc. & S. Petri de Papiano Derthonen. Diœceſis, per litteras Leonis X. Papæ Pontific. anno 9. videtur fuiſſe monaſterium, in quo tanquam monachus delituerat Jovinianus hæreticus, contra quem coactum eſt Concilium Mediolanenſe anno 390. de ea fusè loquitur Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 162. & ſequentibus; forſan eadem, quæ prius erat ſub tit. S. Martini.

X. Abbatia titulo S. Celſi prope Mediolanum, ad portam Orientalem, Ord. S. Benedicti; intra portam hujus Eccleſiæ ſepultus eſt anno 999. Landulphus Archiepiſcopus Mediolanen. quam ipſe exornaverat, inſignique Cœnobio à ſe dotato auxerat; ut teſtatur Ughellus tomo 4. pag. 135. Eribertus Archiepiſcopus ſuo teſtamento ad Abbatem, & monachos S. Celſi dat ſolidos viginti anno 1024. Ibidem pag. 143. Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 2. cap. 26. dicit hanc Abbatiam tranſiiſſe ad Canonicos Regulares, & anno 1548. à Paulo III. Papa conceſſam Congregationi Canonicorum S. Auguſtini Regular. S. Salvatoris de Bononia nuncupatę, teſtatur Index MS. Abbatiar. ejuſd. Congreg.

XI. Abbatia, ſive Abbatiale Cœnobium titulo S. Mariæ Paſſionis, in ſuburbio Mediolanenſi, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, de quo Codex Taxarum Cam. Apoſt. inter præcipua Collegia numerandum Congreg. Lateranenſis; cujus fundator fuit ann. 1484. Daniel de Biraghis, fuit illi anno 1506. à Julio II. Papa addita Abbatia S. Pauli de Mezano. In Abbatiam erectum eſt anno 1566. per Pium V. Papam; ejus Abbas erat anno 1624. Gabriel Citadinus; ut refert Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 2. cap. 26. & lib. 3. cap. 34. pag. 706.

XII. Mediolani Abbatia Eccleſiæ S. Prothaſii ad monachos dictæ, in qua ex Ordin. S. Benedicti Abbas, & monachi, circa annum 700. è Caſinenſi monaſter. venientes, moram traxerunt, à Mediolanenſibus Archiepiſcopis juribus, & privilegiis ornati; hinc Abbas, & monachi ad Sanctum Simplicianum migravere, relictis pluribus apud S. Prothaſium monachis, & juribus ſibi reſervatis. Vide Ughell.

to. 4.

to. 4. pag. 162. & 164. Et in epiſtola Joannis VIII. Papæ Hadericus vocatur *Abbas ſacrorum monaſteriorum Beatorum ſcilicet Gervaſii, & Prothaſii, ac Simpliciani*. Ibid. pag. 165.

XIII. Abbatia tit. S. Petri Cœleſtini de Mediolano. Anno Sal. 1317. per quemdam nobilem virum de Sacho prope portam Orientalem ejuſd. civitatis fundata, quæ à Roberto Vicecomite Archipresbytero Eccleſiæ Mediolanenſis, & aliis Canonicis dotata fuit, varias calamitates poſtmodum ratione ſitûs perpeſſa, utpote nimis expoſita bellorum inſultibus, ſed pace Italiæ redditâ, ac ſtabilitâ, priſtino ſplendori reſtituta eſt; in ea colitur inſignis S. Mauri Abbatis reliquia, cui par reſpondet populi Mediolanenſis cultus, & devotio.

XIV. Abbatia Mediolani titulo S. Mariæ Majoris, monialium, ſic enim anno 1034. in ſuo teſtamento loquitur Eribertus Mediolanen. Archiepiſcopus; *Ad Abbatiſſam, & monachas de monaſterio Sanctæ Genitricis Mariæ, quod dicitur Majore dent ſolidos decem*. Vide apud Ughell. to. 4. pag. 143. vocabatur titulo S. Mauritii, Ordin. S. Benedicti, & ab omni Epiſcopi juriſdictione exempta erat, ſub cura Congregationis S. Juſtinæ de Padua, ſive Caſinenſi, ut conſtat ex Bulla Julii II. Papæ, datâ anno 1506. quam vide in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 434.

XV. Abbatia Mediolani titulo Salvatoris, quod monaſterium Widelindæ dictum eſt, monialium, ut conſtat ex teſtamento Eriberti Mediolanenſis Archiepiſcopi anno 1034. confecto, cujus hæc ſunt verba. *Ad Abbatiſſam, & monachas de monaſterio Domini Salvatoris, quod dicitur Widelindæ ſolidos decem*. Vide apud Ughellum tomo 4. pag. 143.

XVI. Mediolani Abbatia Lentaſii dicta, monialium, ut clarum eſt ex teſtamento Eriberti Archiepiſcopi Mediolanenſis facto anno 1034. ſic enim ait. *Ad Abbatiſſam, & monachas de monaſterio, quod dicitur Lentaſii, ſimiliter ſolidos decem*; ut refert Ughellus tomo 4. pag. 143.

XVII. Mediolani Abbatia de Ghiſone dicta, monialium, ſic enim Eribertus Mediolanenſis Archiepiſc. in ſuo teſtamento ſcripto anno 1034. loquitur. *Ad Abbatiſſam, & monachas de monaſterio, quod dicitur de Ghiſone dent ſolidos decem*; ut obſervat Ughell. tomo 4. pag. 143.

XVIII. Mediolani Abbatia, ſive Monaſterium puellarum, quod vocabatur Dathæi; ita teſtamentum Eriberti Archiepiſcopi Mediolanenſis, factum anno 1034. apud Ughell. to. 4. pag. 142.

XIX. Mediolani Abbatia, ſive monaſterium puellarum, quod vocabatur *Novo*, ut habetur in teſtamento Eriberti Mediolanen. Archiepiſcopi, confecto ann. 1034. Vide apud Ughel. tomo 4. pag. 142.

XX. Mediolani Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ *de Montano*, cujus Abbatiſſa erat quædam nomine Columba anno 1170. ut obſervat Ughell. to. 4 pag. 221.

XXI. Mediolani Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ in Vallis, monialium, ſitum erat intra portæ Ticinenſis fines anno 1178. ut obſervat Ughellus tomo 4. pag. 233.

Me-

XXII. Mediolani Abbatia titulo S. Urſulæ, monialium Clariſſarum, Ord. S. Franciſci, cujus anno 1435. Abbatiſſa fuit Beata Felix, ut refert Franciſcus Gonzaga Hiſt. Seraphicæ part. 2. pag. 218. erat prius monaſt. monialium ſub Regula S. Auguſtini, anno 1341. à quadam Jacobina virgine inſtitutum, ſed ann. 1404. ad Clariſſas primæ Regulæ Sancti Franciſci tranſiit, quæ poſtea ſunt ſub ſecunda Regula poſitæ; ita idem Author paginâ 361.

XXIII. Mediolani Abbatia tit. S. Margaritæ, monialium, Ordinis S. Benedicti, cujus, ad inſtantiam Abbatiſſæ, & monialium, curam in ſpiritualibus Congregationi S. Juſtinæ de Padua, ſive Priori Abbatiæ S. Petri in Glaſſiata committit Innocentius VIII. Bullâ datâ anno 1486. vide Bullarium Caſinenſe to. 2. pag. 399. Julius tamen II. Papa monachos Sancti Petri Inglaſſiati ab hac cura, & adminiſtratione eximit. Vide ibidem pagin. 437. Abbatiſſam impoſterum biennalem fore decernit Pius II. Papa Bullâ datâ anno 1495. eique omnia privilegia præfatæ Congreg. S. Juſtinæ concedit; vide ibidem pag. 353.

XXIV. Mediolani Abbatia tit. S. Radegundæ, monialium Ordinis S. Benedicti, quam à juriſdictione omnium Ordinariorum olim exemptam declarat, & eximit, atque ſub cura, correctione, & viſitatione Congregationis S. Juſtinæ de Padua ejuſd. Ord. monachorum conſtituit Julius II. Papa, Bullâ datâ anno 1506. Vide Bullar. Caſinen. to. 2. pag. 434.

XXV. Mediolani juxta portam Novam, Abbatia titulo S. Claræ, Ordinis Clariſſarum S. Franciſci, ex duobus monaſteriis uno Humiliatarum, altero Auguſtinianarum conflata; de ejus Abbatiſſa ad annum circiter 1520. mentionem facit Franciſcus Gonzaga Hiſt. Seraphic. part. 2. pag. 360. extabat ante an. 1459.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris, in loco, qui Meletum, tunc nominabatur, in Pivernenſi territorio, à Leone, & Ildicio Pivernatibus Conſulibus, & Ducibus, tempore Joannis XIX. Papæ, qui ſedebat anno 1024. fundata, cujus primus Abbas fuit Venerabilis Amicus; fundationis inſtrumentum, in quo prædia cum Eccleſiis ad fundationem data exprimuntur, vide apud Ughell. tomo 1. pag. * 198. fuit poſtmodum Abbatiæ Foſſæ Novæ unita; erat ſicut Pipernum, in Latio, ſive Campania Romana.

Abbatia titulo S. Viti de Melfar, forſan de fluvio *Melfi*, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Aquinatenſis; recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſtol. Pax Jordanus in Catalogo Abbatiarum legit S. Viti de Melpha; ſic & Codex Taxarum D. Paſſionæi. In Campania Felice, quæ nunc *Terra di Lavoro*.

Abbatia tit. S. Eliæ de Melicucca, Ord. S. Baſilii, in Calabria; recenſetur in Syllabo Abbatiarum ejuſdem Ordinis apud Sylveſtrum Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 68. de altari S. Eliæ in Eccleſia hujus monaſterii mentionem facit Paulus Gualtieri de Sanctis Calabriæ lib. 1. pag. 113 *Melicucca* caſtrum Calabriæ ulterioris novem paſſuum millibus ab Oppido civitate diſtans, Oc-

Occidentem hyemalem verſùs, & quatuor circiter paſſuum mill. à mari Tyrrheno Hieronymus Maraſioti *Croniche di Calabria* lib. 1. fol. 70. cap. 33. vocat monaſt. S. Eliæ de *Melicoccha*, ibique aſſerit defunctum S. Eliam Abbatem, & caſtrum ad Equites Sancti Joannis Hieroſolymitani pertinere.

Prope Melphim Apuliæ civitatem, Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Benedicti, Ord. ejuſdem Sancti, conſtructum ann. 1044. locum dante Angelo Abbate S. Petri in latere montis vultum, civibus quibuſdam Amalphitanis, tunc Melphim incolentibus, ut in Cœnobii Eccleſia orare poſſent, ac tandem in ea ſepeliri. Cujus monaſterii nulla nunc veſtigia extant; donationis tamen inſtrumentum refert Ughellus tomo 7. pag. 255. *Melphi* in Regni Neapolitani provincia, Baſilicata dictâ.

Abbatia tit. S. Mennæ, in civitate S. Agathæ Gothorum, inter Neapolim, & Beneventum poſita, in finibus Terræ Laboris, monachorum olim Cœnobium, Ord. S. Benedicti, cujus Eccleſiam à Roberto Comite Rainulphi filio conſtructam Paſchalis II. Papa propriis manibus anno 1113. conſecravit, in qua ejuſdem S. Mennæ, & S. Bengii corpora quieſcere dicuntur, ut refert Ughellus tomo 4. paginâ 497. nunc Abbatia eſt Ord. S. Auguſtini, in Commendam dari ſolita, ut habetur in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 29. aſſerit pertinuiſſe ad Canonicos Regulares.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini de Menſula, monialium, Ord. S. Benedicti, Diœc. Florentinæ, unitum fuit Abbatiæ Sanctę Marię de Florentia, per Martinum V. Papam, Pontific. anno 2. hoc eſt Salutis 1418. de eo Codex Taxar. Cameræ Apoſtol. Eſt in Etruria. *Mezola* terra, ſive vicus octo millib. paſſuum Florentiâ diſtans, verſùs Meridiem.

Abbatia S. Mercurii, quæ poſtea S. Fantini. Vide infrà litt. P. verbo Parma in Calabria.

Abbatia tit. S. Salvatoris prope civitatem Menſa, aliàs Meſa, quam conſtruxit Joannes Calomenus Guilelmi II. Siciliæ Regis Camerarius, in ſuo patrimonio, in Calabria ulteriori, quam frater ejus Cyprianus Abbas anno 1177. dedit, & ſubjecit Abbatiæ Montis Regalis; ut refert Ludovic. Lellus in Summario privilegiorum ejus num. 12. illa ſanè, quæ in Diœc. eſt Rheginenſi, Ord. S. Benedicti, ut aſſerit vetus Codex Taxæ Cameralis, ubi diſtinguitur ab Abbatia S. Salvatoris de Calomelo; datur in Commendam; Ughell. to. 9. pag. 449.

In oppido Meſa Calabriæ ulterioris, Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Pancratii de Stella dictum, Diœc. Rhegii, quod olim erat, anno videlicet 1198. Archimandritæ Meſſanenſis regimini ſubditum, Ord. S. Baſilii, ut refert Ughellus tomo 9. pag. 437. Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 18. Archimandritæ videlicet magni monaſterii Sancti Salvatoris Meſſanenſis.

Meſſana, vulgò *Meſſina* civitas Archiepiſcopalis, Siciliæ præcipua Academia, emporium, & portus celeberrimus, ad Pelorum promontorium, non longè à Regio Calabriæ civitate, in regione, ſeu valle *di Demona*, Ibi.

Ab-

I. Abbatia, ſive Monaſterium S. Joannis Baptiſtæ, Ord. S. Benedicti, à S. Placido Meſſanæ conſtructum anno 534. quod poſtea titulum recepit S. Placidi fundatoris ſui, fuit poſtmodum à Saracenis ſolo æquatum, hunc locum deinde circa ann. 1100. Equitibus S. Joannis Hieroſolymitanis dedit Princeps Rogerius primus Siciliæ Comes, & ab ipſis etiam nunc poſſidetur ſub Prioratûs titulo; ita Rocchus Pirrus.

II. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Theodori Meſſanæ, à Paulino civitatis Taurianæ in Calabria fundata, quam ſuo privilegio decoravit S. Gregorius magnus Papa, ut teſtatur lib. 1. epiſt. 38. & 39. Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 155. ſuſpicatur fuiſſe olim Ord. S. Baſilii, & in lingua Phari Meſſanę conditum, an. 570. & à Rege Rogerio anno 1134. reædificatum, atque S. Salvatoris Archimandritæ ſubditum. Sylveſter Maruli illud confundit cum vicino monaſterio S. Annæ.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Annæ matris B. Mariæ Virg. à Rogerio de Secretis, & uxore Ula de Graffæo, in propriis domibus intra civitatem Meſſanam juxta Eccleſiam S. Theodori mart. ante annum 1159. conſtructum; cujus anno 1162. Abbatiſſa erat Anna, ſive Agnes *della Corte*, vide Rocchum Pirrum lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pagin. 63. & 64. erat Abbatiæ S. Theodori vicina. Sylveſter Maruli lib. 1. Oceani omnium Religionum mundi pagin. 69. aſſerit fuiſſe olim monialium Ordinis Sancti Baſilii, nunc verò tranſiiſſe ad Ordinem Sancti Bernardi, atque ſitam in regione civitatis *della Giudeca* dictâ.

IV. Abbatia, vulgò Magnum monaſterium dicta, ſub tit. S. Salvatoris linguæ Phari Meſſanæ, Ordinis S. Baſilii extra civitatis muros, Mandra nuncupatum, omnium hujus Religionis in utraque Sicilia poſitorum monaſteriorum mater; à Rogerio I. Siciliæ, & Calabriæ Comite an. 1059. fundatum, & à Rogerio Rege ejus filio regiâ munificentiâ reſtructum, opibus, prædiis, & templis, atque Abbatiis ditatum, ſub ſe habet quadraginta, & unam Abbatias, aut monaſteria, in quibus Archimandrita, ſive Abbas jus habebat conſtituendi Abbates, aut Superiores.

Anno 1538. arce ibi conſtructâ, intra civitatis mœnia ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Miſericordia delatum eſt, eique annexa ſunt quatuor monaſteria. Exempta eſt ab omni juriſdictione Archiepiſcopi, dari ſolita eſt in Commendam; de ea fuſiſſimè ſcribit Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 1. & ſeqq. Primus Abbas fuit Fr. Bartholomæus. Vide inſuper Sylveſtr. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 63. & ſeqq. Alexander III. Papa Bullâ datâ an. 1175. concedit Onuphrio Abbati poteſtatem inſtituendi Abbates, ac etiam deſtituendi in 18. monaſteriis, quæ recenſet. Vide Bullarium to. 1. pag. 64.

V. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Latina, Meſſanæ, quam Eccleſiam cum Cœnobio circa annum 1090. excitavit Rogerius Comes intra civitatem, hodie ſita eſt in ſemita Dromi, Latinâ dictâ, quia

facta

facta eſt Grangia, ſive Prioratus Abbatiæ S. Mariæ de Latina, in civitate Jeruſalem poſitæ, cujus Abbas Facundus anno 1187. Meſſanam transfretavit, ubi in hoc monaſt. S. Mariæ de Latina commoratus Abbatis nomen retinuit, & ſucceſſores ejus aliqui paſſim dicti ſunt, & Abbates, & Priores; deinde factum eſt Prioratus ſub Abbatia S. Philippi Agyrenſis. Rocchus Pirrus edidit ejus notitiam lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 250. tanquam de loco ab Abbatia S. Joannis, ſive S. Placidi dependente.

VI. Abbatia tit. S. Crucis Meſſanæ, cujus Abbas fuit quidam nomine Auguſtinus; ut teſtatur Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 199.

VII. Abbatia Meſſanæ ſub titulo S. Mariæ, & S. Catharinæ Vallis Viridis, Sanctimonialium Canoniſſarum, Congregationis Vallis Viridis præcipuum Cœnobium, olim extra civitatem à quadam Regina Cypri fundatum, poſtea circa annum 1200. intra civitatem translatum, caput omnium aliorum ejuſdem Congregationis, quæ per Abbatiſſam hujuſce Abbatiæ viſitabantur; ſicut poſt Maurolycum refert Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 29.

VIII. Meſſanæ Abbatia titulo Montis Virginum, monialium, quarum Abbatiſſa Beata Euſtochia, ſive Euſtochium ſanctitate florebat anno 1475. ut refert Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 15. hæc fundatrix B. Euſtochia Ordinis erat S. Franciſci, & obiit anno 1480. atque corpus ejus ibidem incorruptum aſſervatur; ut obſervat Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 4. pag. 252. vulgò *di Monte Vergine*. Ibidem ſervatur pars columnæ, ſuper quam ſedebat Dominus Jeſus Chriſtus, quando ſpinis fuit coronatus, ut refert idem Auth. pag. 258.

IX. Meſſanæ, aut prope civitatem, Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Gregorii, monialium, Ordinis S. Benedicti, ab eo olim conditum, anno 1537. deſtructum, quod poſtmodum ab Abbatiſſa Aldonica Spataſora reſtauratum circa annum 1600. Ibi ſervatur Imago miraculoſa B. Mariæ Virginis *della Ciambretta* dicta; plura vide apud Sylveſtrum Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 33.

X. Meſſanæ Abbatia tit. S. Joannis *delli Greci*, Ordin. olim S. Baſilii, monialium, quæ ſtabat adhuc anno circiter 1600. quamque D. Antonius Lombardus Meſſanæ Archiepiſcopus, accedente Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentiâ, univit Abbatiæ S. Catharinæ Vallis Viridis, Ordin. Canoniſſarum Regularium S. Auguſtini; ut aſſerit Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 69.

XI. Meſſanæ Abbatia tit. S. Salvatoris, monialium, Ord. S. Baſilii, florebat anno 1613. eratque antiquitus ſub juriſdictione Archimandritæ S. Salvatoris Meſſanen. nunc verò ſtat ſub juriſdictione Archiepiſcopi, horaſque Canonicas Greco recitant idiomate; ut refert Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 69.

XII. Prope Meſſanam Abbatia titulo S. Philippi Grandis, vulgò *la Grande*, ſive majoris, Ord. S. Baſilii, & Diœc. Meſſanenſis, varia habuit

nomina, à S. Philippi Agyrenſis ſpecu (in qua aliquando vixiſſe dicitur) primò ſic nominata; à Meſſanæ civitatis vicinitate, nempe ad quatuor mille paſſus, versùs Meridiem, *de Meſſina* dicta; à longo fluminis *la fiumara* tractu *de valle longa*, ſeu *de valle*, aut *de valle nemoris* nominata, denique ad differentiam cujuſdam Prioratus, qui vulgò *il piccolo* dicitur, Græcè *Macroteri* latinè magni, ſeu majoris, ſive Grandis cognomen habet. Illam anno 1100. Rogerius primus Siciliæ Comes conſtruxit, & Baſilianis monachis attribuit, & fundavit; fundationem ann. 1145. confirmavit ejus filius Rex Rogerius; à fundatione Abbates titulares monachos habuit uſque ad annum 1449. poſtmodum Commendatarios, cum Siculi Regis patroni præſentatione, & Sum. Pont. confirmatione. Eſt in eminenti colle poſita; de ea Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 13. & anno 1613. Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 67. in Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur de Magia (pro Macra hoc eſt Magna) aliàs de S. Lucia; Abbates dependebant, & inſtituebantur ab Abbate S. Salvatoris linguæ Phari, ut conſtat ex Bulla Alexandri III. datâ an. 1175. Vide Bullarium tomo 1. pag. 64.

XIII. Abbatia titulo S. Nicandri confeſſoris, vulgò *S. Licandri*, Ord. S. Baſilii, in colle pagi, prope civitatem Meſſanam ſita, & ann. Sal. 800. condita Eccleſia, Cœnobium verò circa annum 1136. Eſt de fundatione, & largitione Regii patronatûs, fuitque Abbatiæ, ſive magno monaſterio Sancti Salvatoris Meſſanenſi data, & unita; de ea Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notit. 3. forſan ea, quæ in Bulla Alexandri III. datâ an. 1175. vocatur monaſt. S. Richardi de Meſſanem, in quo Abbatem inſtituendi dat poteſtatem Onuphrio Abbati S. Salvatoris. Ita Bullarium tomo 1. pagnâ 64.

XIV. Abbatia tit. S. Viti, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Meſſanenſis in Sicilia, quæ fundata eſt anno 1247. ut aſſerit Carolus de Viſch in Abbatiarum ejuſdem Ord. indice.

Abbatia tit. S. Mariæ de Bethleem, Congregationis Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti, in terra Meſſapiæ, in Salentinis, Diœc. Brunduſinæ, quæ diû ſub titulo Prioratûs gubernata, tandem piorum largitione, auctis opibus, & monachorum numero, anno 1630. in Abbatiam erecta eſt; ut aſſerit D. Cœleſtinus Guicciardini, olim ejuſdem Congregationis Generalis Abbas in ſua relatione MS. eſt in Regni Neapolitani provincia, Terrà Hydruntina *d'Otranto* dicta.

Abbatia tit. S. Baſilii de Meſſiano, ſive de Mediano, Ordinis S. Baſilii, Diœc. Miletenſis *Mileto*, in Calabria ulteriori; de qua in Regiſtr. Pauli III. Papæ, qui ſedebat anno 1534. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi, cui concordat antiquus Codex Taxæ Cameralis, in quo legitur S. Baſilii de Miſiano, Diœceſis Miletenſis. *Miſiano* oppidum ſeptem mill. paſſuum Mileto diſtat, versùs Orientem.

In territorio Miſſiani, Abbatia tit. Sancti Opuli, Diœceſis Miletenſis in Calabria ulteriori; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia Loci de Meſule nuncupata, Diœceſis Satrianenſis, in Regni Nea-

Neapolitani provincia, Principatus citerior dictâ, per Leonem X. Papam Pontificat. ann. 5. Satrianenſi Eccleſiæ unita; ut refert Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ.

In Metamaucenſi littore, vulgò *Malamoco*, Abbatia, ſive Monaſter. titulo S. Cypriani, in loco nominato Vinea, cujus Eccleſiam Capellæ Ducali Venetiarum ſubjectam dedit Ordelaſus Falerius Dux Venetiarum Abbati S. Benedicti de Pado vetulo, ad condendum monaſterium, quod deinceps ex maris impetu dirutum, translatum fuit Muranum. Donatio facta eſt tempore Henrici Venetiarum Epiſcopi, circa ann. 1100. ut refert Ughellus tomo 5. pag. 1313.

Abbatia titulo S. Stephani de Mexano, vulgò de *Mezzano*, Ord. S. Benedicti, Diœc. Spoletanæ, condita circa annum 1200. quam anno 1318. Petrus ejus Abbas, cum Angelo monacho, reſtituere non valentes, monaſterio S. Crucis de Saxo Vivo univerunt; ut teſtatur Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 315.

Abbatia titulo S. Pauli de Mezano, ſive de Mexano, & de Moſiano, Ord. S. Benedicti, quam Innocentius III. Papa Parmenſi Epiſcopo ſubjicit, in cujus quoque eſt Diœc. anno 1199. ut refert Ughellus to. 3. pag. 276. unita fuit per Julium II. Papam anno Pontificatûs 4. Sal. 1506. Congreg. Lateranenſi; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; ejus Abbas erat an. 1513. Hieronymus Boſſus, ut obſervat Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. pag. 581. & pag. 706. ubi illam vocat S. Pauli de Mozano Placentinæ Diœc. & dicit unitam Abbatiæ S. Mariæ de Paſſione Mediolanenſi, vulgò de *Miſſano*, in Placentino territorio. Sic Hieronymus Ghilini in Annalibus ad annum 1465. forſan eadem cum Abbatia Mediana, de qua ſuprà; *la Mezana* vicus quatuor circiter paſs. mill. Placentiâ diſtans, versùs Aquilonem. In præcitati Pennotti Catalogo Cœnobiorum, quæ Conventu carent, ſic numero 45. legitur S. Pauli de Mezano, olim Abbatia.

Abbatia titulo S. Michaëlis Archangeli, Diœc. Neocaſtrenſis, in Calabria ulteriori, in Commendam dari ſolita; ut aſſerit Ughellus tomo 9. pagin. 556.

Abbatia titulo S. Michaëlis in Sicilia, Ordinis S. Baſilii, media inter Termini, & Panormum, per Rogerium Comitem fundata, tandem, amotis Baſilianis, Eccleſiæ, ſive Archiepiſcopatui Panormitano unita, ante annum 1613. de qua Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 67.

Abbatia, vulgò *B. di S. Michiele*, in vallibus Veronenſibus ad confluentes fluviorum *Tartaro*, & *Tartarella* viginti octo paſſuum millib. Veronâ, Orientem hyemalem versùs, & tribus circiter paſſuum millibus à Molara, & à Pado flumine, versùs Aquilonem; ut refert Anton. Magini in mappis.

Abbatia titulo S. Petri de Micheto, aliàs de Muſceto, Ordinis, ſive Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Florentinæ, in Etruria, de qua Ughel. & Codex Taxar. Cam. Apoſtol. huic unitum eſt Hoſpitale Beatæ Mariæ de Monſerone per Martinum V. Pontif. qui ſedebat ann. 1417. ut refert Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Ee 2 Ab-

Abbatia titulo S. Mariæ de Miet, Ord. S. Benedicti, Diœc. Triventinæ, tempore Clementis VII. Papæ; ſic refertur in Codice Taxarum D. Paſſionæi; ſita eſt in Comitatu Moliſii.

Abbatia titulo S. Euſebii, ſive S. Mariæ de Milanico, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Larinenſis, in Regni Neapolitani Comitatu Moliſii, recenſetur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia de Mileheco, duodecim mill. paſs. Spoleto diſtans, in Umbria, de cujus Abbate, & monachis mentionem facit ad annum 1499. Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pagin. 706. & tomo 3. pag. 286. illam vocat de Micheco, & aſſerit ab aliquot ſeculis derelictam.

Miletum, vulgò *Mileto* civitas Calabriæ ulterioris; ibi Abbatia, ſive Monaſterium in honorem SS. Trinitatis, & S. Michaëlis Archangeli, Ordinis S. Benedicti, à Rogerio Comite an. 1050. à fundamentis conſtructum. & dotatum, atque ab Urbano II. Papa, qui ſedit ann. 1088. Beato Petro, & S. Romanæ Eccleſiæ in perpetuum jus oblatum, cujus Eccleſiam, tranſlatis à Bibona colonis, conſecravit Calliſtus II. Papa ann. 1129. poſt Paſchalem, & Innocentium Summos Pontifices, in protectionem ſuam illam ſuſcipit Eugenius III. Papa Bullâ datâ an. 1150. in qua omnes Eccleſias ad hanc Abbatiam pertinentes recenſet. Vide apud Ughellum tom. 1. pagin. 1032. videtur eſſe Eccleſia unica Parochialis civitatis, quæ regitur per Abbatem Benedictinum. Vide ibid. pag. 1020. Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 9. dicit hoc monaſterium fuiſſe primùm ſub tit. S. Euphemiæ, & deinde ſub titulo S. Trinitatis. Unita fuit Colleg. Græcorum urbis Romæ per Gregor. XIII. Papam anno 1581. ut aſſerit Codex Taxarum D. Paſſionæi; de illa vetus Codex Taxæ Cameralis, ſub titulo S. Trinitatis, & Gabriel Barrius in deſcriptione Calabriæ; de ea pariter Hieronym. Marafioti. *Croniche di Calabria* lib. 2. pag. 121.

II. Abbatia titulo S. Salvatoris Miletenſis, Ordin. S. Baſilii, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia tit. S. Angeli Miletenſis, cujus Abbas erat anno 1122. quidam Nicolaus; ut obſervat Ughell. tom. 9. pag. 502. eadem eſt cum Eccleſia Sancti Angeli de Militino, Diœc. Roſſanenſis in Calabria citeriori, quam Alexander IV. Papa liberaliter conceſſit Abbatiæ de Fonte Laureato. Vide ibidem pag. 643. & pag. 643. & pag. 733. ubi dicitur eſſe, Ord. S. Baſilii; vide ſubſcriptiones Bullæ Calliſti II. Papæ, apud Paulum Gualtieri de SS. Calabriæ pag. 230.

Abbatia de Mille dicta, Ordinis Præmonſtratenſis, Diœc. Aquenſis in Lombardia, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. & Ughellus tomo 4. pagin. 465. recenſetur in ejuſdem Ord. Cercaria Italiæ, in Bibliotheca Præmonſtratenſi. Sita eſt, ut Diœceſis, in Ducatu Montis Ferrati.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Stephani, monialium, Ordinis Ciſtercienſis, in oppido Milleſimo, Diœc. Albæ Pompejæ. Donationem illi factam ab Henrico Marchione Savonenſi confirmat Raynerius Albenſis Epiſcopus, qui ſedit ann. 1224. Vide

Ughel-

Ughellum tomo 4. pag. 406. *Mileſimo* oppidum in Montis Ferrati Ducatu, viginti ſex paſs. mill. ab Albenſi civitate diſſitum, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia S. Mariæ de Mili, in Sicilia, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis, quam anno 1092. excitavit, & dotavit Rogerius magnus Comes Calabriæ, & Siciliæ. Primus Abbas fuit quidam Michaël ejuſdem Ordinis monachus; ſita eſt in pago flomariæ de Mili, ſive in fluvio Milli, ſeptem paſſuum millibus à civitate Meſſana, versùs Meridiem; ab anno 1478. habuit Abbates Commendatarios, & anno 1542. unita eſt domui Hoſpitalis S. Mariæ de Pietate Meſſanenſi, ſicque Rector, ſive Hoſpitalarius Abbas eſt perpetuus Commendatarius, & oppidi Milis Baro. Eccleſia Abbatiæ totius oppidi Parochia eſt ab initio fundationis; ſic refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 11. In Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur unita Hoſpitali pauperum S. Leonardi, ſive S. Angeli *lo Grande* Meſſanenſi, per Paulum III. Papam anno 1543.

Abbatia titulo S. Salvatoris de Milis, ſeu de Scholario, cujus Abbates erant ante annum 1398. frater Leontius, & poſt ipſum frater Athanaſius de Meſſana, Ord. S. Baſilii, ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 23.

Abbatia tit. S. Mariæ de Milochis, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Rheginenſis, in Calabria ulteriori, extabat ante annum 1551. ut refert Ughellus to. 9. pag. 714. tunc Benedictus ejus Abbas factus eſt Inſulanenſis in eadem Calabria ulteriori Epiſcopus; in Codice Taxar. D. Paſſionæi ſcribitur S. Mariæ de Melechio, & in vetuſto Codice Taxæ Cameralis S. Mariæ de Molochi; reperiuntur aliæ duæ Molochii, & de Molachia hęc Diœc. Nicoterenſis, illa oppidenſis, de quibus infrà.

Abbatia titulo S. Miniatis prope Florentiam. Vide ſuprà litt. F. verbo Florentia num. XXIII.

Abbatia tit. S. Georgii, in oppido Mirabelli, Diœc. Bojanenſis, ſive Bovianenſis: expedita anno 1587. ut refertur in Codice Taxar. D. Paſſionæi. *Mirabello* in Regni Neapolitani Comitatu Moliſii, ad Apenninum montem, octo mill. paſſuum à civitate Bojanenſi diſſitum, versùs Orientem.

Abbatia titulo S. Blaſii de Mirabello, Diœceſis Abellinenſis, in Regni Neapolitani provincia, Principatus ulterior dicta; de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi; in veteri Codice Taxæ Cameralis legitur S. Blaſii extra muros Mirabellæ, Ord. S. Benedicti. *Mirabella*, quæ prius Aqua Putrida, civitas olim ſuffraganea Beneventi, à qua duodecim mill. paſs. diſtat, versùs Orientem.

Mirandulæ Abbatia tit. S. Mariæ Magdalenæ, Canonicorum Regular. Ordin. S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia dictæ: ipſis conceſſa an. 1507. ſub Julio II. Papa; ita Syllabus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis *Mirandola* ſui Ducatûs caput inter territoria Mantuanum, & Mutinenſe.

Abbatia Mirteti, Ord. Ciſtercien. Diœceſis Piſanæ in Etruria, fundata an. 1248. ut aſſerit Index Abbatiarum ejuſ-

ejuſdem Ord. à Carolo de Viſch editus, de ea loquitur Ughel. ad an. 1360. non eſt diverſa à monaſt. S. Mariæ de Mortet ejuſdem Diœc. unito Abbatiæ S. Michaëlis de Verruca; ut dicitur in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ.

Abbatia tit. S. Mariæ de Miſgad, Ord. S. Auguſtini, aliàs S. Benedicti. Diœc. Larinenſis, in Regni Neapolitani Comitatu Moliſii; de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Mariæ de Miſericordia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Patavinæ; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ.

Abbatia S. Mariæ de Miſericordia. Vide infrà verbo Mutinæ.

In Miſtrecta imperiali civitate Siciliæ, olim Miſiſtratum dicta, Abbatia tit. S. Mariæ de Vocante cognominata, Diœc. Cephaludenſis; de qua ſcribit Rocchus Pirrus lib. 3. in notitia Cephaludenſis Eccleſiæ. *Miſtretta* in regione, ſeu valle *di Demona* triginta duo mill. paſſuum à Cephaludenſi civitate diſtans, Orientem hyemalem versùs.

Modoëtia, ſive Moditia, vulgò *Monza*, Abbatia tit. S. Joannis Baptiſtæ, nunc Canonicorum inſignis Collegiata Eccleſia, adhuc ſub Abbate, à Theodolinda Regina fundata, & plurimis Principum privilegiis ornata, præcipuè Berengarii Imperatoris anno 920. cujus diplomatis hæc verba ſunt. *Canonicos Abbatiæ Beati Joannis Baptiſtæ, & præcurſoris Chriſti de Moditia*, & pluries infrà, *jam nominatæ Abbatiæ de Moditia*; vide apud Ughel. tom. 4. pag. 87. *Monza* oppidum, ſive urbs inſignis, Diœc. ac Statûs Mediolanenſis, in Inſubria, ſuper *Lambro* fluvium, duodecim paſſuum millib. Mediolano diſtans, versùs Aquilonem.

Abbatia titulo S. Mariæ *delle Moggia*, monialium, Ord. S. Benedicti, Diœc. Eugubinæ, quam anno 1205. fundavit Beatrix Comitiſſa, ejuſque facta prima Abbatiſſa, in loco *le tre Moggia nel monte maggiore* nuncupato, prope Abbatiam de Campo Reggiano, & olim ſub ejus Abbatis cura; de ea mentionem facit Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato, pag. 155. In Ducatu Urbini.

Abbatia tit. S. Mariæ *de la Mola*, Ordin. Ciſtercien. Diœceſis Cajetanæ *Gaeta*, extabat tempore Alexand. VI. Papæ, anno circiter 1500. de ea Cod. Taxarum D. Paſſionæi. *Mola* vicus in Terra Laboris, quatuor paſs. millibus Cajetâ diſtans, versùs Boream.

Abbatia tit. S. Petri *de la Mola*, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Derthonen. vocatur etiam S. Petri de Molo, in Statu Mediolanenſi; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt.

Abbatia titulo S. Angeli *de la Mole*, Ordin. S. Benedicti, Diœc. civitatis Caſtelli, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtol. verbo *Caſtellanus Venetiarum Patriarch.*; hoc per errorem, cùm non ſit in Diœc. Venetiarum. *B. dell' Amole* in mappis Ant. Magini, ubi etiam dicitur *dell' Amola* decem circiter paſſuum mill. à civitate Caſtelli diſtat, versùs Aquilonem, prope Ducatum Urbini.

Abbatia tit. S. Mariæ *de la Molachia*, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Nicoterenſis in Calabria ulteriori; de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia titulo S. Mariæ de *Moladi*, Ord.

Ordin. S. Baſilii, in Calabria, quam ad an.1613. recenſet Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 68. Diœceſis eſt Miletenſis, in Calabria ulteriori; ut teſtatur vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia tit. S. Alexandri de Molendinis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Albæ Pompejæ; de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. concordat Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Joannis, de oppido, ſive terra Moliterni, Diœc. Marſicanæ, in Lucania, Conſiſtorialis, cujus mentionem facit Ughellus tomo 7. pagin. 680. ſita eſt nunc in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dictâ, ad confines Baſilicatæ quatuordecim paſſuum millib. à civitate Marſico novo, versùs Meridiem.

Abbatia Molochii dicta, Ordinis S. Baſilii, Diœc. Oppidenſis, in Calabria ulteriori; de ea Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Melochium hujus Diœc. duplex *Molochi di ſotto*; quatuor paſſuum mill. ab Oppido, versùs Boream *Molochi di ſopra* eodem circiter ſpatiô ab Oppido, versùs Orientem. *De Molochi di ſotto* ſermo eſt in clivo montis Apennini, trib. circiter paſſuum mill. diſtante ab oppido *di Terra nova*, versùs Solis ortum, ubi Abbatia monachorum S. Baſilii, qui divinum Officium perſolvebant in Eccleſia S. Mariæ *de Marola*, dictâ. Vide Paulum Gualtieri de SS. Calabriæ lib. 1. cap. 351. an. circiter 1423. Nicolaus *da Terra nova* Abbas erat S. Mariæ de Marola in Molochi; vide ibidem pag. 368.

Abbatia tit. S. Mariæ *della Pieve di Mompeo*, Diœceſis, & territorii Sabinenſis, in Statu Eccleſiaſtico; de qua Codex MS. Bibliothecæ Alterianæ ad columnam 13. litt. D. pag. 653. *Mompeo* plebs, ſive Parochia triginta duobus paſſ. mill. Româ diſtans, versùs Boream; milliario à Monte Negro, Occidentem æſtivum versùs, non longè à fluvii *Farſa*, nunc *Farfara* dicti fontibus.

Abbatia Monacaria dicta. Vide ſuprà litt. A. verbo S. Mariæ de Aqua viva.

Abbatia tit. S. Floriani de Monaſca, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Paduanæ; ſic aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris, & S. Andreæ de Mondatio, Ord. S. Benedicti, in Diœc. & Comitatu Feretrano, quam anno 1063. Henricus IV. Rex declarat eſſe ſub juriſdictione Ravennatis Archiepiſcopi, quam mandatum fuit uniri Eccleſiæ Feretranæ anno 1450. Ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. videtur idem eſſe cum monaſterio, in fundo Cellę Fauſti ſito, quod Honor. II. Papa an. 1125. Petro Feretrano Epiſcopo confirmat, & in Apoſtolicæ Sedis protectionem ſuſcipit, vide Ughel. tomo 3. pag. 362. & pag. 933. In Ducatu Urbini.

In loco Moninelli, Abbatia titulo Reſurrectionis, & Aſcenſionis D. Jeſu Chriſti, altero à civitate Mantua milliario, quam condidit Ludovicus II. Imperator; ut ipſe diplomate ſuo teſtatur, dato an. 874. vide Spicilegium Dacherii tomo 5. pag. 387.

Monopoli, Abbatia tit. S. Stephani, Ord. S. Benedicti, in hac civitate poſita, cui Leo Epiſcopus Cuperſanus

ann.

ann. 1088. juriſdictionem ſpiritualem Caſtri Puteneani dono dedit. Vide Ughellum tomo 7. pag. 955. in Apuliæ Peucetiæ regione, quæ nunc vulgò *Terra di Bari*, ad littus maris Adriatici.

Monaſterium monialium in loco Monotheos dicto, de quo loquitur S. Gregorius Papa lib. 12. epiſt. 30.

Abbatia titulo S. Angeli de Mons, Ord. S. Benedicti, Diœc. Narnienſis, de qua fit mentio in veteri Codice Taxæ Cameralis. In Umbria, ſive Ducatu Spoleti; forſan ea, quæ dicitur Abbatia de S. Angelo duobus paſſuum millibus Narniâ diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia, ſive Monaſterium Montis S. Joannis, quod Urbanus II. Papa, in Bulla data anno 1097. declarat eſſe Epiſcopi Verulanen. juriſdictioni ſubditum; ut refert Ughellus tom. 1. pagin. * 292. Hoc caſtrum Montis Sancti Joannis, Diœc. erat Verulanæ. De Henrico Abbate montis S. Joannis fit mentio in Chronico Abbatiæ S. Sophiæ Beneventi; apud Ughell. tomo 8. pag. 730. ſita erat in Latio.

Abbatia titulo S. Petri in Monte, prope Prænestinam *Paleſtrina* civitatem; de qua loquitur S. Gregorius Papa Dialogorum lib. 3. cap. 23. erat in Latio.

Abbatia tit. S. Angeli in Monte, Ord. S. Benedicti, Diœc. Veronenſis, unita fuerat Congregationi S. Georgii in Alga; ut refertur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia S. Juliani de Monte; vide infrà verbo Spoletum.

Abbatia titulo S. Mariæ de Monte, Ord. S. Benedicti, Diœc. Emonienſis, aliàs Æmonienſis, quæ nunc dicitur Civitas Nova in Iſtria. Tempore Pauli III. Papæ, qui ſedebat anno 1534. recenſetur in Codice Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Monte, quod de licentia Joannis Epiſcopi Peruſini erexit Cardinalis Ugolinus, qui poſtea Summus Pontifex renunciatus eſt Gregor. IX. quique ſedit anno 1227. unde clarum eſt fuiſſe in Diœceſi Peruſina. Vide Ughellum tomo 1. pag. * 74.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Monte, Ord. Ciſtercien. Diœc. Aquilanæ, diverſum proinde ex ſitu à præcedenti; de quo Ughell. tomo 7. pagin. 1286. dependebat ab Abbatia Caſæ Novæ, Diœc. Pennen. In Aprutio citeriori, forſan *S. Maria tra Monti* vicus duodecim millibus paſſuum ab Aquila diſtans, versùs Orientem.

Abbatia titulo S. Mariæ de Monte, Ord. S. Benedicti, Diœc. Conſanenſis in Apulia, ut recenſet Codex Taxarum Cameræ Apoſt. & concordat Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Sita eſt in Principatu ulteriori.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Laurentii de Monte, Ordin. nunc, ſive Congregat. Montis Oliveti, cui Martinus V. Papa perpetuò univit Abbatiam, ut refert Secundus Lancellotus lib. 7. Olivetanæ Hiſtoriæ; fuit antiquitus Ord. S. Benedicti, ſub tit. Abbatiæ, aut Prioratûs, anno poſtea 1396. data eſt in Commendam, quâ deinde extinctâ, attributa eſt anno 1402. Eremitis Ord. S. Pauli; denique anno circiter 1418. unita eſt Abbatiæ Olivetanæ Sanctæ Mariæ de

Sco-

Scolea; ut obſervat Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 74. poſita eſt apud Ariminum.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Monte, Ord. S. Benedicti, Diœc. Polenſis, unita cum Abbatia S. Mariæ de Caneto, de utraque Codex Taxarum Cam. Apoſtol. poſita eſt extra muros Polenſis civitatis in Iſtria.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Monte, quod à ſuis monachis derelictum Emanuel Spinula Albingaunenſis Epiſcopus menſuæ ſuæ Epiſcopali adjiciendum curavit anno 1306. accedente Clementis V. Papæ conſenſu. Vide Ughellum tom. 4. pag. 1273. ſita erat in Liguriæ riparia Occidua Januenſi. Mons S. Petri, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Albingaunenſis, ferunt à S. Deſiderio Ligurum Epiſcopo, & mart. ann. 407. 23. Maii, ibi conſtructam Eccleſiam in honorem S. Petri, ibique conſediſſe, nomenque indidiſſe Monti S. Petri, ubi poſtea ab anno 775. ad ann. 1308. Abbatia Ordinis S. Benedicti, quæ quintodecimo poſt anno religioſis deſtituta, facultatibus menſæ Epiſcopali Albingaunenſi aſſignatis, nuda ſepta data ſunt Carthuſianis anno 1321. huic Abbatiæ ſuberat domus Cellarium, aut Caſa Nova dicta, prope Torranum vicum, ad pedes montis ſitum, quâ flumen, vulgò *Varatiha*, aut *Varatella* dictum præterfluit; ut aſſerit Carolus Morotius in Theatro Ordinis Carthuſien. pag. 253.

Abbatia titulo S. Mariæ inter montes, quam Credinulphus Dominus Theatinus ædificavit, & pluribus ſuis bonis ditavit, inſtituitque ibi primum Abbatem Isbertum ſacerdotem Anachoritam anno circiter 1044. ut refert Ughellus tomo 6. pagin. 845. erat in Aprutio citeriori.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Monte Acuto, Ord. Ciſtercienſis, Diœceſis Laudenſis in Lombardia, fundata anno 1212. 13. Kal. Junii, ut refert Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis; de ejus Abbate mentionem facit Ughellus tomo 2. pag. 181. de ea etiam Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 608. aſſeritur à Sylveſtro Maruli, in Oceano omnium Religionum mundi lib. 2. pag. 117. fundata anno 1105. ſuperbiſſimâ fabricâ conſtructâ, quibuſdam caſtellis, & plurimis poſſeſſionibus dotata; obſervatque an. circit. 1527. Commendatarium Abbatem fuiſſe Galeaſſum Gabrielem de Fano.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Monte Acuto, aliàs de Monte Aucto, Ord. Ciſtercien. Diœc. Peruſinæ, ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Vocatur nunc Abbatia Eremitarum de Monte Corona, cujus Eccleſiam ann. 1105. conſecravit S. Joannes Eugubinus Epiſcopus. Sita eſt in territorio Peruſino, vide Ludovicum Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 2. pag. 214. & tomo 3. pag. 280. ubi dicit Ord. eſſe S. Benedicti pag. 303. aſſerit ædificatam anno 1008. pro Ciſtercienſibus ſub monte Caſtellionis *Caſtiglione*, hodie *Monte Corona* nuncupato, prope Tyberim fluvium; fuit ann. 1504. data in Commendam; in Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur unita Congregationi Camaldulenſi; de hoc monaſt. S. Salvatoris de Monte Corona, mentio fit in Bulla Pauli III. datâ anno 1534.

Abbatia titulo SS. Trinitatis in eodem Monte Acuto, ſub monte Caſtellionis, vulgò *Monte Corona*, Ord. ſeu Congregationis Camaldulenſis, & ejuſdem Diœc. Peruſinæ, quam anno 1210. ædificavit Guido Camaldulenſium Generalis, ibique Abbatem, & monachos ſui Ordinis inſtituit, quæ ſenſim plura ſub ſe habuit monaſteria, ſicque facta eſt caput ſeparatæ Congregationis, parum tamen à Camaldulenſi diverſæ; de qua vide fuſiora apud Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tom. 3. pag. 303. nunc quindecim ſub ſe Eremos continet iſta Congregatio.

Abbatia titulo S. Mariæ de Monte Albo. Vide infrà litterâ V. verbo Venuſii.

In Monte Alborenſi, Abbatia tit. S. Mariæ, cujus Abbati Dominico anno 1101. nonnullas decimationes conceſſit Ildeprandus Ruſellanus Epiſcopus. Vide Ughell. to. 2. pag. 756. *Alberesè* in territorio Senenſi, ſeptem mill. paſſuum à civitate Groſſeto diſtans, versùs Meridiem, & paulò ad Ortum.

Abbatia tit. S. Anaſtaſii de Monte Alto, Diœceſis Caſtrenſis, in Tuſciæ parte, Patrimonium S. Petri dictâ, cujus mentio fit in Bulla Gregorii IX. datâ anno 1230. & de ejus Abbate anno 1358. vide apud Ughellum tom. 2. pag. 816. & 831. octo circiter paſſuum millibus ab exciſo Caſtro, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Nicolai Montis Andex, ſive Audex, Ord. S. Benedicti, Diœc. Auguſtenſis; de qua Ughellus tom. 4. pag. 1533. vocatur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Abbatia S. Nicolai minor. Poteſt dici eſſe vicum ſuper montem poſitum, *S. Nicolo* dictum, quatuor paſſuum mill. ab Auguſta Prætoria *Aoſta*, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Salvatoris Montis Amiati, Ord. S. Benedicti, in territorio, & Diœc. Cluſinâ, veteris Etruriæ, quam an. circiter 743. fundavit Rachis Longobardorum Rex. Primus ejus Abbas fuit Erpo, ut refert Ughell. in Italia Sacra to. 3. pag. 667. ibi fundationis vide inſtrumentum, eſt à Romana Sede immediatè dependens. Anno 1229. in illam, Raynerio Abbate promovente, introductus eſt Ordo Ciſtercienſis; fundationem auxerat opibus Carolus Magnus Imp. quam confirmaverat Ludovicus Imp. ejus filius; vide ibidem pag. 672. habes ibid. pag. 730. Bullam Greg. IX. Papæ datam anno 1229. quâ Nigri monachi expelluntur; habes ibidem pag. 731. Frider. II. Imp. confirmationem datam anno 1237. ſita erat in Comitatu Cluſino, & Etruriæ territorio Senenſi, ſub ſimplici nomine *Badia* quindecim mill. paſs. à Cluſina urbe *Chiuſi*, versùs Meridiem paulò ad Occaſum, in parva regione *Montagnata* dictâ, quæ forſan à Monteamiato corruptè dicta, unde vulgò vocatur Abbatia de Montagnata.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Monte Arato, Diœceſis Trojæ, in Apulia, de qua mentionem facit Paſchalis II. Papa, in Bulla data anno 1100. Similiter Alexander II. Papa, qui obiit an. 1073. vide Ughel. tomo 7. pagin. 1376. nunc in Regni Neapolitani provincia, Capitanatâ dictâ.

Abbatia titulo S. Mariæ de Monte Ar-

Armato, Ord. ſive Congregationis Vallis Umbroſæ; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſt. recenſetur in Bulla Alexandri III. Papæ datâ an. 1176. apud Ughellum tomo 2. pag. 284. Diœceſis eſt Bononienſis, & in ejus territorio Alpeſtri, & novem circiter paſſuum millib. Bononiâ diſtans, versùs Meridiem; ad dexteram, & Orientalem fluvii *Idice* ripam.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Monte Armato, aut Amate, ſive Aviate, Ord. Ciſtercien. Diœc. Suanenſis *Soana*; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. quam diverſam non crediderim ab Abbatia S. Salvatoris de Monte Amiato in vicina Diœceſi Cluſina; de qua ſuprà.

Abbatia titulo Salvatoris de Monte Aucto. Vide ſuprà S. Salvatoris de Monte Acuto.

Abbatia S. Salvatoris de Monte Aviate. Vide ſuprà de Monte Armato.

Abbatia titulo S. Mariæ de Monte Bello, in Salaſſis, cujus Eccleſiam Guido Aſtenſis Epiſcopus, qui ſedit anno 1295. reparavit, & apud eam Cœnobium conſtruxit, in quod è monaſterio S. Anaſtaſii Aſtenſi duodecim Sacras Virgines tranſtulit, illiſque Dumitillam Rotariam Abbatiſſam præfecit. Vide Ughellum to. 4. pag. 551. *Montebello* vicus inter Taurinum, & Aſtam, decem mill. paſs. Taurino ad Orientem.

Abbatia tit. SS. Gervaſii, & Prothaſii de Monte Bello, Ord. S. Benedicti, Diœc. Placentinæ; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ. Illam Innocentius III. Papa in Bulla data anno 1199. aſſerit ad Eccleſiam Placentinam pertinere. Vide Ughellum tomo 3. pag. 275. unita eſt Congreg. Eremitarum S. Hieronymi, per Innocentium VIII. Papam, Pontificat. anno 1. Sal. 1484. ut refert Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Angeli de Monte Camigliano, Ord. Sancti Benedicti, Diœc. Nucerinæ, in Ducatu Spoleti; de ea Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo, & Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris Montis Caperani, Ord. S. Benedicti unitum menſæ Epiſcopali Calvenſi, per Bonifacium VIII. Pontificatûs ann. 7. Sal. 1301. de quo Regiſtrum Vaticanum ab Ughello citatum tomo 6. pag. 601. ſitum erat in Campania Felice, ſive Terrâ Laboris.

Abbatia S. Salvatoris ſub monte Caſtellionis. Vide ſuprà de Monte Acuto.

In monte Caveoſo, aliàs monte Scajoſo, Monte Savioſo, ſive Monte Scabioſo, Abbatia, ſeu Cœnobium illuſtre titulo S. Michaëlis Archangeli, quod Emma Comitiſſa, Rogerii Comitis filia, prædiis, latifundiis, & juris dicendi poteſtate in nundinis menſis Septembris, munificè ditavit. Oppidum eſt, quod civitas vetus, civitas Severiana, ex reliquiis Metaponti ab Alexandro Severo conſtructa, in finibus Lucaniæ, ſexto lapide ab urbe Matera; ut refert Angelus de Nuce in notis ad Chronicon Caſinenſe notâ 1643. Antonius Maginus vocat Monte Scaglioſo, in Baſilicata, octo paſſuum mill. à Matera, versùs Meridiem, inter fluv. *Canapro* ad Orientem

tem, & *Brandano*, verſùs Occidentem, Ord. eſt S. Benedicti, in Diœc. Acheruntina, unitum Congregationi S. Juſtinæ de Padua per Sixtum IV. Papam anno 1484. extabat ante annum 1067. vide Ughellum tomo 7. pagin. 13. 39. & 56. Pax Jordanus in Abbatiarum Catalogo, illam corruptè vocat de Monte Camolo, an. 1174. Alexander III. Alferio Abbati uſum Mitræ, & Baculi concedit, bonaque monaſterii enumerat, & confirmat Bullâ datâ hòc anno; in Cod. Taxar. D. Paſſionæi legitur aliàs de Monte Camoſo.

Abbatia tit. S. Salvatoris in Monte Celli, ſuper Padum fluvium, Ordin. S. Benedicti, fundata à Valcori Majore domûs Deſiderii Longobardorum Regis, cujus anno 769. Abbas erat Rotharius; videtur fuiſſe non longè à Cremona. Vide Bullarium Caſinenſe tom. 2. pag. 11. *Monticello* oppidum Cremonenſis territorii, ad dexteram & Auſtralem Padi fluv. ripam, quatuor circiter paſſuum mill. Cremonâ diſtans, versùs Occidentem.

Mons Chriſti, inſula Mediterranei maris ſic nuncupata, in qua Abbatia tit. S. Mamiliani, ubi primitus plures floruere monachi ſub Regula S. Benedicti, fuit poſtmodum Congregationi Camaldulenſi unita, ſub Epiſcopo Piſano, nunc nullos religioſos alit, ſolaque reſtant ſquallentia rudera; ut teſtatur Ughellus tomo 2. pagin. 437. olim hæc inſula Artemiſia dicta eſt; in montis cacumine veſtigia viſuntur pervetuſti monaſterii. Extat apud eundem Authorem Bulla Gelaſii II. Papæ data anno 1118. ad Henricum monaſterii hujus Abbatem, plurima bona enumerans. Huic monaſterio Beringherius Corſicæ Rex aliqua bona dedit anno Sal. 900. ita idem Ughell. tomo 4. pag. 1394. extabat ante ann. Sal. 407. Introducti fuere Camaldulenſes an. circiter 1216. de ea in Hiſt. Camaldulenſi lib. 2. cap. 29. pag. 185. & 186. ubi Abbatiæ, aliaque loca ad eam pertinentia exprimuntur, ex Bulla Alexandri VI. Papæ data Pontific. an. 9. Salutis 1501. ſita eſt inſula inter Populoniam, & Corſicam inſulam.

Abbatia Montis Ciſorum dicta, Ord. S. Benedicti, Diœc. Velletrenſis in Latio; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ.

In Ciminis montibus, ſeu vulgò in montibus, Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Martini, ſive S. Martini de Monte, Ordin. Ciſtercien. Diœceſis Viterbienſis, quod in Abbatiarum ejuſdem Ordinis indice refert Carolus de Viſch fundatum anno 1150. quæ Abbatia effusâ liberalitate fundata, ſive dotata eſt per Raynerium Capocium ejuſd. inſtituti Viterbienſem Epiſcopum, & Cardin. tit. S. Mariæ in Coſmedin; ut refert Ughellus to. 1. pagin. 313. fuit unita Congregationi Montis Oliveti per Eugenium IV. Papam, qui ſedit anno 1431. octavo diſtat à Civitate Viterbienſi milliario. Fuit primitus Ord. S. Benedicti, poſt Ord. Ciſtercienſi datum; deinde ab Innocentio III. Papa anno 1206. reſtitutum, ac renovatum, poſt Olivetanis conceſſum, denique Secularibus Clericis in Commendam relictum; tandem, extincto Ordine monaſtico, Vaticanæ Baſilicæ Canonicis attributum, & accedente Innocentii X. Papæ conſenſu alienatum, in Pamphiliæ gen-

gentis Principatum evaſit, ſic Oppidum eſt Principatûs titulo inſigne; vide eundem Ughellum tomo 7. paginâ 1384.

Abbatia titulo S. Petri de Monte Corono, ſive Conero. Vide infrà de monte Tenero.

Abbatia titulo S. Mariæ de monte Coriolano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Firmanæ, in Marchia Anconitana; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia *di Monte Cornaro* ad fontes Tiberis fluvii, in Septemtrionali parte Dominii Florentini, duobus tantùm paſſuum mill. ab Abbatia *di S. Albonigo*, versùs Meridiem; decem, & ſeptem paſſuum mill. à Burgo S. Sepulchri, Occidentem æſtivum versùs; ut exprimit Anton. Maginus in mappis.

Abbatia Eremitarum de Monte Corona. Vide ſuprà S. Salvatoris de Monte Acuto.

Abbatia tit. S. Mariæ montis Cretæ. Vide ſuprà litt. C. S. Mariæ de Creta.

Abbatia titulo Montis Coronatæ, cujus ann. 1210. Eccleſiam conſecravit Joannes Peruſinus Epiſcopus, ut obſervat Ughellus tomo 1. pag. 74. Abbatia ſub titulo S. Sabini, Ordin. ſeu Congreg. Camaldulenſium, ſub monte Corona in territorio Peruſino; ut refert Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 253.

Abbatia Montis Crucum, Diœc. Paduanæ, monaſt. olim Humiliatorum; de ea Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo, de qua ſilet Angelus Portenari in ſua Padua felice; fuit aggregata Ord. Camaldulenſi per Franciſcum Carrarienſem circa annum 1380. Vide Hiſtor. Camaldulen. part. 1. lib. 2. cap. 60.

Abbatia titulo S. Petri in vertice montis Cumeri; vide infrà, verbo de monte Tenero.

Abbatia tit. S. Dominæ de Monte Dei. Vide ſuprà litt. F. verbo Ficcara, ſeu Ficarra.

In Monte de Fano, Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mauri, ſitum inter vallem de Petra, quod Gentilis Vetulus de Comitatu Reatino, conſentientibus Stephano Servo Dei, Lucianâ conjuge, Gentile, Bartholomæo, & Jordano filiis, & Agnete Abbatiſsâ, & Sapienzâ monachâ filiabus ſuis, dat anno 1150. Dodoni Epiſcopo Reatino, in perpetuum abſque ulla reſervatione. Addit Ughell. to. 1. pag. 111. hunc Gentilem fuiſſe filium alterius Gentilis Comitis, qui anno 1134. hoc Cœnobium tradidit Stephano Presbytero, ſub Regula S. Benedicti; ex verbis Abbatiſſæ, & monachæ ſequitur fuiſſe monialium, Ord. S. Benedicti, Diœc. Reatinæ.

Abbatia, ſeu Monaſterium Eremi titulo S. Sylveſtri Montis Fani, de Fabriano, Ordinis Sylveſtrinorum, Diœc. Camerinenſis, cui unitum fuit monaſterium S. Blaſii de Carapulis, Ord. S. Benedicti, Nucerinæ] Diœc. de eo Codex Taxar. Cam. Apoſtolicę. Ibi Beatus Sylveſter Gozzolini initium dedit Congregationi ab eo Sylveſtrinorum dictæ. Abbatia cujus Superior Abbas eſt, & Generalis totius Congregationis. Vide Sylveſtrum Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 3. pag. 187. vivunt Aſcetæ ſub Regula S. Benedicti tribus paſs. mill.

Fa-

Fabriano diſtat, Orientem hyemalem versùs, in Anton. Magini mappis locus vocatur *Heremita* ibi aſſervatur corpus B. fundatoris; ita Syllabus Abbatiarum hujus Congreg. MS. quæ confirmata fuit per Innocentium IV. Papam, Bullâ datâ anno 1247. vide Bullarium tomo 1. pag. 95.

Mons Falchus, ſive Falco, vulgò *Monte Falco* oppidum celebre, Diœc. Spoletanæ, in Umbria, tredecim mill. paſs. Spoleto diſtans, Occidentem æſtivum versùs, & tribus tantùm à *Fuligno*, versùs Meridiem. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Crucis, monialium Ord. Eremitarum S. Auguſtini, cujus prima Abbatiſſa fuit Beata Joanna, quæ obiit anno 1291. conſtructum eſt Cœnobium anno 1281. extra oppidum in colle S. Catharinæ, de Bottaccio: ejuſdem loci Abbatiſſa fuit B. Clara, vulgò de Monte Falco dicta, quæ obiit anno 1308. ſoror prælaudatæ B. Joannæ, fueruntque fundatrices monaſt. Vide Oldoinum in Ciaconio tomo 2. pag. 372. Sylveſtrum Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 4. pag. 276. & Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 1. pag. 433. & to. 3. pag. 79.

II. Prope oppidum de Monte Falco, ad locum *Poggiolo* parvus collis nominatum, Abbatia titulo S. Benedicti, monialium Ordinis ejuſdem Sancti, & Congregationis Servarum B. Mariæ Virginis; fundata ann. circiter 1268. à B. Sanctuccia de Eugubio, quæ ibidem primam Abbatiſſam ſororem Ruffinam diſcipulam ſuam inſtituit; ut aſſerit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 2. pag. 229.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Lauretanæ, Montis Falcionis, quod ſub Abbatis titulo à Superiore gubernari declarat Paulus V. Summ. Pont. in Bulla data ann. 1611. Ord. eſt, ſive Congregationis Montis Virginis. Vide Bullarium Caſinenſe tomo 1. pag. 424.

Abbatia ad Pontem Montis Flaſconis, Diœc. Caſtrenſis, quam Martinus V. Papa Lucio, ſive Lucido de Comitibus Cardinali conceſſit. Vide Ciaconium to. 2. pag. 806. de *Monte Fiaſcone* agitur, Etruriæ in Patrimonio S. Petri, quæ, excisâ civitate Caſtro, erecta eſt in Epiſcopalem.

Abbatia, vulgò *Badia di Monte ſanto*, veriùs crederem de *Monte Santo*, in Aprutio ulteriori, quinque paſſuum millibus ab Aſculo civitate, versùs Orientem; apud fluvium *Vibrato*. Sic exprimit Anton. Magini in mappis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nicolai in monte Felico, aliàs Filine, quod unâ cum aliis Eccleſiis ad idem monaſt. pertinentibus, videlicet Eccleſiam S. Petri foras civitatem Beneventanam, & Eccleſiam S. Martini intra Cannetum, & S. Gregorii extra ipſum Cannetum Paſchalis II. Papa Bullâ datâ anno Pontific. 3. Salutis 1102. confirmat Madelmo Abbati S. Sophiæ Beneventi; ut habetur in Chronico ejuſdem Abbatiæ S. Sophiæ; apud Ughell. to. 8. pag. 685.

Abbatia titulo S. Maurentii Montis Feltri, ſive Feltri, Ordin. S. Benedicti, ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis Feltrum, vulgò *Feltro* civitas Marchiæ Tarviſinæ, in Statu Veneto, ſui territorii Feltrenſis caput, ſuper *Alzonna*, & *Soizzo* fluvios.

Gar-

Garganus mons Apuliæ Dauniæ S. Michaëlis Apparitione celebris, à civitate Siponto quinque paſs. millib. diſtans, versùs Aquilonem, qui etiam vulgò *Monte S. Angelo* dictus, in Capitanata. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Benedicti, Ord. ſive Congreg. Cœleſtinorum ſub Regula S. Benedicti, Diœc. Sipontinæ, in cacumine montis, non procul à Crypta S. Michaëlis Archangeli poſita. Equites Theutonici, qui per longa tempora poſſiderunt celebrem Abbatiam S. Leonardi in Apulia, anno circiter 1330. monachis Cœleſtinis locum, pro conſtruendo ibidem, ad peregrinorum ſolatium, hoſpitali dedere, & Grangiam ſuam ibidem conſiſtentem attribuere, quæ poſtmodum ad formam monaſterii reducta eſt, factaque Abbatia, ſecutis temporibus à variis Neapolitanis proceribus dotata; hæc D. Guicciardinus in ſua relatione MS.

II. Abbatia, ſive Cœnobium monialium, intra civitatem Montis Gargani, Ord. ut veroſimile eſt S. Benedicti, de quo in titulo Capitis 24. Chronici Caſinenſis lib. 4. de quo tamen nihil reperitur in toto Capite forſan detruncato, extabat circa annum 1100. nihil de eo Ughellus in Præſulibus Sipontinis.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo Angeli, ſive Archangeli Montis Gargani, Ord. S. Benedicti, Diœc. Sipontinæ, & eidem unitum. Verba ſunt Codicis Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia, ſive Monaſterium monialium Montis Gemmula, vulgò de *Gemmola* dictum; ſitum eſt in monte de Gemmola; in eo ſanctè vixit, & anno 1226. obiit B. Beatrix monacha, loci fundatrix, & dotatrix, cujus ibid. corpus miraculis clarum aſſervatur; filia erat Azonis Marchionis Eſtenſis, ut conſtat ex ejus Epitaphio in Hiſt. Ateſtina MS. Authore Bartholomæo Leoniceno Notario Ateſtino lib. 4. fol. 105. Monialibus hujus monaſt. ann. 1258. plurima bona contulit Azo Marchio Eſtenſis ibid. fol. 115.

In Monte Grignano, ſive Grigiano, Abbatia titulo S. Jacobi, Diœc. Veronenſis, & ſexto à civitate lapide, ubi anno 1395. inventa ſunt oſſa S. Jacobi Majoris Apoſtoli. Solita primùm per Ordinum diverſorum regulares gubernari, nonnunquam verò per ſeculares perſonas. Anno 1445. à communitate Veronæ dotata fuit. Poſtquàm verò à Nicolao V. Pont. Max. aucta eſt proventibus, monaſterii monialium S. Philippi in Sacco, Ordinis S. Benedicti extra muros Veronæ, tunc vacantis, à communitate Veronæ, cujus erat jus patronatûs, monachis Montis Oliveti anno 1451. cum omnibus proventibus, & redditibus in perpetuum tradita eſt, nunc unita Abbatiæ S. Mariæ de Organo; ut refert Ughell. tomo 5. pag. 541. & 904.

Abbatia tit. SS. Trinitatis de Monte Herculis, Ord. ſive Congregationis Camaldulenſis, ad annum 1432. loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico paginâ 13.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Joannis de Monte Herili, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Peruſinæ, unitum menſæ Epiſcopali; ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. hæc Abbatia S. Joannis He-

Heremi montis Herilis vocatur, vulgò Abbatia S. Joannis de Eremo, cujus monachus dein Abbas erat Gaſpar factus ann. 1424. Frequentinus Epiſc. hoc monaſterium eſt hodie in Diœc. civitatis Plebis, ut aſſeritur in Cod. Taxar. D. Paſſionæi. In territorio eſt Peruſino, decem, & ſeptem paſſuum millib. Peruſiâ diſtans, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Mariæ *di Monticelli*, Ordin. ſeu Congreg. Montis Oliveti, quæ ad Patres pertinet Cremonenſes, de ea Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato pag. 203. forſan in Monticello quatuor circiter paſſuum millib. Cremonâ diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti, conſtructum in Monticello, juxta civitatem S. Agathæ, quod circa annum 960. Pandolphus, & Landolphus Longobardorum gentis Principes conceſſerunt Leoni Abbati Abbatiæ Sancti Modeſti, apud Beneventum ſitæ; ut refert Ughellus to. 8. pag. 78.

Abbatia titulo Montis Inſulæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Cumanæ, ſive Comenſis. De ea Codex Taxarum D. Paſſionæi; forſan in inſula lacûs Larii, ſive Comenſis, quæ Comacina dicta.

Abbatia tit. S. Mariæ Novæ montis Leonenſis, Diœc. Miletenſis, in Calabria ulteriori, recenſetur in veteri Codice Taxæ Cameralis. *Monte Leone* olim Epiſcopalis civitas, ſeptem paſs. mill. Mileto diſtans, versùs Boream.

Abbatia S. Juliani de Monte Luco. Vide infrà verbo Spoletum.

Abbatia tit. S. Firmani de Monte Lupono, aliàs de Monte Lupone, Ord. S. Benedicti, Diœc. Firmanæ; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo legit S. Firmiani de Ponteria, in mappis exprimitur *S. Fermano* trib. circiter paſſuum mill. diſtat à civitate Recanatenſi, versùs Meridiem, in Marchia Anconitana, in Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur S. Firmani de Potentia, aliàs de Monte Lupono, & hodie recenſetur in Diœceſi Lauretana.

Abbatia Montis Maroni, & Moroni; vide Mons Murronus.

Abbatia titulo S. Mariæ Montis Majoris in Sicilia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Cephaludenſis; ut aſſerit Rocchus Pirrus in notitia hujus Eccleſiæ lib. 3. & lib. 4. de Abbatiis Siciliæ paginâ 186. Mons Major, oppidum, & Marchionatus.

Abbatia titulo S. Mariæ de Monte Marciano, aliàs Martiano, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Spoletanæ in Umbria; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Celebre monaſterium de *Monte Martano*; forſan *Martiano*, inquit Ludov. Jacobilli tom. 1. pag. 13. deſcriptionis Umbriæ. In Cod. Taxarum D. Paſſionæi, dicitur S. Mariæ, ſeu S. Petri de Monte Marciano; & unita Capitulo Eccleſiæ Spoletanæ, per Martinum V. Pontificem, ſui Pontific. anno 3. tertio Id. Martii, hoc eſt anno 1419.

Mons Marſicus, aliàs Mons Maſſicus, hodie vulgò *Monte Maſſico* in Campania Felice, ſive Terrâ Laboris, ampliſſimus cum proprio territorio, inter Sueſſam civitatem, & exciſam Sinveſſam, ad cujus radices, versùs

Bo-

Boream ſtat Calenum, ſive Carinula civitas, non longè à loco ubi erat Forum Claudii, in hoc monte, ſeu montis territorio, tria erant monaſteria. Vicina Rocca montis Draconis ipſi eſt ad Meridiem.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini, circa annum 810. quod à Beneventanis civibus datum eſt, ſive commutatum Abbatiæ Sancti Vincentii de Vulturno, ut obſervat Ughellus tomo 6. pagin. 476. Is S. Martinus ejuſdem loci Abbas erat, cujus corpus anno 1094. ad Calinenſem Eccleſiam translatum eſt, ac in ea aſſervatur, ipſemet eſt Marcus ſolitarius, de quo S. Gregorius Papa loquitur Dialogorum lib. 3. cap. 16. vide eund. Auth. pag. 594. *In* Martyrol. Romano ad diem 24. Octobris vocatur Marcus ſolitarius. Vide notas noſtras in verbo Campania pagin. 173. columnâ 2. ex his collige monaſt. hoc fuiſſe ante S. Gregorii tempora.

II. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Crucis, quod an. circiter 810. Beneventani commutaverunt Abbatię S. Vincentii de Vulturno. Vide apud Ughell. tomo 6. pag. 476.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Alpino *d'Alpin* cognominatum, ſive S. Mariæ de Apinianici, dicitur etiam in Apinianicis, & in loco Apiniaci, in territorio Marſicano, quod Hildeprandus Dux Beneventanus, magnis rebus, & poſſeſſionibus ditatum, Abbatiæ, ſeu Monaſterio Sancti Vincentii ad fontes Vulturni contulerat, ſicque ab eo dependens fuit, ann. 881. à Saracenis deprædatum, devaſtatûm, & combuſtum; extabat ann. 982. vide Ughell. tomo 6. pagin. 483. 489. & tomo 1. pag. 960.

Abbatia de Monte Martano. Vide infrà S. Maria dè Pantano.

Abbatia titulo S. Mariæ, in territorio caſtelli Montis Martis, Ordinis Camaldulenſis, Diœceſis Tudertinæ *Todi*, quam circa annum 998. conſtruxit Farulus Montis Martis Comes. Celebris olim Abbatia, nunc diruta, cujus redditus uniti ſunt Abbatiæ Sancti Gregorii urbis Romæ, quæ nunc ejuſdem eſt Ordinis; ut refert Ludov. Jacobilli de SS.Umbriæ to.3.pag.281. *Monte Marte* oppidum Umbriæ, ſex mill.paſs. Tuderto diſſitum, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia S. Mariæ Montis Mauri. Vide ſuprà verbo Cæſena num. III.

Abbatia S. Mariæ Montis Moreni, ſive Morcini. Vide infrà litt. P. verbo Peruſium num. XIII.

Mons Murronus, aliàs Moronus, atque Maronus, ſive Muronis, ad cujus radices, quà Meridiem ſpectat, Regalis Abbatia titulo Sancti Spiritûs, Congregationis Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti, prope Sulmonam, ſive Sulmonem, Diœc. Valvenſis à S. Petro Papa Cœleſtino V. dicto, antequam ad Summum Pontificatum eveheretur, fundata anno Domini 1286. & à Carolo II. Andegavenſi Neapolitanorum Rege munificentiſſimè caſtris, feudis, & juriſdictionibus, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus prædiis dotata; hujus Congregationis ſtatuta probans, & privilegia concedens prędaudatus fundator Cœleſtin.V. litteris datis Anagniæ 4. Kal. Octobris ann. Sal.1294. Sic ait *Onuphrio Abbati S. Spiritûs Sulmonæ, Prælatis Coabbatibus,*

tibus, &c. unde conſtat hujus Congregationis monaſter. maximè Italiæ regi per Abbates. Vide notas Victorelli ad Ciaconium tomo 2. pag. 276. in fine; eſt Ordin. ſive Congreg. caput, & in ea celebratur ſingulis trienniis Capitulum Generale, illiuſque titulum gerit Abbas Generalis pro tempore exiſtens, qui ſe inſcribit Baro, & Ordinarius caſtrorum Pratulæ, Roccæ Urſæ, Turris, & Cerrani. Requieſcit in ea corpus B. Roberti Salentini, cujus meminit Petrarca lib. de Vita ſolitaria; hæc aſſerit D. Cœleſtin. Guicciardini ejuſdem Congregat. pridem Abbas Generalis, in ſua Relatione MS. In Bulla prælaudati Cœleſtini V. datâ anno 1294. vocatur S. Spiritûs de Majella, & diſtinguitur ab Abbatia S. Spiritûs de Sulmona. Vide Bullar. tomo 1. pag. 153.

Abbatia titulo S. Laurentii mart. ad radices collis Montis Nigri dicti, milliario circiter diſtantis à veteri Septempedana civitate, cui ſucceſſit proxima civitas S. Severinus dicta, qui S. Severinus in hoc monaſterio ſub Abbate, ante S. Benedicti tempora, monaſticam vitam duxit poſtea ibid. factus Abbas. In hunc locum an. 515. novam S. Benedicti vivendi formam ipſe introduxit, factus poſtea Septempedanus Epiſcopus. Vide Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ in vita hujus Sancti ad diem 8. Januarii. In Marchia Anconitana, decem mill. paſs. diſtabat à civitate Camerinó.

Abbatia Montis Oderiſii S. Mauri. Vide infrà litt. O. verbo Oderiſii.

Abbatia Montis Oliveti, caput Ord. ſive Congreg. ab ea Montis Oliveti dictæ, ſub Regula S. Benedicti, & veſtibus albis; fuit anno 1319. à Bernardo de Ptolemæis, & Franciſco de Patritiis nobilibus viris inchoata, in prædio Acona, Diœc. Aretinæ dicto in Comitatu Senenſi, in Parochia S. Angeli de Luco, plebatu plebis de Saltu ejuſdem Diœc. ſub tit. S. Mariæ de Oliveto, licentiam erigendi monaſterium, & Abbatem inſtituendi dante, & privilegiis firmante Vidone Tarlato Epiſcopo Aretino. Vide plura apud Ughellum tomo 1. pag. 472. tranſiit ad Pientinam, & Ilcinenſem Diœceſim noviter erectam, ſub qua reponitur in Codice Taxarum Cam. Apoſtol. ſitus eſt Mons Oliveti, inter Senenſem, & Pientinam civitates, decem videlicet paſſuum mill. Pientiâ, Orientem æſtivum versùs, & viginti mill. paſs. Senâ, apud ſiniſtram Umbronis *Ombrone* fluv. ripam, in Dominio Florentino.

Abbatia S. Mariæ *di Monte Oliveto*; Vide ſuprà S. Mariæ de Baggio paginâ 39.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ, ſitum in Maſſâ, quæ vocatur Monte Palenſe, in Diœc. Bononienſi, quod Gregorius VII. Papa anno 1073. concedit Lamberto Præſuli Bononienſi. Vide Ughell. to. 3. pag. 18.

Abbatia titulo S. Petri, in loco, qui dicitur Monte Pingueli, Ordinis S. Benedicti, Diœc. & territorii Aretini; olim annexa cum monaſterio SS. Floræ, & Lucillæ Aretino, cujus Abbati Joanni ejuſque monachis anno 802. Carolus Magnus Imperator multa bona concedit, ab omnibus oneribus, & gabellis liberam declarat, & Abbatem ejuſd. loci monachum à cæ-

à cæteris eligendum decernit. Vide Bullarium Caſinenſe tomo 2. conſtitutione 23.

Abbatia titulo S. Mariæ Montis Plani, ſive de Monte Plano, Ord. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœc. Piſtorienſis; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. & recenſetur in indice monaſteriorum hujus Congregationis in Bulla Alexandri III. Papæ, datâ anno 1176. quam vide apud Ughell. tomo 2. pag. 284. ejus Abbas Bertaccius ſubſcripſit Concilio Florentino anno 1439. ut refert Tamburinius de Jure Abbatum pag. 368.

Abbatia titulo S. Benedicti veteris de Monte Pollio, Ord. S. Benedicti, Diœc. Eugubinæ; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. Erat Congregationis S. Petri de Eugubio, ut obſervat Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 300. dicitque anno 1526. à Clemente VII. Papa fuiſſe unitam præfatæ S. Petri Abbatiæ; aſſeritur in Cod. Taxarum D. Paſſionæi unita Eccleſiæ ſeculari S. Agnetis in platea Agonali urbis Romæ, per Innocentium X. Summ. Pontif.

Abbatia titulo S. Angeli Montis Rapari, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Anglonenſis, quæ in Codice Taxar. Cam. Apoſt. corruptè vocatur de Crapino, aliàs Raparo; in Codice Taxarum D. Paſſionæi legitur S. Angeli de Caprino, aliàs de Monte Raparo, ſeu Ripalio. Locus celebris eſt apud Lucanos, non longè à Grumento antiquiſſimo Lucanorum oppido; Grecorum olim monachorum, Ordinis S. Baſilii, Cœnobium, ad radices Montis Rapari; Conſiſtorialis eſt, & Abbatem habet Commendatarium; de ea Ughellus tomo 7. pag. 107.

Mons Regalis Siciliæ civitas, impoſita colli, quatuor mill. paſſ. Panhormo diſtans, Orientem hyemalem versùs; in regione, ſive *valle di Mazara*; ubi celeberrimum monaſt. ſub titulo S. Mariæ novæ Montis Regalis, Ordin. Sancti Benedicti, anno 1174. à juriſdictione Panhormitani Præſulis exemptum, & anno 1176. in Abbatiam erectum, cujus hoc anno primus Abbas factus eſt fr. Theobaldus; fundatum fuerat à Rege Siciliæ Guillelmo II. cognomine Bono anno 1166. Hanc Eccleſiam in Metropolitanam erexit Lucius III. Pont. Max. & propriis manibus Archiepiſcopum conſecravit fr. Guillelmum ſecundum Abbatem, cujus ſucceſſores fuere Archiepiſcopi, & Abbates dicti. Capitulum etiam nunc conſtat viginti quinque monachis. Locus eſt plurium illuſtrium perſonarum ſepulturâ celebris. Hujus Regii monaſterii amplam deſcriptionem, Abbatum, ſive Archiepiſcoporum vitam, & omnium ejus privilegiorum Summarium collegit Joannes Ludovicus Lellus, typis edidit Ludovic. Zannettus Romæ in 4. anno 1596. unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua, aliàs Caſinenſi, per Julium II. Papam anno 1506. Eſt menſalis, hoc eſt habet tantùm menſam Conventualem.

Mons Regalis, civitas Epiſcopalis, quæ, quia antea erat terra, ſive vicus, dicebatur Mons Vici, *Monte di Vico*, unde, nunc vulgò dicitur *Mondovi*. In Pedemontio, & Ducis Sabaudiæ ditione, inter Sturiam, & Tanarum fluvios.

Prope civitatem, Abbatia titulo

B. Mariæ Virginis. *De Vico*, qui vicus ſuburbium eſt civitatis, mille quingentis diſſitum paſſibus, ubi imago B. Mariæ Virg. miraculoſa, Principum, & populorum frequentiâ celebris, cujus Eccleſiam conſtruxit Carolus Emmanuel Dux Sabaudiæ, anno 1596. & collocati ibidem, atque fundati ſtrictioris obſervantiæ Ciſtercienſes, cum titulo, & dignitate Abbatiali, ut fusè narrat Carolus Morotius in Ciſtercio refloreſcente parte 4. pag. 214. & ſeqq. ſita eſt in colle editiori, atque civitati ad Meridiem. Ejus Abbas fuit Philippus Malabayla Hiſtor. Sanctæ hujus Imaginis ſcriptor. Vide Ughellum tomo 4. pag. 521. & pag. 1532.

Abbatia titulo S. Fabiani de Monte Rubiano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Firmanæ; ut aſſeritur in veteri Cod. Taxæ Cameralis. *Monte Robiano*, in Marchia Anconitana, quinque mill. paſs. à Firmana civitate diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia tit. SS. Trinitatis de Monte Sacro, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Sipontinæ, quam Adrianus IV. Papa ſub Apoſtolica tuitione ſuſcipit, anno Pontific. 5. Sal. 1158. Vide Ughellum tomo 7. paginâ 1120. & 1121. hoc monaſterium dicitur etiam unitum menſæ Archiepiſcopali Sipontinæ per Pium II. Papam, Pontific. anno 1. Sal. 1458. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Martini de Monte Sacro Pavonio, Diœc. Taurinenſis; de ea lib. 2. Regiſtri Martini V. folio 112. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Petri de Monte Sancto, Ord. S. Baſilii, in Calabria, de qua ad ann. 1613. ſcribit Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 67.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Monte Sancto, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Aſculanæ in Piceno; quam Adamo Epiſcopo Aſculano, qui ſedit anno 983. dederat quidam Otmundus, ut conſtat ex diplomate Conradi Imperatoris, dato an. 1037. quod refert Ughellus tom. 1. pag. 496. & in diplomate Henrici Imperatoris anno 1045. ubi dicitur in Monte Sancto poſitum, & Henrici VI. Imperat. cum his verbis. *Abbati, clericis, & laicis Eccleſiæ Montis Sancti adjacentibus*. Et ejuſdem Imperat. ann. 1193. dantis Aſculano Epiſcopo *ius Patronatûs, & dominium, quod Comes Raynaldus videbatur habere in Monte Sancto*. Clariùs in altero diplomate *ius Patronatus & dominium, quod idem Comes Raynaldus aſſerebat ſe in Abbatia Montis Sancti habere*. Ex Bulla Leonis IX. conſtat eſſe Aſculanę Diœc. in Piceno, unde patet in Codice Taxarum Cam. Apoſt. malè aſſignari Aſculanæ Diœc. provinciæ Beneventanæ; hujus Abbas erat Raynaldus III. Aſculanus Epiſc. qui ſedit anno 1259. ita idem Ughell. pag. 526. fuit unita menſæ Epiſcopali, per Sixtum IV. Pontific. anno 1. Salutis 1471. & per Sixtum V. an. 1586. unitur menſæ Epiſcopali novæ civitatis Montis Alti; idem Ughellus to. 3. pag. 826.

Abbatia Montis S. Angeli. Vide ſuprà verbo Montis Gargani.

Abbatia Montis S. Savini. Vide ſuprà litt. F. verbo Firmum num. III.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Sabini, quod adjacet Rupi Montis S. Leu-

S. Leucii, quodque cum univerſis pertinentiis ſuis confirmavit monaſt. Caſinenſi Joannes Comes, qui cognominatus eſt Scinctus, ad an. 1038. ita Chronicon Caſinen. lib. 2. c. 66.

Abbatia titulo S. Caſſiani de Monte Scalarii, Ord. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœc. Feſulanæ in Etruria; fuit unita huic Congregationi per Paulum II. Papam, Pontific. ann. r. Sal. 1464. ut refert Codex Taxarum D. Paſſionæi; factam à Sancto Joanne Gualberto Abbatiam aſſerit Aſcanius Tamburinius de Jure Abbatum pagina 12. col. 2.

Abbatia Montis S. Miniatis. Vide ſuprà litt. F. verbo Florentia.

In montibus Scalenſibus Scala civitas, olim in Picentinis, nunc in citeriori Principatu Regni Neapolitani, duobus paſs. mill. à Ravello diſtans, versùs Occidentem. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Benedicti, & Scholaſticæ, quod in montibus Scalenſibus ſexto ſeculo, pro Benedictinis monachis, conſtruxerunt cives Scalenſes, quodque poſtmodum vetuſtate corruit; ut refert Ughell. to. 7. pag. 442.

II. Abbatia, ſive Monaſterium tit. SS. Juliani, & Marciani, in montibus Scalenſibus, quod pro monachis Benedictinis ædificaverunt cives Scalenſes, quodque poſtea corruit vetuſtate; ut refert Ughellus tomo 7. paginâ 442.

III. Abbatia, ſive Monaſterium nobile, quod cives Scalenſes, pro Sacris Virginibus, Ord. S. Benedicti ad calcem Camenſis montis, uno è montibus Scalenſibus, ad aquas bonas ædificaverunt ſexto ſeculo, quodque vetuſtate ſuâ corruit; ut obſervat Ughellus tomo 7. pag. 442.

IV. Abbatia monialium titulo S. Cataldi, de qua infrà litt. S. verbo Scala.

Abbatia apud montem Senarium in Diœc. Florentina, caput Ordinis Servitarum B. Mariæ Virginis, ubi ſex præcipui fundatores obierunt, & ſepulti ſunt; Beati videlicet Bonajunta Manettus primus Generalis, Bonfilius Monaldus anno 1257. Amideus de Amideis anno 1266. Manettus de Anſella anno 1268. Suſtegnus de Suſtegnis, & Raynerius Uguccionus anno 1282. vide Ughellum tomo 2. pagin. 166. octo paſſuum mill. Florentiâ diſtat. Superior tamen titulum habet Prioris Generalis, non verò Abbatis. Vide Bullarium tomo 3. pag. 91. ubi vocatur Sacra Eremus Montis Senarii, Diœc. eſt Florentinæ.

Abbatia titulo S. Jacobi de Monte Silicis, Diœc. Patavinæ, unita Congregationi S. Georgii in Alga, de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicę. *Monſelice* oppidum decem mill. paſs. Patavio diſtans, versùs Meridiem; erat olim monialium, quarum anno 1170. Abbatiſſa erat Fuſca, & ibi fuere uſque ad annum 1420. quo in civitatem receptis, locus tunc datus eſt præfatæ Congreg. in Hiſt. Epiſcopat. Daventrienſis pag. 141.

Abbatia, vulgò dicta de Monte Solariolo, aliàs Salariolo, tit. S. Paterniani, Diœc. Eugubinæ, in quam Andreas Sorbolongus Eugubinus Epiſcopus transferri curavit corpora Sanctarum Ruffinæ, & Secundæ Virg. ut aſſerit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 6. In mappis Ant. Magini

B. de

B. de M. Salaivolo, quatuor circit. mill. paſſuum ab Eugubio diſtans, Occidentem hyemalem verſus.

In Monte Soracte. Abbatia titulo S. Sylveſtri, à Carlomanno Caroli Martelli filio, Palatii Galliarum Regis Magiſtri, fundata circa medium octavi ſeculi; in qua aliquandiu vixit, & inde Caſinum incognitus ivit. Vide Ciaconium pag. 519.

Ad Montis Soractis pedem, Abbatia, ſive Monaſter. titulo S. Andreæ, juxta Alveum Tyberis fluvii, de quo loquitur Chronicon Caſinenſe, ad annum 1010. lib. 4. c. 39. hoc eſt montis S. Oreſtis, vigeſimo ab urbe lapide.

In Monte Soracte, Abbatia, ſive Monaſterium monachorum, Ordinis Ciſtercien. Congregationis Fulienſis; quod commodiori habito cenſu elegantiùs reparavit Petrus Aldobrandinus Ravennatis Archiepiſcopus, qui ſedere cœpit an. 1603. ut refert Ughel. tomo 3. pag. 394. erat antea Ordinis S. Benedicti. Vide Ciaconium to. 4. pagin. 283. forſan illud idem, in quo vixit S. Nonnoſus Abbas, de quo S. Gregorius lib. 1. Dialog. capit. 7. vulgò *Monte di S. Oreſto*, *& Monte di S. Sylveſtro* in Etruria apud Tyberim fluvium.

Abbatia titulo S. Angeli de Monte Straboſo, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Barenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, in Regni Neapolitani provincia, *Terra di Bari* dictâ.

In Monte Subaxio, Abbatia titulo S. Benedicti, Ordin. ejuſdem Sancti, Diœc. Aſſiſienſis, in Ducatu Spoleti; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. ab ipſomet S. Benedicto ſub alterius Sancti nomine fundata an. circit. 536. tertio à civitate Aſſiſii milliario; anno circiter 1260. in eam introducti fuerunt Ciſtercienſes; fuit poſtea anno 1399. penè ſolo æquata, deinde reſtructa. Ultimus Abbas Clauſtralis Romanus Galvanelli, data eſt in Commendam ab anno 1452. Sixtus IV. Papa an. 1477. illam dedit Canonicis Regularibus Congregat. S. Georgii in Alga, nunc ferè diruta paucorum eſt Eremitarum domicilium; ut refert Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 290.

In eodem Monte Subaxio, Abbatia titulo S. Sylveſtri, cujus Abbas fuit Gregorius IX. Papa, ut ipſe teſtatur in epiſtola ſcripta 1. Auguſti an. 1227. ad Benedictam Abbatiſſam Abbatiæ vallis Gloriæ; illam in Diœc. Aſſiſien. condidit anno circiter 1025. [S. Romualdus monachorum Camaldulenſium Abbas, & fundator; quam incoluere Camaldulenſes monachi. Sita eſt ad duo mill. paſs. ſuprà Hiſpellum *Spello*, prope Caſtellum de colle Lupino; data poſtmodum fuit in Commendam, per Sixtum IV. Papam, & ejectis monachis, Præpoſito, ac duobus clericis attributa, nunc nec monaſterium eſt, nec habitatio; ut aſſerit Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. paginâ 189. & tomo 3. pag. 306.

Abbatia titulo S. Mariæ de Monte *la Teglia*, aliàs *la Taglia*, Ord. S. Benedicti, Diœc. Termulenſis, in Comitatu Moliſii, tredecim millibus paſſuum à Termulo *Termoli* diſſita, versùs Occidentem; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ in fine; fuit taxata anno 1612. illam in Diœc.

Hy-

Hydruntina collocat Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Monte Tenero, aliàs Riverio, Ordin. S. Benedicti, unitum perpetuò Eccleſiæ Anconitanæ, per Bullam Innocentii VIII. Papæ, Pontificatûs anno 1. Salutis 1484. de ea in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicę, ubi etiam verbo Humanaten. dicitur S. Petri de Monte Corono, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Humanatenſis, unitæ poſtmodum Sedi Anconitanæ; forſan ea, quæ in mappis Anton. Magini *S. Pietro B.* octo mill paſs. ab exciſa Humana civitate, versùs Aquilonem; ea ſanè, quæ Eccleſia S. Petri Apoſt. jn fundo, ſeu vertice montis Cumeri, vulgò *Conero*, in territorio Humanatenſi, & Auximi, Abbatia fundata anno 1000. per Comites de Sirolo, poſtea tenuere Camaldulenſes, ab ann. 1463. Hanc dicti Comites dederunt Antonio Fratati Anconitano Epiſcopo, qui factus Commendatarius, hoc ipſo anno dedit Camaldulenſibus, qui nunc illam poſſident, fuerat antea Abbatia, & membrum Abbatiæ novi portûs, poſt deſerta, deinde facta habitaculum Eremitarum, conditore Hieronymo Ginelli, qui ibidem Eremita ſepultus fuit. Mons Anconæ nunc appellatur, ſita eſt in vertice, Abbatia verò novi portûs eſt ad radices montis, qui Anconâ diſtat ſeptem millib. paſſuum. Vide Julianum Saracini *notitie Iſtoriche d'Ancona* pag. 170. 271. 298. & 537.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo Sanctæ Mariæ Montis Tiforum, aliàs Montis in Forum, Diœc. Feretranæ, quod per Eugenium IV. Papam unitum fuit Abbatiæ S. Juliani Ariminenſi, & utrumque Congregationi S. Georgii in Alga; ut recenſet Codex Cameræ Apoſt. ſedebat Eugenius IV. anno 1432. in Urbini Ducatu. In vetuſto Codice Taxæ Cameralis legitur de Monte Stiforum.

Abbatia, ſive Monaſt. in Monte Titas, prope Ariminum, extabat quinto ſeculo. Ita Epitome Hiſtor. Benedictinæ pag. 34.

Abbatia Montis Virginis, cujus Cœnobium conſtructum eſt à S. Guillelmo iſtorum Eremitarum patre, in territorio Guleti, ſub tit. S. Salvatoris, inter Nuſcum, & Fanum S. Angeli. Mons erat Hirpinorum in Campaniæ Felicis confinio, inter Attellam, & Avellinum, atque inter Nolam, & Beneventum, in ulteriore Principatu.

Ibi objit prælaudatus S. Guillelmus anno 1142. poſt ipſum Abbas datus eſt B. Albertus ejus ſocius, quo recuſante, eodem ann. 1142. primus Abbas electus eſt Robertus vir religioſus; ut teſtatur Arnaldus Wion paginâ 84. ubi Abbatum ſeriem, & Commendatariorum refert. Hujus loci monachus, & Abbas erat Jacobus Jordanus, factus anno 1651. Laquedonenſis Epiſcopus. Vide Ughell. to. 6. pag. 1032.

Caput eſt ſuæ Congregationis, & Abbatia à Diœceſana ſubjectione libera. Idem Ughellus to. 8. pag. 267. aſſerit ſub titulo eſſe S. Mariæ. Loci Hiſtoriam ſcripſit prælaudatus Jordanus. Ibi, ex privilegio, conſtat duo fuiſſe monaſteria unum in monte tit. S. Mariæ: alterum tit. S. Salvatoris in monticulo, loco dicto *lo Goglieto*; utrumque in Diœc. Abellinenſi; in

Codice

Cod. Taxar. dicitur nullius Diœceſis, & anno 1555. per Julium III. Papam unita Hoſpitali Annunciatæ Neapolitano. In Ciaconio pag. 1161. vocatur Montis Virgilii, & data prius fuerat in Commendam. Ejus Abbates Pontificalibus inſigniti ſunt per Privilegium Urbani IV. Papæ, datum Pontificat. anno 3. Sal. 1263. ut refert Tamburinius de Jure Abbatum pag. 323. columnâ 2. in Bulla Cœleſtini III. Papæ datâ anno 1197. vocatur monaſt. Sanctæ Dei genitricis, & Virg. Mariæ de Monte Virgine. Vide Bullarium tomo 1. pag. 69.

Abbatia tit. S. Petri in Monte Viridi, Ord. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœc. Volaterranæ, in Etruria, prope territorium Senenſe; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. unita fuit Abbatiæ S. Mariæ Vallis Umbroſæ, per Martinum V. Papam Pontificat. anno 6. Sal. 1422. *Monte Verdi*, vicus ſexdecim mill. paſſuum Volaterrâ diſſitus, versùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Mariæ Montis Viridis, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Bovianenſis, de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, qui etiam recenſet illam inter Abbatias nullius Diœc. Hanc ſibi à Clemente VIII. Summ. Pontif. donatam, ſed penè deſolatam Cardinalis Sylvius Antonianus illicò inſtauravit, & ornavit. Vide Ciaconium tomo 4. pag. 328. In Comitatu ſita eſt Moliſii, vulgò *Monte Verde*, novem circiter paſſuum mill. Boviano *Bojano* diſtat, versùs Orientem.

Abbatia S. Sabini de Monte Viſiano. Vide ſuprà litt. F. verbo Firmum num. III.

Abbatia titulo S. Petri de Monte, ſive in Monte Urſino, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Brixienſis, quam Odalricus, qui vixit an. 1048. & Arimannus Brixienſes Epiſcopi plurimis bonis locupletârunt. Vide Ughell. to. 4. pag. 738. & ſeqq. Ejus Abbas fuit Raymundus de Velate itidem Brixienſis Epiſcopus. Vide ibid. pag. 751. unita fuit Congregationi S. Georgii in Alga per Eugenium IV. Papam; ut fert Codex Taxarum Cameræ Apoſtol.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Monte Vulterano, cui, & Benedicto ejus Abbati, & qninquaginta monachis ibid. Domino Servientibus anno 967. Pandulphus Princeps de Conſia (ideſt de Compſa) & Rapollæ dedit villam Monticuli. Donationem habet Ughel. tomo 6. pag. 996. variis donatns eſt nominibus hic mons; dicitur enim etiam Vulturnus, & Mons Vultum, vulgò *Monte Vulto*, in Neapolitani Regni provincia, Capitanatâ dictâ, Melphienſi civitati vicinæ ad Meridiem, & Rapollæ civitati pariter proximæ ad Occidentem, Apuliam dividebat à Lucania, nunc Montem Acutum vocari aſſerit Ughel. to. 7. pag. 219.

Ibidem Abbatia Eccleſiæ S. Petri, quæ erat à latere Montis Vultum, ideſt Vulterani, Ord. S. Benedicti, cujus Abbas erat quidam nomine Angelo, qui anno 1044. Amalphitanis civibus apud Melphiam habitantibus, prope hanc civitatem locum ad conſtruendum monaſterium conceſſit; inſtrumentum donationis habes in Ughello tomo 7. pag. 255. & ſeqq.

Apud Montem Ulmi, Abbatia, ſive Monaſterium, monialium Ord. Ciſtercienſis, ſub titulo S. Mariæ, S. Matthæi, & S. Antonii extra civitatem

tatem Aſculi in Piceno; ab Amata ann. 1217. fundatum, & ab Innocentio III. Papa aliiſque Summ. Pontif. multis privilegiis ornatum. Privilegium Frederici Imperatoris, datum an. 1223. in favorem Margaritæ Abbatiſſæ, refert Ughell. to. 1. pag. 523. additque fuiſſe an. 1500. die 29. Junii per Alexandrum VI. Papam ſuppreſſum, & extinctis monialibus, atque aliâ Margaritâ Abbatiſsâ conſentiente, fuiſſe perpetuò unitum monaſterio S. Salvatoris in Lauro de urbe Roma, tranſierant moniales ab Ord. S. Benedicti, ſive Ciſtercienſi ad Clariſſarum inſtitutum anno 1273. ut ex eodem Ughello conſtat pag. 526. & 529.

Abbatia S. Salvatoris de Montagnata. Vide ſuprà Montis Amiati.

Abbatia S. Savini de Montron. Vide infrà verbo Piſis.

Abbatia, ſive Monaſterium Puellare tit. S. Petri, ſitum in fundo Monteriano, quod anno 1154. Buliganus Firmanus Epiſcopus confirmat Abbati, & monachis S. Sabini, & an. 1209. illud eiſdem confirmat Adonulphus ejuſd. Sedis Epiſcopus. Vide Ughell. tomo 3. pag. 756. & 776. hinc conſtat Ord. fuiſſe Sancti Benedicti, & Diœceſis Firmanæ, in Marchia Anconitana.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo Sancti Bernardi in Montone, quod anno 1170. ædificavit Ugutio Vercellenſis Epiſcopus; ut obſervat Ughell. tomo 4. pag. 1078.

Abbatia titulo S. Benedicti de Morano, Ord. Camaldulenſis, Diœceſis Cluſinæ, in Tuſcia; de qua Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. In vetuſto Codice Taxæ Cameralis legitur S. Benedicti de Morano dicta Cantagallinis.

Abbatia titulo S. Nicolai de Morbano, Ord. S. Baſilii, Diœc. Venuſinæ; recenſetur in veteri Cod. Taxæ Cameralis; in Regni Neapolitani provincia, Baſilicatâ dictâ.

Abbatia Crucum Morarii, Diœc. Mazarienſis in Sicilia, unita Congregationi Lateranenſi. Verba ſunt Codicis Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, quæ crediderim ab Amanuenſibus corrupta.

Abbatia tit. B. Mariæ de Morimundo, Ordin. Ciſtercien. Diœc. Mediolanenſis, in valle Ticini, Mediolanum inter, & Papiam, à monachis Morimundi Galliæ ædificari cœpta anno 1136. à Maginfredo, & Renone nobiliſſimæ familiæ de Aliatis de Ozano fundatoribus, fundum Coronatæ, ſeu Coronago, paulò ante dederant Agiolus, Anſelmus Poncia, & Petrus Caniolus Mediolanenſes presbyteri, à quo tamen loco ſtatim fuere translati in huncce locum; in ea olim erant bis centum, & pluſquam religioſi. Primus Abbas fuit Gualguerius, de ea, & ejus privilegiis fuſiora refert Ughell. tomo 4. pag. 200. & ſeqq. Ann. 1237. à Papienſibus ſpoliatum, & ferè dirutum fuit monaſterium, quod priſtinum recepit ſplendorem, hiſtoriam direptionis habes ibidem pag. 258. Commendatarios Abbates habuit ab anno 1484. uſque ad ann. 1561. quo titulus Abbatialis reſtitutus, & triennalibus Conventualibus Etruſcæ Congregationis, per Pium IV. Summ. Pontificem; à quo tamen ejus bona unita ſunt Hoſpitali magno Mediolanenſi eodem an. 1561. Idib. Octobris; ut

ut aſſeritur in Codice Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Mariæ de Moriona, Ord. S. Benedicti, Diœc. Vulteranæ, de ea Codex Taxar. Cameræ Apoſt. ubi vocatur S. Mariæ de Monia, aliàs de Morona; fuit poſtmodum Ordinis, ſive Congreg. Camaldulenſis, mihi videtur eadem cum Abbatia de Morrona, de qua loquitur Ughell. tom. 2. pag. 455. nam de Morrona vocatur ab Ambroſio Camaldulenſium Abbate Generali in ſuo Hodœporico. De Ubaldo Abbate S. Mariæ Moronæ, anno circiter 1190 mentio fit in Hiſt. Camaldulenſi lib. 2. cap. 22. Unita eſt menſæ Epiſcopali Vulterranenſi, per Bullam Pii II. Papæ, Pontificatûs anno 1. hoc eſt 1458. ut dicitur in eodem Taxarum Codice. In Etruriæ Dominio Florentino, dicitur S. Mariæ de Morano in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Stephani Mormoſolii, aliàs di Marmoſolio, Diœceſis Veliternenſis *Velletri*, in Latio, Ord. Ciſtercienſis, cui anno 1297. unita fuit Abbatia Maniaci in Sicilia; ut obſervat Ludov. Lellus in Summario privilegiorum Eccleſiæ Montis Regalis pag. 60. paucis tamen annis duravit hæc unio. Mormoſolii nullum reſtat veſtigium, in Indice Abbatiar. ejuſdem Ordinis à Carolo de Viſch vocatur Morinoſolium, & fundata aſſeritur anno 1145. quinto Kal. Junii, & malè ponitur in Diœc. Terracinæ, data fuerat in Commendam; de ea Ughellus tomo 7. pag. 931.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Crucis Mortaræ, Canonicorum Regularium, Ord. S. Auguſtini, cujus Aſceta fuit circa an. 1141. S. Guarinus Cardin. Præneſtinus; ut refert Ughellus tomo 1. pag. 226. *Mortara*, oppidum Statûs Mediolanenſis, viginti quatuor mill. paſſuum Papiâ diſtans, versùs Occidentem, ſuper *Alboneca* fluvium, & ſex paſſuum mill. à civitate Viglevanenſi, versùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Galli de Moſio, aliàs Moſacenſis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Aquilejenſis, in Alpibus Carnicis, in via, quâ per Cluſiam in Carnatum tenditur, cui ampliſſimos proventus dedit circa annum 1176. Voldaricus, ſive Ulricus Aquilejenſis Patriarcha; ut refert Ughellus tom. 5. pag. 58. in Bulla Alexandri III. Papæ, anno 1177. vocatur Abbatia Maſiacenſis; illa ſanè eſt, quæ apud citatum Ughellum pag. 25. vocatur de Medio, Conſiſtorialis eſt in Commendam dari ſolita; ipſa met Abbatia illuſtris Motii, in Forojulienſi territorio in Convalle ad anguſtias Alpium, paululum infrà Cluſium caſtrum; de qua Antonius Sabellicus de vetuſtate Aquilejæ lib. 1. & lib. 6. ubi dicit eam fuiſſe ab Aquilejenſi Patriarcha Ludovico occupatam; nunc vulgò *Badia di Moſſa*, ad *Aupa* fluviolum, in *Fella* defluentem, quinque millib. paſſuum à Gemona urbe, versùs Aquilonem.

In oppido Motta de Affermo, ſive Motta Fermi, in Sicilia, Abbatia tit. Sanctæ Mariæ de Sparto, Diœceſis Cephaludenſis, ſita juxta antiquum Pittinæum Marchionatûs titulo inſigne; de ea Rocchus Pirrus lib. 3. in hujus Eccleſiæ notitia. Motta Fermi diſtat à Cephaledo *Ciſalu* viginti quatuor mill. paſſuum versùs Orientem, &

& tribus paſſuum millibus à *Pittinao*, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Joannis de Motta, vulgò *S. Giovanni della Motta*, Ord. Sancti Baſilii, in Calabria, extabat anno 1613. quo de ea ſcripſit Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 68. *Motta San Giovanni* oppidum Calabriæ ulterioris, ſeptem millib. paſſuum Rhegio diſtans, versùs Meridiem; unde colligitur Diœc. eſſe Rhegienſis.

Abbatia S. Nicolai, prope oppidum *Motta* di Philocaſtro dictum, in Calabria ulteriori, tribus paſs. mill. à Nicotera civitate, versùs Orientem, quam Rex Rogerius, cum magnifica Eccleſia, monachis Ord. Ciſtercienſis conſtruxit, plurimiſque bonis dotavit; ut patet in privilegio dato Eccleſiæ S. Mariæ de Sagittario. Sic aſſerit Hieronymus Marafioti, *Croniche di Calabria* lib. 2. cap. 16. pag. 122. ſita eſt Abbatia versùs Boream.

Abbatia tit. S. Benedicti de Mugnano, in Comitatu Peruſino, Ord. S. Benedicti, cujus anno 1008. Abbas erat quidam Placidus, qui ad Abbatiam SS. Viti, & Nicolai prope Gualdum Nuceriæ tranſiit; ut obſervat Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 302. ſeptem paſſuum mill. Peruſiâ diſtat, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia tit. S. Mariæ de Mulceto, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Piſanæ; cujus Abbas erat in Concilio Piſano habito ann. 1409. ut obſervat Ughell. tomo 2. pag. 564.

Abbatia titulo S. Petri de Mulegio. Vide infrà verbo Vercellis.

Abbatia tit. S. Mariæ de Murano, inſula, Diœc. Torcellanæ; de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ duobus paſſuum mill. Venetiis diſſita, versùs Aquilonem.

II. Abbatia titulo S. Cypriani de Murano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Torcellanæ, in hujus inſulæ Murani fundo Gradonicæ familiæ, ex littore Metamaucenſi traducta anno circiter 1100. quæ Apoſtolicâ authoritate menſæ Patriarchali Venetiarum attributa fuit, per Sixtum V. Papam anno Salutis 1587. Vide Bullam apud Ughellum tomo 5. pag. 1392. ubi vocatur SS. Cornelii, & Cypriani, Ord. S. Benedicti, extat ſub Congregatione Camaldulenſium monachorum, ubi Delphinæ familiæ ſpectantur ſepulchra; ut refert idem Ughellus eodem tomo 5. pag. 1313. In Bulla pro *de Murano* legitur *de Ammorianis*; Ibi fuerunt primitus moniales Ord. S. Benedicti, quibus extinctis, ſucceſſere monachi; ut aſſerit Angelus Portenari *della felicità di Padoa* lib. 9. c. 42. ejus Abbas fuit Joannes Treviſanus Venetiarum Patriarcha, qui unionem ſuæ Eccleſiæ procuravit; ut Sanſovinus refert fol. 102.

III. Abbatia titulo S. Michaëlis de Murano, Ordinis, ſive Congreg. Camaldulenſis, Diœc. Torcellanæ, cui unitum eſt monaſt. de Leme ejuſdem Ordinis; Diœc. Parentinæ, & alia duo monaſteria, videlicet monaſt. Montis Crucum, & monaſt. de Portiſcia; ut refert Codex Taxar. Cam. Apoſt. hujus monachus, & Abbas erat Matthæus Gerardus nobilis Venetus anno 1466. Patriarcha Venetiarum factus. Vide Ughel. to. 5. pag. 1375. de ea ſæpe ad annum 1432. loquitur Ambroſius Camaldulenſium Abbas

Generalis in ſuo Hodœporico; de ea quoque ad annum 1260. Hiſt. Camaldulen. lib. 2. cap. 46. locus datus eſt Camaldulenſibus anno 1212. ibidem part. 2. lib. 3. cap. 1. Abbatiali dignitate decorata fuit anno circiter 1300. & primus Abbas factus quidam Romualdus. Ibidem cap. 2.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Abrahæ, juxta Murbaſchum, in loco Coſtæ, quod conſtruxit Sicardus Cremonenſis Epiſcopus, qui deceſſit anno 1215. quodque poſtmodum unitum fuit monaſt. S. Thomæ de Lerno. Vide Ughell. to. 4. pag. 823.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti foras, & non multùm longè à civitate Murcone, quod, cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentibus ſibi, Gerardus Comes, & Adelina Comitiſſa, atque Robertus germanus Gerardi, circa annum 1110. dant Madelmo Abbati S. Sophiæ apud Beneventanam civitatem poſitæ; ut ex ejuſdem Abbatiæ Chronico conſtat apud Ughell. tomo 8. pag. 716.

Abbatia titulo S. Petri de Muſceto, Ord. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœc. Faventinæ, de qua Cod. Taxarum Cam. Apoſtolicæ; recenſetur in Indice monaſteriorum hujus Congreg. In Bulla Alexandri III. Papæ datâ anno 1176. quam vide apud Ughellum tomo 2. pagin. 284. fuiſſe à S. Joanne Gualberto factam Abbatiam aſſerit Aſcanius Tamburinius de Jure Abbatum pagin. 12. columnâ 2. vocatque de Muſcheto.

Abbatia tit. SS. Trinitatis de Muſciola, aliàs de Turre, Ord. ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Senenſis, cujus mentio fit in Catalogo monaſteriorum hujus Congregationis in Bulla Alexandri III. Papæ datâ anno 1176. quam habes apud Ughellum to. 2. pag. 284. Hâc Abbatiâ potitus eſt M. Bonus Senenſis Epiſcopus anno 1189. de eâ vetus Codex Taxæ Cameralis; in Codice Taxar. D. Paſſionæi ponitur ſub titulo S. Trinitatis, & S. Muſtiolæ; forſan *Torri* decem paſs. millibus Senis diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia de Muſiano, Diœceſis, & territorii Bononienſis, ſex paſſuum mill. Bononiâ diſtans, versùs Meridiem, ad dexteram, & Orientalem fluvii *Savena* ripam; ut in mappis ſuis exprimit Anton. Maginus.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri, in loco Muſinaſco, Ordinis S. Benedicti; fundatum cum Eccleſia anno 1077. ab Imilla Duciſſa, Diœceſis, ut veroſimile eſt, Taurinenſis. Inſtrumentum fundationis habes apud Ughellum tomo 4. pag. 1455.

Abbatia tit. S. Muſtiolæ Virginis, & martyris, Diœc. Cluſinæ, Ordin. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, paulò poſt ducentis paſs. ſecundùm Clanim fluv. Cluſio civitate diſtans. Celebris quondam Canonicorum Regularium Præpoſitura; cujus templum circa annum 816. à Clariſs. Viris Gregorio, & Ariſebuto Cluſinis civibus ædificatum; cujus monachus, & Abbas erat Bartholomæus Caſinius Epiſcopus Piſaurenſis anno 1409. vide Ughellum tomo 2. pag. 647. & tom. 3. pag. 952. nunc verò eſt fratrum S. Franciſci de Obſervantia Cœnobium.

Mutina, vulgò *Modena*, civitas inter Rhegium Lepidi, & Bononiam, in Inſubria Ciſpadana, ſui Mutinenſis Du-

Ducatûs caput, prope Apenninum montem, & *Stradella* fluvium. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Petri, Ord. S. Benedicti, quam anno 996. fundavit Joannes Epiſcopus Mutinenſis in civitatis ſuburbio, ubi primitus erat iſta S. Petri Eccleſia; fundationis, & dotationis inſtrumenta habes apud Ughellum tomo 3. pag. 132. & ſeqq. Fredericus I. Imperator, diplomate ſuo dato anno 1159. hoc monaſt. ſub ſua protectione ſuſcipit, & omnia ejus bona illi confirmat. Vide Bullarium Caſinenſe to. 1. pag. 16. ejus Abbati Michaëli anno 1186. Mitræ, Sandaliorum, Caligarum, & Chirothecarum uſum concedit Urbanus III. Papa. Vide ibidem pag. 21. fuit unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua ab Eugenio IV. Papa anno 1433.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Miſericordia, in ſuburbio Mutinæ civitatis, monialium erat ante ann. 1479. quod cùm temporibus Alexandri VI. Papæ anno circiter 1500. inde moniales exceſſiſſent, Ciſtercienſibus monachis fuit attributum, quibus ad ampliandos civitatis muros ejectis, & fortunis exutis nudus titulus Abbatialis manſit; interim coram Rota Romana lite pendente. Vide Ughellum tomo 3. paginâ 169. de ea Carolus de Viſch in ſuo Abbatiarum ejuſdem Ord. Indice. Nunc poſſideri dicitur à monialibus S. Pauli, Ord. S. Auguſtini, Diœc. Mutinenſis; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

III. Abbatia tit. S. Hieronymi, Canonicorum Regularium, Ordinis S. Auguſtini Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, ipſis ſub Alexandro VI. data anno 1498. ut refert Syllabus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

IV. Abbatia titulo SS. Trinitatis, olim in ſuburbiis civitatis Prioratus antiquus Congregationi Lateranenſi unitus; & intra civitatem translatus, ac dignitate Abbatiali auctus, ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſt. Tripart. lib. 2. cap. 22. unio facta eſt an. 1507. translatus intra civitatem ad Eccleſiam S. Mariæ de Aſſeribus an. 1530. Abbatia factus anno 1566. à Pio V. Papa; vide eundem Authorem lib. 3. cap. 37. in fine.

V. Abbatia titulo S. Andreæ de Mutina, Ord. S. Benedicti; ut aſſeritur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

VI. Abbatia tit. S. Ruffini, extra muros Mutinenſes, Ordin. Sancti Benedicti, de qua Codex Taxar. D. Paſſionæi.

VII. Mutinæ Abbatia titulo Sanctæ Mariæ Vallis Viridis, monial. Ordin. S. Benedicti, Congregationis Servarum B. Mariæ Virg. quam anno circiter 1268. fundavit B. Sanctuccia Eugubina, ibique primam Abbatiſſam reliquit ſororem Humilem diſcipulam ſuam; ut obſervat Ludovic. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 2. pag. 229.

Abbatia tit. S. Mariæ de Mutino, ſeu de Mutinis, aliàs de monaſterio S. Angeli loci Sancti, ſive loci Saxi Simonis, vel Saxi Similis, aut Sinionis, Ord. S. Benedicti, nullius Diœc. provinciæ tamen Ravennatenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. ubi tamen ponitur in Diœc. Feretrana. Ejus Commendatarius Abbas fuit Uldericus Cardinalis Carpineus

anno

anno circiter 1622. Vide Ciaconium tom. 4. pag. 592. duo eſſe monaſteria, & unita aſſerit Codex Taxar. D. Paſſionæi, qui utriuſque eſt Abbas, eſt in Dominio magni Ducis Etruriæ; vide etiam infrà verbo S. Angeli de Saxo; diſtant ab invicem tribus circiter paſſuum millibus.

Abbatia tit. S. Mariæ de Mutoro, Ord. S. Benedicti, Diœc. Ferrarien. ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia de Myrtito olim nuncupata. Vide ſuprà litt. F. S. Philippi de Fragala.

N

ABBATIA de S. Naceto nuncupata, Diœc. Lycii, ſive Aletii, vulgò *Lecce*; cui ſubſunt oppida Rocchæ Peſuli, & Accanæ, & caſtra Aquæ Vivæ, & Vernulæ; ut refert Ughellus tomo 9. pag. 92. in Regni Neapolitani provincia, Hydruntinâ *d'Otranto* dictâ.

Prope Caſtrum Naje Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Novæ, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Gallienſis, unitum menſæ Epiſcopali ejuſdem civitatis; de eo Codex Taxar. Cameræ Apoſt. vocatur vulgò *de Naja*, in Ducatu Urbini quinque mill. paſs. Callio diſtat, Occidentem æſtivum versùs.

Narnia, Narna, olim Nequinum, nunc vulgò *Narni*, civitas Umbriæ, ad radices montis, & Narem *Nera* fluvium ſubterfluentem; ibi.

I. Abbatia, ſeu Monaſterium à Berardo Herulo Narnienſi, Epiſcopo Spoletino conſtructum; vivebat anno 1448. ut refert Ughellus tomo 1. pag. * 183. Idem videtur cum Abbatia titulo S. Benedicti Narniæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. quæque erecta eſt an. 1203. in valle, & fundo Narnienſi; ut obſervat Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 315.

II. Abbatia tit. S. Caſſiani; prope Narniam, Ord. S. Benedicti, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. milliario diſtat Narniâ, versùs Aquilonem, ad alteram, dexteram videlicet, fluvii *Nera* ripam, ultra pontem.

III. Abbatia tit. S. Claræ, monialium Ord. S. Franciſci; cujus Abbatiſſa fuit Beata Fermina Ceſi, circa annum 1520. ut aſſerit Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. paginâ 187.

Abbatia titulo S. Mariæ Virginis de Narſolis, quam Ludovicus Imperator jure proprietatis donat Ehilulpho Aſtenſi Epiſcopo, per diploma datum ann. 901. Vide Ughellum to. 4. pag. 485. donationem confirmat Henricus III. Imperator, privilegio dato Aſtenſi Eccleſiæ ann. 1041. vide ibid. pag. 508. *Narſole* vicus ad Tanarum fluvium, decem paſſuum millibus ab Alba Pompeja, Occidentem hyemalem versùs.

Ab-

Abbatia titulo S. Euſtachii de Narviſio, ſeu Nerviſio, ſive Verniſia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Cervienſis, ſive Ficodenſis, in Romandiola; de qua Codex Taxar. D. Paſſionæi, qui monet ejuſdem nomenclaturæ Abbatias eſſe in Acheruntina, & Tarviſina Diœceſibus; de hac vide verbo Tarviſium.

Abbatia tit. S. Euſtachii de Narviſio, Diœc. Acheruntinæ *Cirenza*, in Lucania, nunc Regni Neapolitani Provincia Baſilicatâ dictâ; ut aſſeritur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

Apud Naulum civitatem, Abbatia ſub titulo S. Mariæ de Rivo, monial. Ord. Ciſtercienſis, de cujus Abbatiſſa mentionem facit Bulla Nicolai IV. Papæ; de qua Lucas Wadinghus in Annalib. Seraphic. ad annum 1291. numero 55. dicitur de Rivo Naulenſi, quam Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 103. dicit à Leone X. Papa fuiſſe ſuppreſſam, & unitam anno 1519. Abbatiæ S. Mariæ de Valle Pia, Congregationis Montis Oliveti. *Noli* maritima civitas Statûs Januenſis in Riparia Occidua.

Abbatia tit. S. Secundi de Nates, Diœc. Aſtenſis; de qua in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. videtur eadem cum monaſt. S. Secundi de Turre Rubea, membro Abbatiæ Fructuarienſis, anno 1113. quo Raynerius Marchio, filius cujuſdam Guillelmi Marchionis, dat huic monaſterio omnem portionem, quæ ad ſe ſpectabat in lacu Langiano. Vide Ughellum to. 4. pag. 514. Ejus Eccleſia data eſt circa ann. 1529. incolenda monachis Servis B. Mariæ nuncupatis, ab ejus Abbate Commendatario Nicolao Bayverio, vide ibidem pag. 571. in Codice Taxarum dicitur S. Secundi de Nantes, & unita Eccleſiæ Aſtenſi.

Abbatia titulo S. Nazarii, de qua Ughellus, Diœc. Caputaquenſis. Vide ſuprà de Carato.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nazarii martyris; in territorio civitatis Atinæ, quod Atenulphus Abbas Caſinenſis reſtauravit, quodque antiquitus ad Cœnobium Caſinenſe pertinuerat; ita Chronicon Caſinen. lib. 2. cap. 31. *Atino* in Campania Felice, ſive Terrâ Laboris, non longè ab Appennini montis radicibus.

Abbatia titulo S. Nazarii, in Calabria. Vide infrà litt. S. Verbo Seminaria terra, S. Heliæ novi, & S. Philareti.

Abbatia tit. S. Nazarii, Diœceſis Trojæ in Apulia; de qua Bulla Paſchalis II. Papæ ad annum 1100. quam vide apud Ughell. tomo 7. pag. 1376. & ibidem Alexander II. Papa, qui obiit anno 1073. confirmat illam Stephano Trojano Epiſcopo. Eſt in Regni Neapolitani provincia, Capitanatâ dictâ.

Abbatia titulo S. Mariæ de Neazuſſano, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Brixienſis; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. unita eſt Congregationi S. Juſtinæ de Padua, ut aſſeritur in Codice Taxarum D. Paſſionæi; in Venetorum ditione.

Neapolis olim Parthenope, vulgò *Napoli* civitas Archiepiſcopalis, ſui Regni Neapolitani caput, in Campania Felice, ſive Terrâ Laboris, maritima. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Agnelli, Canonicorum Regularium Ord. S. Aug.

Con-

Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ; fuit primitus ſub tit. S. Mariæ Intercede, poſtea ſub titulo S. Mariæ de Septimo cœlo, denique titulo S. Agnelli de ea deſcriptio Neapolis pag. 9. Putat Ughell. to. 9. pag. 61. monaſterium fuiſſe primitus à S. Gaudioſo conſtructum, quod poſtea Beatus Agnellus monachorum Abbas rexit, qui obiit anno Sal. 590. veroque ſimillimum eſt fuiſſe Baſiliani inſtituti monachum, cujus ſacrum corpus ibidem aſſervatur. Cæſar d'Engenio, in *Napoli Sacra* pag. 212. dicit ibi primitus fuiſſe Sacerdotes Seculares Canonicos ſub Abbate, qui Abbatiam in manus Leonis X. Sum. Pont. renunciavit anno 1517. quo data eſt prælaudatis Canonicis Regular. Congregationis S. Salvatoris; ut conſtat ex ejuſdem Papæ Bulla.

II. Abbatia, ſive Monaſterium cum inſigni Eccleſia tit. S. Agrippini Epiſcopi, quam incolunt Baſiliani monachi, ut aſſerit Ughellus tomo 6. pag. 35. & deſcriptio Neapolis pag. 9. erat propria domus ejuſdem S. Agrippini, in platea de Forcella, & Eccleſia à nobili gente de Forcella condita fuit, à Clemente IV. Summ. Pontif. conſecrata, & anno 1615. per Breve Pauli V. Papæ, Patribus Ord. S. Baſilii conceſſa, ut refert Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 376.

III. Abbatia, ſive Monaſterium monialium, in regione Albinenſi, ab Euphraſia religioſiſſima fœmina, & vidua conſtructum, quod Sanctæ Dei Genitricis ædi conjunxit, & in quo Abbatiſſa eſt ordinata à Paulo tertio Neapolitano Epiſcopo, qui obiit anno 817. ut aſſerit Ughellus tomo 6. pag. 97. Cæſar d'Engenio in *Neapoli Sacra* paginâ 499. dicit nunc vocari *S. Maria d'Alvino*, ab Albina prima Abbatiſſa, dicit quoque Euphraſiam, relictam Theophili Ducis Neapolis, fuiſſe Abbatiſſam. Huic unita ſunt alia duo monaſteria anno 1563. unum tit. S. Agathæ, alterum S. Anelli à Petruccio; in ea vivunt hodie octuaginta monachæ, Ord. S. Benedicti.

IV. Abbatia vetuſtiſſima prope Neapolim, tit. S. Antonii, in Burgo *delli Vergini*, *e capo di monte* dicta, nunc Grangia eſt; tit. SS. Joannis, & Pauli Abbatiæ S. Mariæ Caſæ Marii, Diœc. Verulenſis, cujus Abbas Commendatarius fuit anno 1480. Julianus de la Rovere Cardin. poſtea Julius II. Papa, & tempore Cæſaris d'Engenio, Scipio Burgheſius an. 1605. ut aſſerit idem Author in *Napoli Sacra* pag. 606. ubi plures recenſet Commendatarios Abbates, quos tamen potiùs Caſæ Marii, quàm S. Antonii crediderim fuiſſe Abbates.

V. Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Baſilii, & Anaſtaſii Perſæ, Neapoli in regione Amelia, quod olim ſub Regula S. Baſilii fuiſſe refert Ughellus tom. 6. pag. 75. *Anno 1134. die 7. Julii indictione 10. Imperante Baſilio, & Anaſtaſio ejus fratre ann. 23. Joannes Abbas monaſterii SS. Anaſtaſii, & Baſilii ſiti ad Media, quod nunc eſt aggregatum monaſterio B. Mariæ ad Capellam.* Hanc Scripturam refert Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* paginâ 653. Ejuſdem loci anno 1170. Abbas erat quidam Sergius, & an. 1258. quidam Landulphi, uterque monachus erat Ord. S. Baſilii.

VI. Abbatia, ſive Monaſterium

Cel-

Cella nova dictum, in Eccleſia S. Andreæ, quod Anthimus Neapolitanus Conſul Eccleſiæ S. Pauli conjunxit, quodque Romani Pontificis juris erat; ita refert Joannes Diaconus ab Ughello citatus tomo 6. pag. 74. & pag. 97. dicit à Cæſare d'Engenio perperam aſſeri fuiſſe olim monialium. Vide in *Napoli Sacra* præfati Cæſaris d'Engenio Carraccioli pag. 296.

VII. Abbatia tit. Corporis Chriſti, aliàs S. Claræ, monialium Secundi Ord. S. Franciſci, quam anno circiter 1310. Robertus Caroli Regis Siciliæ tertio genitus, cum uxore Sanchia Aragona Regina, fundavit factus Rex Neapolitanus, qui & ibidem ſepultus jacet. Olim ſub Abbatiſſa vivebant ducentæ quinquaginta ſorores urbaniſtæ dictæ. Vide plura in Franciſco Gonzaga Hiſtor. Seraph. parte 1. paginâ 148.

VIII. Abbatia, ſive Monaſter. tit. S. Dimitrii intra civitatem, in regione Albinenſi, oblatum Cœnobio Caſinenſi circa annum 1060. ut refertur in Chronico Caſinen. lib. 3. cap. 19. Extat adhuc Eccleſia S. Demetrii in platea Albini regionis plateę portus, ut loquuntur monumenta civitatis. Erat olim ſub S. Baſilii Regula, ut refert Ughellus to. 6. pag. 75. nunc Ord. eſt S. Benedicti, ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. hujus loci Abbas Angelus Melia obiit anno 1362. Data poſtea fuit hæc Abbatia in Commendam; quam nunc tenent Patres, ſive Clerici Somaſchini nuncupati, ſic aſſerit Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 255.

IX. Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Eraſmi, Maximi, atque Julianæ, ab Alexandra fundatum, quod Maſſam Papyrianenſem in Sicilia habebat, cum Xenodochio Sancti Theodori. Verba ſunt Gregorii Magni Papæ ad annum 603. epiſt. 14. lib. 8. indictione 3. ut obſervat Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 161. vide infra verbo Macharis numero XVIII.

X. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Feſti mart. ab Epiſc. Stephano conſtructum, ut aſſerit Anton. Carraccioli, de Eccleſiis Neapolitanis pag. 168. hic Stephanus ſedere cœpit an. 764. objit circa annum 798. hoc S. Feſti monaſt. ævo præterito dirutum, unitum fuit Cœnobio monialium S. Marcellini, ut obſervat Ughellus tomo 6. pag. 92. Chronicon Archiepiſcoporum, ſic de hoc Stephano; *intra urbem tria monaſteria inſtituit, quæ ad nomen S. Feſti, &c. ..... in quibus Regulares Virgines pluribus rebus oblatis, ſub Abbatiſſæ diſciplinis ſtatuit.* Situm erat ubi nunc porta minor Collegii de Jeſu; ut aſſerit Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 314.

XI. Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Feſti, & Deſiderii, apud Neapolim, ad cujus favorem diploma factum eſt anno 960. octavo Kal. Novembris indictione 4. cui ſubſcripſit Athanaſius Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ Præſul. Vide Ughellum to. 6. pag. 20.

XII. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Gaudioſi apud Neapolim, cujus Abbatem fuiſſe ferunt S. Agnellum, Ord. S. Baſilii, aut, ut alii credunt, Ord. S. Benedicti, qui obiit anno 596. vide Martyrol. Romanum ad 14. Decembris; ita Ughell. to. 6.

paginâ 75. à Stephano Neapolitano Epiſcopo reſtructum ferunt, & monialibus datum; fuit primitus à S. Gaudioſo Bithinienſi Epiſcopo conditum, qui Neapolim appulit anno 453. In loco olim dicto Caput Trii, forte quia collis iſte ad Septentrionem poſitus erat. Putant aliqui poſt mortem Sancti Agnelli, fuiſſe à Sacris Virginibus inhabitatum, ſic idem Ughel. pag. 61. quarum Abbatiſſa fuit quædam Maria; nunc ibidem vivunt octuaginta monachæ. Vide Cæſarem d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 197.

XIII. Abbatia, ſive Monaſterium Gazaræ, in loco Plagiæ ſitum, unitum monaſterio S. Sebaſtiani Neapolitano per S. Gregorium Papam, ut ait lib. 8. epiſt. 34. & 39. Gazarenſe Neapoli in plaga maris, quod ſub Divi Baſilii Regula fuiſſe aſſerit Ughell. tomo 6. pag. 75. Quidam putant Gazarenſe monaſt. eſſe idem quod nunc eſt S. Mariæ ad Capellam. Arbitrantur alii eſſe Eccleſiam, quæ nunc eſt ſub tit. S. Leonardi; ſic refert Cæſar d'Engenio, in *Napoli Sacra* pag. 653. & 658.

XIV. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Georgii majoris, ubi olim, tempore Alexii Porphyrogeniti Imperat. erant monachi, quorum Rector titulo gaudebat Abbatis, & etiam adhuc anno 1484. Andreas Agnenſis ejus Abbas erat, ut conſtat apud Cæſarem d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 42. 44. & 45. vocabatur etiam Severiana Eccleſia, nunc principalis eſt Parochia civitatis, quam hodie Sacerdotes, pii operarii doctrinæ Chriſtianæ nuncupati, poſſident.

XV. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Gertrudis, in civitate Neapolitana, quod Madelmo Abbati S. Sophiæ Beneventanæ confirmavit Paſchalis II. Papa, Pontific. an. 3. Sal. verò 1102. Bullam vide apud Ughellum tomo 8. pag. 685.

XVI. Abbatia, ſeu Monaſt. tit. S. Gregorii Armeni, monialium, ſitum in regione Noſtriana, quod ſub Reg. S. Baſilii olim fuiſſe dicit Ughell. tom. 6. pag. 75. illud idem eſt monial. quod ſub tit. S. Gregorii, & Sebaſtiani, atque Domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. Pantaleonis, à pluribus Ducibus Neapolitanis ante ann. 1025. & deinceps privilegiis donatum. Vide paginâ 113. & pag. 133. Illi fuit annis præteritis unitum monaſt. monialium S. Michaëlis Archangeli ad Bayanum ſinum; ibidem pag. 138. Ord. nunc ſunt Sancti Benedicti, ut refert Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 341.

XVII. Eccleſia S. Januarii prope muros civitatis, cognomento magna, in qua Abbatem, & monachos inſtituit S. Athanaſius II. Neapolitanus Archiepiſcopus, Ord. S. Benedicti; ut refert Ughellus tomo 6. pag. 107. vivebat anno 855. De ea ſic Codex Taxarum Cameræ Apoſt. S. Januarii prope Neapolim, unitur primò menſæ Archiepiſcopali, deinde ſeparata, tandem unita Hoſpitali S. Januarii extra muros Neapolis ann. 1477. extabat ante annum 798. quo obiit Stephanus Epiſcopus, & ibidem tumulatus; data erat in Commendam, quæ ſuppreſſa eſt, & evaſit Noſocomium pro peſte. Idem Ughellus tomo 6. paginâ 96. & 221. vocabatur Sancti Januarii ad corpus, & Sancti Agrippini martyris; de hac fusè Cæſar d'Engenio

nio in *Napoli Sacra* pagin. 630. & ſequentibus.

XVIII. Abbatia, ſive Monaſt. Macharis dictum, Neapoli ſub titulo S. Michaëlis, ab Alexandra illuſtriſſima Domina conſtructa, & dotata, fuit etiam ſub titulo SS. Eraſmi, Maximi, & Julianæ. S. Gregor. lib. 8. epiſt. 14. & 15. unde clarum eſt eandem eſſe cum ea, de qua ſuprà numero IX.

XIX. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Marcellini, monialium Neapoli, cui ævo præterito unitum fuit Cœnobium dirutum S. Feſti, à Stephano Epiſcopo olim conſtructum; ut refert Ughellus to. 6. pag. 92. in deſcriptione Neapolis pag. 9. vocatur S. Marcellini, monialium Ordin. S. Benedicti, vocatur etiam SS. Marcellini, & Feſti, cujus anno 960. Abbatiſſa erat quædam Barbaria. Vide ibidem paginâ 127. dicitur pariter SS. Marcellini, & Petri; ibidem paſſim, & præcipuè pag. 202. In Chronico Archiepiſcoporum, anno circiter 798. Theodonanda uxor Anthimi quondam Ducis, in ſuo Prætorio fecit monaſterium S. Marcellini, in quo Abbatiſſam ſuam neptem cum ancillis Dei poſuit. Ibi vivunt centum monachæ; ut aſſerit Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* paginâ 314.

XX. Abbatia titulo S. Martini, prope Neapolim, ut conjectari poteſt, cujus primus Abbas Andreas, de quo S. Gregorius Papa, lib. 3. indict. 11. epiſt. 23. conſtructum eſt monaſt. in honorem S. Martini confeſſoris, à S. Severo Neapolitano Præſule paulò poſt annum 400. Vide Ughellum tomo 6. paginâ 46. 48. & 52. & Cæſarem d'Engenio in *Napoli Sacra* paginâ 599.

XXI. Abbatia, ſive Monaſter. vetus, titulo S. Michaëlis Archangeli, apud Bayanum ſinum, quod Neapoli in Furcillenſi regione ſitum erat, & à Sacris Virginibus incolebatur; cujus mentio habetur ad annum 1100. quo hujus Cœnobii Abbatiſſa erat Domina Gemona, ut teſtatur Ughell. to. 6. pag. 138. & 139. Suppreſſi tandem ann. 1577. Cœnobii redditus attributi ſunt hebdomadariis Metropolitanæ Baſilicæ; ibidem pag. 245. Eccleſia denique anno 1601. per Breve Apoſt. data eſt civi cuidam Neapolitano, qui in ea feſtis diebus curat Miſſam celebrari, ut refert Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 373. ſita eſt in vico, ſive ſtrada *Baiana* dictâ.

XXII. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Mariæ, monialium Neapoli, de quo loquitur Sanctus Gregorius Papa lib. 9 epiſt. 7. an unum ſit ex his, quæ infrà? incompertum.

XXIII. Abbbatia, ſive Monaſt. Neapoli, titulo S. Mariæ de Agnone, quod olim ſub Regula S. Baſilii fuiſſe aſſerit Ughellus, tomo 6. pag. 75.

XXIV. Abbatia tit. S. Mariæ ad Capellam, ſive de Capellis, prope Neapolim, Ord. S. Benedicti; extat donatio facta anno 1134. Petro hujus monaſterii Abbati, à Guillelmo de Prioldo Caſtri Cumarum Domino, quam refert Ughellus tom. 6. pag. 136. & 144. Data fuit in Commendam. Huic nunc jam inſerviunt Canonici Regulares S. Auguſtini Congregationis S. Salvatoris de Bononia; ita deſcriptio Neapolis pag. 32. illiſque data eſt per Paulum III. Papam ann. 1549.

ut narrat Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib.2. cap. 29. Eccleſiâ veteri vetuſtate collapsâ,novam ad oram maris à fundamentis extruxit Franciſcus Boncompagnus Cardinalis, qui in ea anno 1641. tumulatus eſt. Ciaconius tomo 4. pag. 481. eratque Abbas Commendatarius. Illam primitus tenuerunt monachi, Ordin. S. Baſilii deinde Caſinenſes Ordin. S. Benedicti, poſtea monachi Congregationis Montis Oliveti, denique prælaudati Canonici Regulares. Vide Cæſarem d'Engenio, in *Napoli Sacra* pag. 653.

XXV. Prope Neapolim Abbatia titulo S. Mariæ de Conſtantinopoli, aliàs S. Thereſia, Ord. ſive Congreg. Montis Oliveti, fuerat priùs monaſt. à Patribus Carmelitis Diſcalceatis S. Thereſiæ derelictum, unde S. Thereſiæ nomen retinuit. Olivetanis monachis datum eſt à DD. Picolominæis de Aragona, Regni Neapolitani Principibus, tempore Alexandri VII. Papæ. Primus Abbas D. Ambroſius Maria Picolomini, Comitis de Celano filius. De ea Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 206. ubi ſub titulo eſt *della Torre*.

XXVI. Abbatia titulo S. Mariæ de Cruce, Ord. S. Benedicti, in civitate Neapolitana; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, unita eſt Congreg. Lateranenſi, per Nicol. V. Papam, qui ſedebat anno 1447. ut aſſeritur in Cod. Taxar. D. Paſſionæi.

XXVII. Abbatia Neapoli, titulo S. Mariæ Domnæ Aromatæ, ſive Aromatum, aliquando denominata S. Mariæ de Percejo, aliàs de Petrejo de Conſtantinopoli, aliquando de Domna Romita, vetuſtiſſimum ſanctimonialium Cœnobium Ord. S. Baſilii, quod deinde tranſivit ad Ordin. Ciſtercienſem, ante ann. 1203. quo corpus S. Julianæ Virg. & mart. huc allatum, & reconditum fuit, quod ann. 1300. reſtauravit Beatrix Aragonia Regiâ ſtirpe nata, ubi ſanctitate floruit, & corpus ejus incorruptum perſeverat. Denique anno 1460. Moniales Ciſtercienſes, ad habitum nigrum S. Benedicti, relicto priore albo, & inſtituto, tranſierunt, quod adhuc retinent; ita aſſeverat Ughellus to. 6. pag. 156. dictæ ſunt aliquando Eccleſiæ S. Mariæ Dominarum de Romania, de Neapoli, erat Eccleſia ſub titulo Aſſumptionis. Abbatiſſa erat anno 1343. Franciſca de Caſtromaris. Dicitur nunc vulgò *S. Maria Donna Romita*; ut refert Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 301.

XXVIII. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Mariæ de Domna Regina, monialium Ord. S. Benedicti. quod Maria Caroli II. quondam uxor reſtituit, ſuppreſſoque priori monaſtico Ordine, moniales S. Claræ ſuâ authoritate intromiſit, obiit anno 1323. ut refert Ughellus tomo 6. pag. 185. anno 1252. jam Benedictinæ erant, ſub Abbatiſſa Maria Brancatia; ut ex inſtrumento publico probat Cæſar d'Engenio in ſua *Napoli Sacra* pag. 170.

XXIX. Abbatia titulo S. Mariæ Furcellenſis, ad Plateam, in civitate Neapolitana, cujus an. 1308. Abbas erat Umbertus, ſive Imbertus factus Neapolitanus Archiepiſcopus. Vide Ughellum tomo 6. pag. 180.

XXX. Abbatia titulo S. Mariæ de Pede Grottæ, vulgò *di Piedi Grotta* in civitate Neapolitana, Ordinis

S. Au-

S. Auguſtini Congreg. Lateranenſis, ſic recenſetur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. & in deſcriptione Neapolis paginâ 9. de hujus Eccleſiæ initiis anno 1353. & de unione Congregationi Lateranenſi facta anno 1452. à Nicolao V. Papa, vide fuſiora apud Gabrielem Pennottum lib. 3. cap. 26. pag. 665. ubi fuiſſe Abbatiam non apparet, neque in Cæſare d'Engenio *Napoli Sacra* pagin. 433. & 659. ubi Abbas dicitur Secularis, Neapoli namque Rectores Eccleſiarum, vulgò vocantur Abbates; ibi viſitur ſepulchrum Virgilii Maronis, Poëtarum Latinorum Principis.

XXXI. Eccleſia S. Mariæ Majoris, quam olim Abbatiam fuiſſe colligitur, ex eo quod ejus Abbas quotannis tenebatur parvam porcam auream offerre Archiepiſcopo, ut teſtatur Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 61. qui recenſet alios ejuſdem loci Abbates. Eſt nunc quarta inter præcipuas civitatis Parochias, cui inſerviunt Patres, vulgò Clerici Minores nuncupati.

XXXII. Abbatia tit. S. Mariæ de Monte Oliveto Neapoli, quam Gurellus Aurilia, Regni Neapolitani Logotheta, & Protonotarius an. 1411. cum nobili Cœnobio, ædificare cœpit, & plurimis opibus cumulavit, ubi etiam ſepultus jacet. Congregat. eſt Montis Oliveti nuncupatæ, ſub Regula S. Benedicti; ut refert Ughell. tom. 6. pag. 213. locus erat extra muros civitatis in loco *l'Ampuoro* dicto, & Abbatia Caſinenſi dependens, celeberrima Abbatia centum monachorum capax, ex qua prodiere plures Epiſcopi. De ea vide fuſiora in Oliveto dilucidato Bonavent. Tondi paginâ 60. ac ſeqq. & in *Napoli Sacra* Cæſaris d'Engenio Carracioli pag. 501. & ſequentibus.

XXXIII. Abbatia tit. S. Mariæ montis Virginis, hoc eſt Congregat. Montis Virginis, ſub Regula S. Benedicti, quod monaſterium per Superiorem ſub titulo Abbatis gubernari decernit Paulus V. Papa, Bullâ datâ anno 1611. vide Bullarium Caſinenſe tomo 2. pagin. 423. & Bullarium Romanum tomo 3. pag. 241. virtute cujus Bullæ debent eſſe ſexdecim Fratres.

XXXIV. Abbatia, Neapoli, ſub titulò S. Mariæ Reginæ Cœli, cujus feſtum celebratur die Aſſumptionis ejus, ubi moniales Canonicæ Regulares ſunt, Congregationis Lateranenſis. Initium ſumpſit an. 1518. in Eccleſia S. Mariæ de Platea prope Sanctum Agrippinum. Prima Abbatiſſa fuit ſoror Franciſca de familia Gambacorta ann. 1519. hinc ad locum in vico *di Carboni* migravere an. 1533. an. 1534. locus penè demolitus reparatus eſt, & completus anno 1540. quo per terræ motum an. 1561. effundato cum Eccleſia, translatæ ſunt moniales ad alium locum vicinum Eccleſiæ Sancti Gaudioſi, anno eodem 1561. ubi an. 1590. fundamenta poſita ſunt Eccleſiæ, que ſub Abbatiſſa Donna Maria fuit ad complementum perducta. Hiſtoriam vide apud Cæſarem d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 193. in hac Abbatia vivunt centum moniales.

Abbatia Neapoli, ſive Monaſter. tit. SS. Nicandri, & Marciani. Vide infrà verbo S. Patritiæ num. XLI.

XXXV. Abbatia Neapoli, ſub titulo S. Archangeli de Morfiſa, aliàs

Mor-

Morfixa, quam anno 1116. Paſchalis II. Papa ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipit. Vide Ughell. to. 6. pag. 140. Ord. erat S. Benedicti, cujus monachi monaſterium libenter fratribus Prædicatoribus S. Dominici ceſſerunt anno 1231. vide eundem paginâ 161. Ibi profeſſus vixit Eccleſiæ doctor S. Thomas Aquinas. Vocabatur etiam de Illamorfixa, titulum poſtea accepit S. Dominici. Ibidem pagin. 172. tempore Baſilii Imperatoris ejus Abbas erat quidam Stephanus, ut probat Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 264.

XXXVI. Abbatia tit. SS. Aſcenſionis, Congregationis Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti, in Plaga Neapolitana, ſive in ſuburbio de Chiaja, in loco amœno; fundatâ fuit à Matthæo de Aliſio ſuæ ætatis celeberrimo juriſconſulto, circa annum 1365. ut ex inſcriptione ejus ſepulchri colligitur; varias perpeſſa eſt injurias, tum à militibus in obſidione Neapolitana anno 1527. tum ab aquarum alluvionibus è colle adjacenti, donec an. 1622. Illuſtris Michaël Vaaz Luſitanus Molæ Comes, ob præſentiſſimum S. Petri Cœleſtini in maximo vitæ periculo expertum auxilium, novam Eccleſiam ſub vocabulo S. Michaëlis, veteri Eccleſiæ propinquam, ædificavit, & dotavit, atque varia latiſundia pro monachis in utraque Eccleſia ſuſtentandis attribuit; ut fert MS. relatio D. Cœleſtin. Guicciardini.

XXXVII. Abbatia tit. SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, apud Neapolim, vulgò *Santi Apoſtoli*, quam Eccleſiam, ut fertur, conſtruxit Conſtantinus Magnus Imperat. & circa annum 465. Soter Neapolitanus Epiſc. in Parochiam erexit; evaſit poſtea in Abbatiam. Denique ann. 1575. conceſſu Philippi Garraccioli Marchionis Vici, ad quem jus præſentandi Abbatem ſpectabat, Clericis Regularibus Theatinis fuit attributa; ut refert Ughellus tomo 6. pag. 64.

XXXVIII. Abbatia tit. S. Petri ad Aram, Ord. S. Auguſtini, extra muros Neapolitanos, extabat ante annum 1295. unita eſt Congregationi Lateranenſi, & ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ data fuit in Commendam; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. & Ughellus tomo 6. pag. 217. atque Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib. 2. cap. 29. & lib. 3. cap. 45. paginâ 751. & cap. 27. pag. 666. ubi refert propter aram à S. Petro, Italiam ingredienti, ibi conſecratam, ſic appellari, erat Abbatia ante ann. 1190. unio facta eſt per Nicolaum V. Papam anno 1453. eratque S. Sedi immediatè ſubjecta, vide plura ibidem. Sunt in ea viginti Canonici Regulares ſub Abbate. Ita Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 422.

XXXIX. Abbatia tit. S. Petri Cœleſtini de Neapoli, vulgò ad Magellam nuncupati, in civitate Neapoli, Congregationis Cœleſtinorum Ord. S. Benedicti; fundata eſt à Joanne Pipino, magno Regni Neapolitani Rationario, & ab ipſo dotata 1317. quarto ab ejuſdem S. Petri Canonizationis anno; ſita tunc erat prope portam Domni Urſi, in extrema civitatis parte, tunc verò propter ampliatum, dilatatumq; pomærium in centro reperitur civitatis, prope portam Albam. In ea requieſcit corpus B. Benedicti

dicti de Julianis, monachi Cœleſtini adeò recens, & expers à corroſione, ut non facile aliud reperiatur; ut fert relatio MS. D.Cœleſtin. Guicciardini.

XL. Abbatia, ſive Monaſterium Neapoli, titulo S. Pantaleonis, à Stephano Epiſcopo ædificatum, ut teſtatur Antonius Carracioli de Eccleſiis Neapolitanis pag. 168. obiit Stephanus anno circiter 798. de hoc S. Pantaleonis Cœnobio nullum nunc extat veſtigium, ut afferit Ughellus to. 6. pag. 92. de hoc Stephano Epiſcopo, ſic Chronicon Archiepiſcopale. *Intra urbem tria monaſteria inſtituit, quæ ad nomen ...... S. Pantaleonis mart. ...... prætitulavit, in quibus Regulares Virgines, pluribus rebus oblatis, ſub Abbatiſſæ diſciplinis ſtatuit*; ſic refert Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 314.

XLI. Abbatia, ſive Monaſter. tit. S. Patritiæ, monialium, Ordin. S. Benedicti; ita deſcriptio Neapolis pag. 9. priùs erat ſub tit. SS. Nycandri, & Marciani, & olim ſub Regula S. Baſilii, ut teſtatur Ughellus to. 6. pag. 75. Illud Robertus Dux anno circit. 1080. conceſſit Cœnobio Caſinenſi, ut fert Chronicon Caſinen. lib. 3. cap. 58. & filius ejus Rogerius ann. 1090. ibidem lib. 4. capit. 8. collocato ibi corpore S. Patritiæ receſſerunt Baſiliani, introductis ſtatim Abbatiſsâ Beatâ Anglaſiâ cum puellis ſuis monialibus, Cœnobium acquiſivit titul. Sanctæ Patritię, cujus corpus ibidem etiam hodie aſſervatur. Anno 1192. Abatiam gubernabat quædam nomine Melegrita, ut obſervat idem Ughellus tomo 6. paginâ 154. in ea ſervatur unus clavus integer Domini noſtri Jeſu Chriſti; de hac Abbatia fusè ſcripſit Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* paginâ 179.

XLII. Monaſterium, ſive Conſervatorium Neapoli tit. SS. Philippi, & Jacobi inchoatum anno 1581. in quo, præter ducentas puellas virgines, una eſt Abbatiſſa cum aliis triginta monachali habitu veſtitis; de quo vide Cæſarem d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 336.

XLIII. Apud Neapolim Abbatia, ſive Monaſterium antiquum tit. S. Potiti, ſive Petiti, vulgò *S. Potito*, monialium Ord. S. Benedicti, quod etiam nunc extat S. Potiti martyris, à Sancto Severo Neapolitano Præſule conditum, quod moniales S. Benedicti incoluere, eoque deſtructo, aliò emigrârunt. Verba ſunt Ughell. to. 6. pag. 46. Sedit S. Severus ab anno 367. uſque ad initia quinti ſeculi, nunc moniales ſunt numero triginta, in novo monaſterio à ſe conſtructo; ut refert Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* paginâ 600.

XLIV. Abbatia, ſive Monaſter. titulo SS. Quirici, & Julittæ, quod, ſub Regula S. Baſilii olim fuiſſe, refert Ughell. tom. 6. pag. 75. & pag. 97. ubi aſſerit ab Anthimo Neapolitanorum Conſule, & ejus conjuge fuiſſe conſtructum, in quo duodecim aptavit cellulas, ad hoſpites, & peregrinos excipiendos, redditibus de quibus alerentur conſtitutis. Eandem Baſilicam dedicavit, & in ea Sanctorum pignora collocavit Paulus III. Neapolitanus Epiſcopus, qui deceſſit anno 817.

XLV. Abbatia in inſula S. Salvatoris dicta, prope Neapolim, in qua S. Athanaſius II. Neapolitanus Archiepiſcopus Abbatem dedit ſolitariis, & vitam communem vivere coegit, illiſque

que dedit Eccleſiam S. Luciæ, cum omnibus bonis ad illam ſpectantibus; ita Capaccio in Hiſt. Neapolitana paginâ 425. ad annum 885.

XLVI. Neapoli Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris, in caſtello *dell'Ovo* dicto, cujus Abbati Joannes Conſul, & Dux Neapolitanus concedit territorium quoddam ad mare ſitum; ut teſtatur Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 651.

XLVII. Neapoli Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Samonæ mart. Edeſſeni, quod olim ſub Regula S. Baſilii fuiſſe aſſerit Ughellus tomo 6. paginâ 75.

XLVIII. Neapoli Abbatia, ſive Monaſterium ſub titulo SS. Hermæ, Sebaſtiani, Cyriaci, ac Pancratii; à Romano Dynaſta conditum, cujus primus Abbas fuit Adeodatus; huic monaſter. tria alia monaſteria univit S. Gregorius Papa, ut ſcribit lib. 8. epiſt. 3. fuiſſe olim ſub Regula S. Baſilii refert Ughellus tomo 6. pagin. 75. nunc Ord. eſt S. Benedicti, ut aſſerit Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

XLIX. Neapoli Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Sebaſtiani, monialium, de cujus monimentis mentionem facit Ughell. ad annum 1005. & 1179. tomo 6. pagin. 132. & 149. erat primitus monachorum Ordinis S. Baſilii, conſtructum ante tempora S. Gregorii; fuit poſtea Ordin. S. Benedicti, atque datum in Commendam, tandem monialibus aſſignatum; hujus Abbatiſſæ mentionem facit Cæſar d'Engenio in *Napoli Sacra* pag. 70. S. Gregorius Papa, ut dicit epiſt. 39. lib. 8. huic monaſterio univit Gazarenſe monaſt. de quo ſuprà num. XIII.

L. Abbatia tit. S. Severini apud Neapolim, de ea Codex Taxar. Cam. Apoſt. Ord. S. Benedicti, extabat ante annum 920. quo, Joanne ejus Abbate poſtulante, corpus S. Severini Noricorum Apoſtoli à caſtro Lucullano translatum fuit; ut refert Ughellus tom. 6. pag. 122. fuerat ſub Athanaſio juniore, hoc eſt ſecundo Neapolis Antiſtite (qui ſedit an. 872.) erectum monaſterium, & ab Athanaſio tertio, unà cum Gregorio Duce, atque Conſule, S. Soſii mart. reliquiis nobilitatum, & plurimis bonis, ac juribus auctum. Situm erat intra civitatem in vico *Miſſi*, data eſt poſtmodum in Commendam, ſub tit. SS. Severini, & Soſii. Vide eundem Ughellum eodem tomo pag. 124. & 125. Unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua, per Eugenium IV. Papam anno 1438. fuit primitus dedicata Eccleſia S. Severino confeſſori Neapolitano Epiſcopo. In ea ſervantur corpora Sanctorum Severini mart. & Soſii mart. ſocii S. Januarii, & diaconi ejuſdem Sancti. De ea fusè tractat Cæſar d'Engenio Carracioli in *Napoli Sacra* pag. 316. & ſeqq.

LI. Neapoli Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Spiritûs, ſive Sancti Spiridionis, quod olim ſub Regula S. Baſilii fuiſſe aſſerit Ughellus tom. 6. pag. 75.

LII. Neapoli Abbatia tit. S. Vedaſti, Ord. S. Benedicti, recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ; de ea tamen ſilent Ughellus, & Cæſar d'Engenio Carracioli.

LIII. Neapoli Abbatia ſub titulo S. Vincentii, olim monialium, Ord. S. Baſilii, cujus ann. 1259. Abbatiſſa no-

nomine Juliana, illam fere dirutam reparare non valens, dat, & cedit fratribus Eremitis, Ord. S. Auguſtini, ut ex inſtrumento authentico probat Cæſar d'Engenio Carraciolus in ſua *Napoli Sacra* pag. 382. putatque fuiſſe Abbatiam ipſam, de qua loquitur S. Gregorius Papa lib. 2. epiſt. 59. ad Fortunatum Epiſcopum Neapolitanum, his verbis. *Atque ideo Gratioſa Abbatiſſa, unà cum Congregatione ſua oblata petitione, qua tenetur in ſubditis poſtulavit, quod Patriciæ recordationis Ruſticæ, per ultimum voluntatis ſuæ arbitrium, in civitate Neapoli in domo propria in regione Herculenſi, in vico, in quo Lampadius monaſterium ancillarum Dei conſtituit, ſepeliretur, &c.* Vide ibidem. Data Auguſtinianis fuerat abſque jure Cœmeterii, quod jus tandem illis conceſſum fuit ab Ayglerio Archiepiſcopo Neapolitano anno Sal. 1270. Vide Ughellum tom. 6. pag. 169. Nunc celebris eſt Conventus Auguſtinianorum ſub titulo S. Auguſtini.

Nepis, ſive Nepet, & Nepeta, vulgò *Nepi*, civitas in Etruriæ parte, quæ vulgò Patrimonium S. Petri dicitur, Abbatia intra civitatem poſita, titulo S. Sylveſtri, Congregationis Sylveſtrinorum, Ord. S. Benedicti, quæ, ob devotionem, à populo vocatur *la Madonna del Carmine.*

Abbatia titulo S. Benedicti in Nemore, unita Abbatiæ S. Mariæ Novæ, Diœc. Camerinenſis, in Umbria, recenſetur in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ; in veteri Codice Taxæ Cameralis vocatur de Caſtagnano, Ordinis Camaldulenſis.

Abbatia Nericone dicta, Ord. S. Benedicti, Diœc. Hydruntinæ; ita Codex Taxarum Cam. Apoſtol. Et Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Verbo *Idroutin* in Apulia; forſan eadem cum ſequenti.

Nerito, ſive Nardus, vulgò *Nardo*; civitas Epiſcopalis, ubi pridem nobile monachorum Ord. S. Benedicti Cœnobium, jam inde multis opibus, atque magnis privilegiis celeberrimum. Cujus Eccleſiam B. Mariæ Deiparæ Aſſumptæ in Cathedralem, monachoſque in Canonicos convertit Joannes XXIII. Papa anno 1413. redditibus partim Epiſcopo conceſſis, partim Canonicis, & Sanctæ Sedi Romanæ immediatè ſubjecit; fuerat antiquitus ante annum 560. monachorum Græcorum Ord. S. Baſilii, poſtea monachorum, Ord. S. Benedicti, qui primò regebantur per Priores; ſed, ad Abbatialem evecta dignitatem, per Abbates. Ingentia dona facta fuerunt huic Cœnobio per Goffridum Comitem Cuperſarii, & Neriti, tempore Urbani II. Papæ. Primus Abbas quidam Jordaymus, poſtremus Joannes, & Epiſcoporum primus; cætera vide apud Ughellum tom. 1. pag. 1119. & ſequentibus. Sita eſt in Regni Neapolitani provincia, Terrâ Hydruntinâ *d'Otranto* dictâ.

Prope Nervianum, Abbatia titulo S. Mariæ de Nerviano dicta, ſive Incoronatæ, Ord. ſive Congregationis Montis Oliveti, Diœc. Mediolanen. in Lombardia, fundata anno 1468. per Comitem Ugolinum Crivelli duodecim mill. paſſuum Mediolano diſtat, versùs Occidentem; de ea Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 95.

Apud oppidum Neti in Sicilia, Abbatia, ſive vetuſtiſſimum Monaſt. tit. S. Baſilii, Ord. ejuſd. Sancti, centum quinquaginta paſſib. ab oppido, Diœceſis Meſſanenſis, in regione, ſive valle *di Demona*, conſtructum, ut creditur, à Rogerio Comite, quo everſo, monachi tranſierunt ad Abbatiam S. Mariæ de Lacu, de qua ſuprà; ejus adhuc viſuntur veſtigia; fuit S. Cononis incolatu celebre; ut aſſerit Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 26. *Niſa*, ſive *Neſi* decem, & ſeptem paſſuum mill. Meſſinâ diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Mariæ Neti, in Sicilia, Diœceſis Syracuſanæ, quam Rocchus Pirrus in notitia hujus Eccleſiæ recenſet inter quinque hujus Eccleſiæ Abbatias, & ab Abbatia S. Mariæ de Arcu diſtinguit. *Nerto*, ſive *Noto* oppidum celebre à quo regio dicta eſt vallis *di Noto* triginta paſs. millib. Syracuſis diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Antonii de Nicheto, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Rheginenſis, in Calabria ulteriori, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; in aliis Codicibus Taxarum legitur S. Antonii de Sancto Nicheto.

Abbatia titulo S. Mariæ de Niceto Lycienſi *Lecce*; cujus Abbas Commendatarius fuerat Bartholomæus Carduccius. Vide Ughellum tomo 6. pag. 1030. in Regni Neapolitani Provincia, Terrâ Hydruntinâ *d'Otranto* dictâ.

Abbatia S. Auguſtini de Nicoſia. Vide infrà litt. P. verbo Piſæ.

Abbatia tit. S. Angeli ſuprà Nimpham, Ordinis, ſive Congregationis Florenſis, ſub Regula S. Benedicti, Diœc. Velletrenſis, quæ anno 1432. unita eſt Abbatiæ Sublacenſi, per Eugenium IV. Summ. Pont. ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. *Ninfa* caſtrum eſt in Latio, decem circiter mill. paſs. à civitate Veliternenſi *Velletri*, versùs Orientem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Nive, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Parmenſis; extabat ante annum 1470. de ea Cod. Taxarum Cam. Apoſt. fuit unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua per Sixtum IV. Pontificatûs anno 2. Salutis 1473.

Abbatia titulo S. Mariæ de Nive, *della Neve*, Ord. S. Auguſtini, Diœc. Geruntinenſis *Cerenza*, & Cariatenſis *Cariati* unitarum, in Calabria citeriori, extabat tempore Julii II. Papæ, qui ſedit anno 1503. de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia S. Mariæ de Nocer, aliàs de Nuce. Vide infrà, verbo de valle Anglonis.

Nola civitas Campaniæ Felicis, ſive Terræ Laboris prope *Clanio* fluvium, Abbatia, ſive Monaſterium anno circiter 397. à S. Paulino conſtructum, medio milliario prope civitatem, juxta Eccleſiam S. Felicis martyris; ut refertur in Epitome Hiſt. Benedictinæ pag. 30.

Nonantula Abbatia tit. S. Sylveſtri, Ord. S. Benedicti, prope Mutinam, & in ejus Diœceſis territorio, licèt à S. Sede immediatè dependens. In cujus Eccleſia anno 885. ſepultus eſt Hadrianus III. non primus, Pontif. Max. fundata fuit ad ſex milliaria à Mutina civitate, per S. Anſelmum Forojulienſem Ducem. Eccleſia per Sergium

Ra-

Ravennatenſem Epiſcopum; conſecrata eſt in honorem SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, fundationem ſuo diplomate ſtabilivit Aiſtulphus Longobardorum Rex anno 753. Reliquiæ S. Sylveſtri à Stephano Papa acceptæ, in hanc Abbatiam translatæ ſunt; unde nomen adepta eſt monaſterii S. Sylveſtri; ann. 899. incendio devaſtata. Abbates nunc habet Commendatarios. Huc circa annum 1513. Ciſtercienſes introducti; vide Ughellum tomo 3. pag. 101. & ſeqq. & tomo 5. pag. 477. ubi Nonantulanorum Abbatum dat ſeriem, quorum primus fuit Anſelmus.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Novæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Peruſinæ, de quo Ughellus ad ann. 1390. quo Lucas ejus monachus factus eſt civitatis Ariani in ulteriori Principatu Epiſcopus. Vide tomo 8. pag. 306.

Abbatia tit. SS. Petri, & Andreæ de Novaleſio, aliàs de Novalitio, vulgò *la Novaleze*, Ord. S. Benedicti, Diœc. Taurinenſis, quam anno 756. fundavit, ſive reſtruxit, plurimiſque bonis dotavit quidam Abbo Senator, primumque Abbatem conſtituit Ven. Godonem; ut refert Ughellus tom. 4. pag. 1427. Aliqui illam ſexto ſeculo conditam ferunt; recenſetur inter nobiles Abbatias Diœceſis, in Codice Taxar. Cam. Apoſt. dicitur SS. Petri, & Andreæ loci Novalicii, recenſeturque inter Abbatias immediatè à Sancta Sede dependentes. Sita eſt ad radices montis Cinitii, non longè à flumine Cinitio; de ea ſcripſit Scipio Caſtillionæus in notis ad Regnum Italiæ, Emmanuelis Thyanæi; adnot. 310.

Novaria, urbs olim Inſubriæ, nunc vulgò *Novara* civitas in Ducatu Mediolanenſi, in humili colle conſtructa, prope *Cogna* fluvium. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Bartholomæi, Ordin. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, extra civitatem, in loco, cui nomen eſt fons Botonis, quem anno 1124. Litifredus Novarienſis Epiſcopus monachis hujus Ord. conceſſit, & Eccleſiæ Oratorium, atque quatuor Altaria anno 1128. conſecravit; hanc Abbatiam poſtea Innoc. II. Papa eidem Epiſcopo confirmat, Bullâ datâ anno 1133. vide Ughellum to. 4. pag. 963. dicitur Ordin. S. Benedicti in Codice Taxar. Cam. Apoſtolicæ, de ea mentionem facit Alexander III. Papa, in Bulla data in favorem iſtius Congregationis anno 1176. apud Ughellum tomo 2. pag. 284. Extat in Archivio S. Pancratii Romæ tranſumptum Bullæ Eugenii IV. Papæ, datæ anno 1446. pro meliori regimine hujus Abbatiæ.

II. Abbatia titulo S. Stephani, Ordinis S. Benedicti, quæ recenſetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

III. Abbatia titulo S. Laurentii Presbyteri, & mart. ædificata prope civitatem, juxta puteum, in quem hujus Sancti corpus, & puerorum ab ipſo baptizatorum corpora conjecta fuerant; ut obſervat Ughell. tomo 4. pag. 491. In ea S. Bernardus Auguſtæ Archidiaconus ſanctè deceſſit; & per plura ſecula requievit, cui Abbatiæ, tanquam Canonicæ, & ejus Canonicis plura bona conceſſit Adelgiſus Novariæ Epiſcopus, qui ſedit ab anno 840. ad annum 859. Illam anno 1133. Litifredo Novariæ Epiſcopo confirmat

Innocentius II. Papa; ibid. pag. 963. ubi Abbatia nominatur. Denique ad nova civitatis munimenta, cum aliis Eccleſiis, ſolo æquata fuit, anno circiter 1553. ibidem pag. 991.

IV. Abbatia Novariæ monial. quæ primitus Ord. S. Auguſtini, poſtmodum Ord. Clariſſarum, in qua floruit Abbatiſſa Catharina Franciſca Cerina; ut refert Lucas Wadingus in Annalibus Seraphicis, ad ann. 1455. num. 120.

V. Abbatia tit. S. Mariæ in Burgo Novariæ, Ord. S. Auguſtini, unita Congregationi Lateranenſi, ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. monaſterium fuit anno 1472. ſub tit. S. Mariæ de Gratiis inchoatum, & prior inſtitutus, illique fuerunt unitæ aliquæ Eccleſiæ, atque litteræ Sixti IV. Summ. Pontif. in ejus favorem expeditæ; ut refert Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 32. apud quem nullum eſt Abbatiæ veſtigium, unio facta eſt per prælaudatum Sixtum IV. anno 1473. & illi unitæ ſunt duæ Præpoſituræ; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Georgii de Novo, in Lucania, Congregationis Cœleſtinorum Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Caputaquenſis, in horrido, & aſperrimo loco, inter Lucaniæ montes poſita. Quam anno 1334. fundavit, & dotavit Thomas de Marzano Squillacii Comes, Regni Siciliæ Mareſchallus, qui, & à Philippo tunc temporis Caputaquenſi Epiſcopo obtinuit Eccleſias S. Mariæ de Monte, & S. Nicolai cum illarum territoriis, quas eidem monaſterio à ſe fundato, cum conſenſu ejuſdem Epiſcopi, & Capituli, perpetuò univit; ut aſſerit D. Cœleſtin. Guicciardini in relatione MS. *Novi* terra decem, & octo paſſuum mill. à Capaccio veteri diſtat; versùs Meridiem, in Principatu citeriori.

Abbatia titulo S. Mariæ de Novo Portu, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Anconitanæ. Alexander III. Papa anno 1177. privilegium dat huic monaſterio, & Ruſtico ejus Abbati, in quo enumerantur non ſolùm bona, ſed etiam Eccleſiæ ei ſubjectæ. Vide apud Ughellum tomo 1. pagin. 375. ſimile privilegium Lucii III. Papæ. Bona verò anno 1436. ab Eugen. IV. Summ. Pont. Capitularibus Canonicis Eccleſiæ Anconitanæ, qui iis hactenus potiuntur, fuerunt attributa. Novus Portus ſitus eſt ad mare Adriaticum, in Marchia Anconitana, ſeptem mill. paſſuum Anconâ diſtans, Orientem hyemalem versùs, ad montis Cumeri *Conero* radices. Primùm ibi conſtructa eſt in honorem B. Mariæ Virginis Eccleſia ante annum 1034. Poſt per Comitem de Sirolo amplificata, & anno 1186. Henricus Imperator Abbatem, monaſterium, ejuſque bona ſub ſua ſuſcepit protectione; ſed per terræ motus prorſus effundata, translata eſt in Eccleſiam S. Martini intra civitatem Anconitanam anno 1320. cum Abbate, & monachis, atque etiam cum titulo Novi Portûs S. Mariæ, per Nicolaum de Ungaris Anconitanum Epiſcopum. Vide Julianum Saracini *Notitie della Città d'Ancona* pag. 151. 162. & ſeq.

Abbatia Novi montis, Ordinis S. Benedicti, cujus ante annum 1440. Abbas Commendatarius erat Antonius, tunc factus Callienſis Epiſcopus

pus. Vide Ughellum tomo 3. paginâ 904.

Abbatia titulo S. Mariæ de Nucaria, ſeu Nugara, vulgò *Nobaria*, in Sicilia, Ord. Ciſtercienſis, Diœceſis Meſſanenſis; vocatur etiam de *Noara* atque la Nuara, quam circa an. 1137. à Rogerio Siciliæ Rege, juxta oppidum Noaræ, fundatam, ejuſque primum Abbatem quemdam Brunonem fuiſſe aſſerit Gaſpar Jongelinus in Abbatiis Siciliæ ejuſdem Ord. fundatam ann. 1171. Kal. Junii dicit Carolus de Viſch in ſuo Indice; de ea mentio fit in diplomate Manuelis Archiepiſcopi Montis Regalis anno 1348. de ea Ludovic. Lellus in lib. Privilegiorum Montis Regalis pag. 61. translata eſt ad locum de Cragnia dictum, ubi jam erat monaſterium ejus membrum tit. Vincentii, nomine retento S. Mariæ de Nucaria. Datur in Commendam, ita Codex Taxarum Cameræ Apoſt. fundata fuit à B. Ugone, cujus ibidem corpus multis miraculis claret; ut dicit Sylveſter Maruli, in Oceano omnium Religionum mundi lib. 2. pag. 149.

Abbatia titulo S. Mariæ de Nuce, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Alexanenſis, de qua mentio fit in veteri Codice Taxæ Cameralis; ſita eſt in Regni Neapolitani Provincia, Terrâ Hydruntinâ *d'Otranto* dictâ.

Abbatia S. Mariæ de Nuce. Vide Vallis Anglonis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Nuce, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tridentinæ, ut aſſerit vetus Codex Taxæ Cameralis; forſan à fluvio *Noce* ſic appellata.

Abbatia tit. S. Priſci de Nuceria, aliàs S. Philippi de Maceria, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Salernitanæ. Verba ſunt Codicis Taxarum Cam. Apoſt. obſerva S. Priſcum tutelarem eſſe Cathedralis Eccleſiæ Nuceriæ civitatis Paganorum cognominatæ, in Principatu citeriori, cujus fuerat primus Epiſcopus; potuit Abbatia in ſedem erigi Epiſcopalem.

Prope Nuceriam Paganorum, Abbatia tit. S. Mariæ ſuper montem Albinum poſita, quam Joannes Baptiſta Caſtaldi Patritius Neapolitanus, juxta hanc S. Mariæ priùs extantem Eccleſiam conſtruxit, & bonis dotavit anno 1541. atque monachis Congregationis Montis Oliveti conceſſit; ut obſervat Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 183.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Marciani, in Diœc. Nucerina ſitum, quod S. Gregorius Magnus Papa univit Abbatiæ civitatis Surrentinæ, cui præerat Agapitus Abbas, ut ipſe dicit lib. 9. epiſt. 67. unde clarum eſt ſermonem eſſe de hac Nuceria Paganorum.

Nuceriæ in Umbria, Abbatia tit. S. Claræ monialium, cujus Abbatiſſæ, & monialibus an. 1259. vineam conceſſit B. Philippus Epiſcopus Nucerinus; ut refert Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 113.

Abbatia titulo S. Pancratii, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Nucerinæ; ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. verbo Nuceria, in Ducatu Spoleti; unde clarum eſt non de præcedenti, ſed de altera Nuceria, vulgò *Nocera* civitate Umbriæ ſermonem eſſe.

Nurſia urbs olim Epiſcopalis Umbriæ, quæ, & Sabinis tribuitur, in monte, ubi lacus eſt, nunc vulgò *Norcia,*

tia, Diœc. Spoletanæ, ad fluv. *Freddura*. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Benedicti de Nurſia, Spoletinæ Diœceſis, ejuſdem Sancti monachorum Occidentalium Patris, patria, in meditullio hujus caſtri, in perantiquo, ſed præcelſo ædificio. An. 559. ad monachos Benedictinos pertinebat, eratque Abbatia olim à monaſterio *Campli* dependens, locus aſſeritur eſſe, ubi natus eſt Sanctus Benedictus. Anno 1287. in monaſterium iſtud introducti ſunt fratres Minores Ord. S. Franciſci, qui inde poſtmodum ejecti, atque per Bullam Cœleſtini V. Papæ an. 1294. ibidem reſtituti Benedictini, ut aſſerit Ughell. tomo 1. pag. * 177. fuitque tunc à juriſdictione Epiſcopi, atque Abbatis S. Titii de valle Caſturiana exemptum. Anno 1369. fuerat unita monaſterio Sacri Specûs; deinde anno 1378. Abbatiæ S. Euticii Nurſiæ; fuit aliquando in Prioratum redacta, donec anno 1480. Sixtus IV. Papa illam ſegregavit ab omni alia dependentia, & attribuit, atque incorporavit Congregationi Cœleſtinorum Galliç, Ord. S. Benedicti, qui, propter bella in Galliam revertentes, in manus illam poſuerunt Congregationis Cœleſtinorum Italiæ, ubi etiam nunc eſt Abbas cum duodecim monachis; titulum habet Parochiale, vide eund. Ughell. tomo 1. pag. 544. & Ludovicum Jacobilli de SS. Umbriæ to. 1. pag. 224. & 551. & tomo 3. pag. 291. his ſuffragatur relatio MS. D. Cœleſt. Guicciardini.

II. Abbatia titulo S. Eutichii de Nurſia, Ordinis S. Benedicti, vulgò *S. Eutitio* ponitur in territorio Nurſiæ, cujus Abbas fuit S. Euticius, cujuſque corpus etiam ibidem aſſervatur; ante annum 1468. ejus Abbas erat Dominicus Reatinus Epiſcopus, ut refert Ughellus tom. 1. pag. * 122. nunc datur in Commendam Cardinalibus, eamque poſſident Prior, & tres Canonici Seculares, ut aſſerit Ludovic. Jacobilli to. 1. de SS. Umbriæ pag. 176. & tomo 3. pag. XXXVII.

III. Nurſiæ Abbatia tit. S. Laurentii, monialium, poſtea ſub titulo S. Claræ, & Ordinis ejuſdem Sanctæ, Diœc. Spoletinæ in Umbria, cujus prima Abbatiſſa fuit Beata Lucia Nurſienſis, ut obſervat in ejus vita ad diem 12. Januarii, Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1.

IV. Nurſiæ Abbatia titulo S. Nicolai, monialium, Ord. Eremitarum S. Auguſtini; extabat ann. 1310. fuit poſtmodum penitus diruta; de ejus Abbatiſſa mentionem facit Lud. Jacobilli de SS. Umbriæ tom. 2. pag. 296.

ABBA-

O

ABBATIA de Obenburg, Ord. S. Benedicti, Diœc. Aquilejenſis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. In Privilegio Alexandri III. Papæ, dato in favorem Valrici Aquilejenſis Patriarchæ anno 1177. vocatur Olvenburgenſis. Vide apud Ughell. tomo 5. pag. 59. in Codice Taxarum D. Paſſionæi, aliàs Oberburgum. In hoc monaſterio dicitur erecta Eccleſia Labacenſis.

Abbatia, ſeu Monaſterium titulo S. Spiritûs de Ocra anno 1222. Diœc. priùs Furconienſis, deinde Aquilanæ, ut refert Ughellus tomo 6. pag. 894. qui dicit non longè à Theatina civitate, à Berardo Albæ Comite fundatum, in loco, qui vocabatur Prætula, ad Abbatiam ordinandam, refertque donationis, & fundationis inſtrumentum. *Ocri* terra, ſive vicus quatuor millib. paſſuum ab Aquila civitate diſtans, versùs Orientem, in Aprutio citeriori.

Abbatia titulo S. Mariæ Odegetriæ. Vide infrà litt. P. Sanctæ Mariæ de Patirio.

Oderiſii Abbatia, ſive Monaſter. titulo Sancti Mauri, quod an. 1050. Nicolaus II. Papa confirmat Actoni Theatino Epiſcopo. Vide Ughellum tomo 6. pag. 847. ſic anno 1115. Paſchalis II. Papa Guillelmo ejuſdem Sedis Epiſcopo, ibidem pagin. 869. Alexander denique III. Papa an. 1173. Andreæ pariter Theatino Epiſcopo, ex cujus Bulla colligitur ſitum fuiſſe apud montem Oderiſium in Aprutio.

Abbatia de Ogiano, cujus Abbas Petrus ſubſcribit anno 1302. cuidam inſtrumento Acheruntinæ Eccleſiæ. Vide apud Ughellum tom. 7. pag. 67.

Abbatia titulo S. Mariæ de Olearea, cujus Eccleſiæ conſtruendæ facultatem dedit Leo Archiepiſc. Amalphitanus (in cujus Diœceſi eſt quique obiit ann. 1030.) Petro Eremitæ, Patruo B. Joannis cognomento Virginis, in acclivo promontorii Capitis Urſi, ubi molendinum ad oleum conficiendum erat, unde nomen traxit de Olearia, qui locus piorum Amalphitanorum eleemoſynis in Cœnobium, & Abbatiam evaſit, Ord. S. Benedicti; tandem monaſterio ſemidiruto, titulus Abbatialis ſuppreſſus eſt, & redditus Capitulo Amalphitano uniti, per Gregorium XIII. Papam. Vide Ughellum tomo 7. pag. 251. & 252. in Regni Neapolitani Provincia, Principatus citerior dictâ.

Abbatia S. Petri de Oliveto. Vide ſuprà litt. B. verbo Brixia num. XI.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Oliveto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Aretinæ, cui unitum fuit monaſt. S. Mariæ de Crudario, Mantuanæ Diœceſis per litteras Nicolai V. Papæ, Pontific. anno 9. Salutis 1455. cui

cui pariter unitum eſt monaſter. S. Severi Urbevetanum, Ord. Præmonſtratenſis per Bullam Martini V. Papæ Pontific. anno 5. Sal. 1421. ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. Ipſamet Abbatia S. Mariæ in Accona in Comitatu Senenſi, in Parochia S. Angeli de Luco plebatu plebis de Saltu fundata anno 1319. à Bernardo, & Patritio Senenſib. fundationem habes in Ughello tomo 9. pag. 893. nunc eſt Congreg. Montis Oliveti.

Abbatia titulo S. Mariæ de Oliveto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Peruſinæ, & ab Abbatia S. Crucis Saxi Vivi dependens, eratque illius Congreg. ut obſervat Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 308.

Abbatia titulo S. Mariæ Olivolæ. Vide ſuprà Beneventum S. Modeſti, num. I.

Abbatia tiulo S. Gregorii de Olmezano, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis, unita fuit Congregat. Montis Oliveti; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſt. forſan *Almazano*, in Marchia Anconitana, tribus paſſuum millibus Fabriano diſtans, versùs Aquilonem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Anaſtaſii de Olonna, quod Luitprandus Rex Longobardorum erexit, conditâ paulò ante in hujus Sancti honorem Eccleſiâ, ut narrat Petrus Diaconus lib. 6. cap. 48. & 58. incertum nihilominus manet, an idem ſit cum monaſterio celebri Sanctæ Chriſtinæ de Olonna, prope Regium Palatium Olonnæ in Lombardia, quod privilegiis donatum fuit per Carolum Magnum, Ludovicum Pium, & alios Imperatores.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo Omnium Sanctorum, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Barenſis in Apulia, quarto à civitate milliario, ab Euſtachio, ſive Euſtaſio Barenſi ſacerdote, qui fuit poſtmodum Barenſis Archiepiſcopus, fundata; cujus ipſe primus Abbas fuit, ab Andrea Archiepiſcopo Barenſi inſtitutus circa an. 1088. octavo poſt fundationem anno, factam anno 1080. in loco Cuti nuncupato, unde dicta eſt Omnium Sanctorum in Cuti, fuit ab Urſo Archiepiſcopo à ſua, & ſucceſſorum ſuorum juriſdictione exempta, nec non à Calliſto II. Papa, Pontific. anno 5. Salutis 1123. Datâ Bullâ; in ejus favorem extat Bulla Clementis III. Papæ, data an. 1190. quam citat Ughellus tom. 3. pag. 425. quem vide etiam tomo 7. pagin. 851. data denique eſt in Commendam.

Abbatia, ſeu Monaſterium in honorem S. Onuphrii confeſſoris, quod in devexo montis latere Eccleſiâ dirutâ, tunc in monticulo juxta poſito, à Girardo Abbate Caſinenſi conſtructum, reſtructâ novâ Eccleſiâ circa ann. 1110. ut narrat Chronicon Caſinen. lib. 4. cap. 53. & ibi fuerunt ſexdecim monachi inſtituti; erat in agro Fundano, ut conſtat ex cap. 84. in Latio, ſive *Campagna di Roma*.

Abbatia titulo S. Onuphrii, ſita in loco Valdo de Mazocca dicto, quam ejus Abbas, & Prior, atque fratres anno 1113. obtulerunt Abbatiæ S. Sophiæ, in civitate Beneventi poſitæ, tempore Landulphi Archiepiſcopi. Vide apud Ughellum to. 8. pag. 143. & anno 1114. hanc donationem ratam habuit Jordanus Comes. Ibid. pag. 723.

Ab-

Abbatia titulo S. Onuphrii, in Sicilia, Ord. S. Baſilii, de qua loquitur Rocchus Pirrus lib. 1. de Eccleſiis Siciliæ notitiâ 1. fol. 153.

Abbatia, ſive vetus Monaſterium titulo S. Onuphrii, Ordin. S. Baſilii, quod etiam nunc incolunt ejuſd. Ord. monachi, ut aſſerit Hieronymus Marafioti, *Croniche di Calabria* lib. 2. c. 20. pag. 133. ſitum eſt in Calabria ulteriori, in territorio Montis Leonis, in caſali *S. Onophrio* dicto. Mileto civitati, cujus Diœceſis eſſe videtur, ad Boream.

Abbatia dicta domus Templi Opitergii, Diœc. Cenetenſis, in Commendam dari ſolita; de qua Ughellus to. 5. pag. 203. Opitergium, vulgò *Oderzo*, ſive *Uderzo* civitas olim Epiſcopalis, cui Ceneta *Ceneda* ſucceſſit, in Venetorum Dominio, ad Matecam, ſeu Mutecum, vulgò *Motegan* torrentem, duodecim paſſuum mill. Tarviſio diſtat, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Urſi de villis Oppii, Diœc. Tudertinæ, de qua Cod. Taxarum Cam. Apoſt. Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. paginâ 280. vocat illam S. Viti in valle *d'Oppio*, & pag. 311. aſſerit eſſe Ord. S. Benedicti; ſita eſt, ut Tudertum, in Umbria.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti de Orbeto loco Paſcuſano, quod circa annum 1060. oblatum eſt Caſinenſi Cœnobio; ut aſſeritur in Chronico Caſinen. lib. 3. cap. 19.

In Oritana, ſive Uritana civitate, Abbatia, ſive Monaſterium Sanctimonialium, Ordin. S. Benedicti, ut aſſerit Ughellus tomo 9. pagin. 225. Oria, ſive Uria mediterranea civitas, olim Salentinorum, ſive Japygiæ, nunc in Regni Neapolitani Provincia, Terrâ Hydruntinâ *d'Otranto* dictâ.

Abbatia titulo S. Mariæ de Organo Vide infrà litterâ V. verbo Verona. num. IX.

Abbatia titulo S. Mariæ de Oriolo, aliàs de Riolo, Diœc. Laudenſis; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. unita Congregationi Lateranenſi; Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 26. vocat Abbatiam S. Mariæ de Riolo, monialium Ord. Ciſtercienſis prope Laudam, unitam monaſterio S. Bartholomæi Canoniæ Lateranenſis, per Sixtum IV. Papam an. Sal. 1482. Ita etiam lib. 3. cap. 32. pagin. 701. *Riolo* vicus, ſive terra ſuper Adda fluvium, duobus paſſuum millib. Laudâ diſtans, versùs Aquilonem; apud præcitatum Pennottum in Indice Cœnobiorum, quæ Conventu carent, ſic legitur numero 36. *S. Mariæ de Riolo, prope Laudam olim Abbatia*.

Abbatia, ſive Monaſterium Oronæ, ſive Oronis, aut Horoni, quod Orona ſoror Theodori Mediolanenſis Archiepiſcopi conſtruxit, & de ſuo nomine Oronam appellavit, in cujus Eccleſia ſepultus eſt prælaudatus Theodorus anno Sal. 749. ut aſſerit Ughellus to. 4. pag. 95. in illud monaſt. antiquum jus habebat Ambroſiana Abbatia, anno 1148. vide ibidem pag. 218. Titulo erat S. Agathæ, & unitum aſſeritur Abbatiæ S. Mariæ de Vedano; in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. dicitur, Diœc. Mediolanenſis *Caſtro d'Orona* octo paſſuum mill. Mediolano diſtat, versùs Occidentem.

Ortonæ Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Catharinæ, monialium Ord.

Ciſtercienſis; ut refert Ughellus to. 6. pagin. 967. *Ortona à Mare* civitas in Aprutio citeriori.

Ortonenſis Diœc. Abbatia titulo SS. Mariani, & Jacobi. Vide ſuprà litt. M. verbo S. Mariani, &c.

Abbatia Oſcianenſis, quam Alexander III. Papa anno 1177. Valrico Patriarchæ Aquilejenſi confirmat. Privilegium vide apud Ughellum tom. 5. pag. 59. hinc clarum eſt fuiſſe in Diœceſi Aquilejenſi.

Abbatia Oſneburgenſis, Ordinis S. Benedicti, quæ, Abbatiali dignitate ſuppreſsâ, unita eſt menſæ Epiſcopali Labacenſis civitatis per Paulum II. Summ. Pont. anno Sal. 1468. ut refert Ughellus tomo 5. pag. 1156.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Juvenalis, à Beliſario prope Oſtia Tyberina conditum, & ab eo ſpoliis Wandalorum locupletatum. Vide vitam Vigilii Papæ tomo 5. Concil. paginâ 306. prope Tyberis fluv. oſtia, in Latio, ſive *Campagna di Roma*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Victoris de Otriculo, aliàs Utriculo, quod, ut teſtatur Gregorius IX. Papa in Bulla data, anno Pontific. 6. Salutis 1232. *Juris, & proprietatis B. Petri eſſe dignoſcitur* Namien. committitur Epiſcopo, ejuſque fit Diœc. ut obſervat Ughellus to. 1. pag. 1090.

Otricoli caſtrum in Umbria prope Sabinæ confines, ſeptem paſſuum millibus Narniâ diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Agathæ de Ovollo, Diœc. Laudenſis, in Inſubria, unita Congreg. Lateranenſi; de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. forſan eadem cum Abbatia S. Agathæ de Lomello, repugnat tamen ſitûs diſtantia, & Diœc. diverſitas.

Oximum, vulgò *Oſmo*, ſive *Oſimo*, quæ frequentiùs Auximum, de qua vide ſuprà litt. A. civitas Epiſcopalis Piceni, ſuper Muſonem *Muſone* fluv. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Sylveſtri, Congregationis Sylveſtrinorum, Ordinis S. Benedicti, recenſetur in Syllabo MS. Abbatiarum ejuſdem Congreg. fuerat anno circiter 1613. à civibus Oximanis conſtructa Eccleſia, & monaſterium in hujus Sancti concivis ſui honorem, primùm à Priore regendum, quod Paulus V. Pont. Maxim. Bullâ datâ an. 1617. erigit cum titulo Abbatis, eique Parochialem S. Andreæ Eccleſiam, aliò tranſmiſsâ curâ animarum, attribuit. Vide Bullar. tomo 3. pag. 262.

II. Abbatia tit. Sancti Florentii Oximana, Ord. S. Benedicti; ut aſſeritur in veteri Cod. Taxæ Cameral.

PADER-

P

PADERNUM, vulgò *Paderno*, Abbatia monialium, Ord. S. Petri Damiani, ſub Regula S. Benedicti; de cujus Abbatiſſa, & monialibus, ad annum 1256. mentionem facit Sigiſmundus Marcheſi, in Hiſtor. Foroliviensi pagin. 189. & 190. vicus eſt, ſive terra, in Romandiola, octo circiter paſſuum millibus à Forolivii, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Andreæ de Pabula, Diœc. Neocaſtrenſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, in Calabria ulteriori.

Abbatia titulo S. Mariæ de Padia, ſive de Scanzana, quæ Grangia fuerat Cœnobii S. Heliæ de Carbona, Ord. S. Baſilii, in Commendam dari ſolita, ut obſervat Ughellus tom. 7. pag. 193. In donatione Boamundi, filii Boamundi Antiochenorum Principis, & in confirmatione Alexandri de Claromonte, vocatur S. Maria Scanzanæ, & Iſcanzanæ. Vide ibidem pag. 115. & 116. Diœceſis eſt Tricaricenſis; de hoc Scanzanæ monaſterio mentio fit in Hiſtoria monaſter. Carbonenſis paginâ 137.

Abbatia de Pace, *di Pace*, ſita in parte Auſtrali Ducatûs Urbini, quinque millibus paſſuum à civitate S. Angeli in Vado, Occidentem hyemalem versùs, ut exprimit Anton. Maginus in mappis.

Abbatia tit. S. Mariæ de Pactiana, Ord. ſive Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœc. Piſtorienſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, in Etruriæ Dominio Florentino.

Abbatia, ſive Monaſterium celeberrimum tit. S. Benedicti de Padoliſone, vulgò *Polirone*, ſeu *del Po*, in agro Mantuano, inter flumina Padum, & Lironem, aut Larionem, unde denominationem eſt adeptum; ab avo Comitiſſæ Mathildis fundatum, & ab ipſa locupletatum, in quo ſepulta eſt anno 1115. fundator Theobaldus, ſeu Tedaldus de Canoſſa, Mantuæ Dominus, ante ann. quo obiit 1007. quatuordecim mill. paſſuum Mantuâ diſtans; versùs Mirandulam, & ultra Padum, duob. fermè milliariis à dextra illius ripa, Ordinis S. Benedicti, & Diœceſis Mantuanæ. Ibi vixit, & corpus aſſervatur S. Simeonis monachi, de quo ad 26. Julii in Martyrol. Romano, ubi vocatur ſimpliciter monaſterium S. Benedicti. Hæc Abbatia unita fuit Congregat. Sanctæ Juſtinæ de Padua per Martinum V. Papam, anno Sal. 1419. Vide *Fiorentini memorie di Matilda Conteſſa* lib. 1. pag. 12. obſerva hoc monaſter. ſæpiùs vocari S. Benedicti Mantuanum; vide verbo Mantua num. III.

Abbatia titulo S. Benedicti de Pado vetulo, cujus Abbati, an. circit. 1108. Ordelaſus Falerius Dux Venetiarum Eccleſiam dedit S. Cypriani, in littore

Metamaucenſi, pro conſtruendo Cœnobio; ut refert Ughellus tom. 5. pagin. 1313. timendum ne irrepſerit *Padovetulo*, pro *Padolirone*.

Padua, ſive Patavium, vulgò *Padova*, civitas, & Academia celeberrima, in Dominio Reipublicæ Venetæ, ſuper fluvios *Brenta*, & *Brachilione*. Ibi.

I. Abbatia celebris tit. S. Juſtinæ, Ord. S. Benedicti. Ibi an. circit. 420. Eccleſiam in honorem S. Juſtinæ ædificavit Conſul Opilius Roſius, deinde Paduanus Epiſcopus, qui ſedit anno 861. Religioſos viros ibidem inſtituit, ſuoſque anno 870. conſtituit hæredes. Anno 1409. Ludovicus Barbo ejus Abbas reformationem incœpit Ordin. S. Benedicti, in hac Abbatia, & initium dedit Congregationi celeberrimæ, ſub titulo S. Juſtinæ de Padua, cui unitæ ſunt ſenſim ſexaginta duæ Abbatiæ, quarum quadrageſima fuit Abbatia Montis Caſini an. 1504. per Julium II. Papam, qui ſuo privilegio ſtatuit, ut impoſterum vocaretur Congregatio Caſinenſis, ſive Sanctæ Juſtinæ. Gregorius VII. Papa dedit Abbati jus, unà cum Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Epiſcopum Paduanum eligendi; hujus Abbatiæ copioſam hiſtoriam ſcripſit Jacobus Cavatia. Primus Abbas fuit quidam nomine Chriſtianus. Monaſterium ab Hunnis dirutum reſtruxit Gauslinus Epiſcopus anno 970. erat olim ſub tit. S. Juſtinæ, & S. Proſdocimi confeſſoris, non multum longè à civitate Patavii ſita. Hæc verò Cavatii verba. *Beatam Felicitatem ſcribit Ungarellus præfuiſſe monialibus S. Juſtinæ, ut Abbatiſſam*. Probant priùs ibi fuiſſe moniales, & alterum monialium Cœnobium à monaſterio virorum. Vide Ughellum to. 5. pag. 393. & pag. 414. & alibi paſſim. Dari ſolita eſt in Commendam.

II. Abbatia tit. S. Benedicti Novelli, Ord. S. Benedicti civitatis Patavinæ, unita Congregationi Montis Oliveti; ſic de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. an. 1228. in hac Eccleſia S. Benedicti ſepultus eſt Jordanus Epiſcopus Patavinus, ut obſervat Ughel. tomo 5. pag. 424. erat olim Prioratus Ord. S. Benedicti, cujus initia ad annum 1262. referuntur, datus eſt monachis Olivetanis an. 1442. qui Prioratûs titulum in Abbatialem mutavere. Primus Abbas fuit *D. Ogni bene* Savanarola. Vide Angelum Portenari, *della felicità di Padoa*, lib. 9. cap. 24. de ea tractat Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 81.

III. In civitate Patavii, Abbatiale Cœnobium ſub titulo S. Joannis in Viridario, cum inſigni Bibliotheca Canonicorum Regularium S. Auguſt. Congregationis Lateranenſis; ut refert Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib. 2. cap. 25.

IV. Paduæ Abbatia tit. S. Mariæ Magdalenæ, ad *Ponte Pedocchioſo*, Ordinis olim Equitum Germanorum, ſive Teuthonicorum; cujus initia ante annum 1253. quæ data eſt in Commendam, ac denique, cum conſenſu Pauli III. Summ. Pontif. ab Andrea Lipomano Abbate Commendatario, data fuit Patribus Societatis Jeſu. Vide Angelum Portenari, *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 33.

V. Abbatia Paduæ, tit. S. Mariæ in Vanzo, cujus hiſtoriam ſcripſit Ja-

Jacobus Philippus Thomaſinus Æmonenſis, ſeu Civitatis Novæ Epiſcopus, vulgari idiomate, ut refert Ughellus tomo 5. pag. 232. erat in ſuburbano Prioratus antiquus, ante ann. 1225. datus denique Canonicis Regularibus S. Auguſtini, è quibus erat prælaudatus Thomaſinus, ut dicit Angelus Portenari, *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 23. fuit primitus Benedictinorum Cœnobium, quod hodie Avantio adjacet, unde dicta eſt S. Mariæ in Vantio; data eſt Canonicis Regularibus ſub Pio II. Papa, anno 1458. Vide Hiſtor. Epiſcopat. Daventrienſis paginâ 142.

VI. Patavii Abbatia ſub titulo S. Antonii Viennenſis, ad differentiam S. Antonii minoritæ, cognomento Paduani. Canonicorum Regular. Ord. S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ; fuit ipſis data ſub Pio II. Papa anno 1463. ut recenſetur in Syllabo MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

VII. Abbatia titulo S. Joannis Decollati, prope Paduam, unita Congregationi S. Georgii in Alga, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, de ea pariter ſcripſit, & nunc deſtructam aſſerit Jacobus Philippus Thomaſinus Æmonenſis Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 5. pag. 232. primitus fuerat Ord. S. Benedicti, & ſub titulo S. Joannis Evangeliſtæ; unio facta eſt anno 1406. per Gregorium XII. vide Hiſtor. Epiſcopat. Daventrienſis paginâ 139.

VIII. Paduæ Abbatia titulo Omnium Sanctorum, quam anno 1589. Domicilla Corradina Abbatiſſa Pulverariæ, Ord. S. Benedicti, cum ſuis monialibus conſtruxit, & incoluit; ut aſſerit Angelus Portenari, *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 40.

IX. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri; à Milone, Patavino Epiſcopo, pro monialibus extructum anno circiter 1100. ut aſſerit Ughellus tomo 5. pag. 416.

X. Paduæ Abbatia tit. S. Petri, monialium, quarum primitus monaſt. erat prope Eccleſiam S. Nicolai, unde ad Eccleſiam S. Petri fuere translatæ, Eccleſiam ann. 1584. reſtauravit Bartholomea de Rido Abbatiſſa; ut refert Angelus Portenari, *nella felicità di Padova* lib. 9. cap. 35.

XI. Paduæ Abbatia titulo S. Benedicti veteris, monialium Ordinis S. Benedicti; fundator B. Jordanus *Forzate*; qui vivebat an. 1236. quique duplex fecit monaſterium unum virorum, alterum Sanctimonialium, quorum fuit Prior, & Abbas, viri poſtmodum ad alium locum tranſiere, cui nomen dederunt S. Benedicti Novelli anno 1262. ut narrat Angelus Portenari *della felicità di Padova* libro 9. capit. 24.

XII Patavii Abbatia tit. S. Matthiæ, monialium, ad quam Eccleſiam an. 1380. translatæ fuerunt Abbatiſſa, & moniales Abbatiæ S. Leonardi de Boccone, ut obſervat Ughellus tom. 5. pag. 423.

XIII. Paduæ Abbatia tit. S. Stephani, monialium Ord. S. Benedicti, extabat ante ann. 1007. cui an. 1116. unitum fuit monaſterium monialium S. Mariæ de Fiſtomba, ſitum extra, & prope muros, ad portam omnium Sanctorum. Illam ann. 1553. reſtauravit Leonarda Alberta Abbatiſſa;

Vi-

Vide Angelum Portenari *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 35.

XIV. Paduæ Abbatia tit. S. Proſdocimi, monialium Ord. S. Benedicti, vetuſta, quæ anno 1256. penè diruta fuit, poſtmodum per Juſtinam Lazara Abbatiſſ. anno 1455. reſtaurata. Ibi ſanctitate floruit B. Euſtochia Paduana, ut refert Angelus Portenari *della felicità di Padua* lib. 9. cap. 37.

XV. Paduæ Abbatia tit. S. Agathæ, monialium Ordin. S. Benedicti, prope Eccleſiam S. Michaëlis, in loco, qui nunc etiam dicitur Cittadella vetus, ubi etiam hodie viſuntur monialium cameræ, ſeu cellæ, ſed monaſter. anno 1390. pro majori parte flammis combuſto, Lucia *dalla Mantella* Abbatiſſa à monialibus S. Cæciliæ obtinuit, ut congregatio ſua cum iſtis uniretur, & unicam efficerent Abbatiam, quæ S. Agathæ dicta fuit, & aliquando S. Agathæ, & S. Cæciliæ; ſic refert Angelus Portenari *della felicità di Padua* lib. 9. cap. 36.

XVI. Paduæ Abbatia titulo Sanctæ Cæciliæ, monialium, Ord. S. Benedicti, à Beato Creſcentio *Campo San Pietro* anno 1090. fundata, in capite plateæ Caſtelli, cui, de Abbatiſſæ conſenſu, ann. 1398. unita eſt Abbatia S. Agathæ, monialium ejuſdem Ord. dictaque impoſterum fuit modò Abbatia S. Cæciliæ, & in publicis inſtrumentis S. Cæciliæ, & S. Agathæ. Vide Angelum Portenari *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 36.

XVII. Paduæ Abbatia S. Claræ, monialium, dicta *l'Arcella nova*, quæ graſſante peſte ad paucilliſimum monialium numerum redacta eſt, donec à monaſterio S. Helenæ, quibuſdam eductis anno 1562. Modeſta Sanguinazza fuit inſtituta Abbatiſſa, & poſtmodum reſtauratrix; ſic refert Angelus Portenari *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 38.

XVIII. Paduæ Abbatia titulo S. Mariæ matris Domini, monialium ſub Regula S. Auguſtini, dicebantur olim S. Mariæ de Convertitis, vivebantque ſub alba veſte; ſed ſub Abbatiſſa Juſtina de Borgorico, licentiam dante Gregorio XI. Papâ anno 1387. veſtem nigram ſumpſere, atque ibid. impoſterum honeſtæ virgines ſunt receptæ; ut teſtatur Angelus Portenari, *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 38.

XIX. Paduæ Abbatia Bethleem dicta, monialium ſub Regula S. Auguſtini, ubi priùs Oratorium, & domus pauperum cœcorum, ann. 1441. à Pallante de Strozzis Equite Florentino conſtructa, & ibidem Michelina de Papia prima Abbatiſſa inſtituta; ut obſervat Angelus Portenari, *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 38.

XX. Paduæ Abbatia tit. S. Bernardini, monialium Obſervantium Ordin. S. Claræ, anno 1446. fundata per Dominam Dorothæam de Comitibus de Panico, & ibidem Anna de Valentinis prima Abbàtiſſa inſtituta, & poſt ipſam prçlaudata fundatrix Dorothæa. Vide Angelum Portenari, *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 38.

XXI. Paduæ Abbatia tit. S. Bartholomæi, monialium Ord. S. Benedicti, Eccleſia olim erat Parochialis, ad quam anno 1509. Theophila Bebbia nobilis Paduana Abbatiſſa, monaſterii Sacrarum Virginum in monte, cum tota ſua Congregatione recepta fuit, Summo Pontifice licentiam dante, &

anno

anno ſequenti monaſterium eſt inchoatum, quod anno 1593. poſt ruinam, piorum eleemoſynis fuit ſtatim reparatum; ut teſtatur Angelus Portenari *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 39.

XXII. Paduæ Abbatia tit. Sancti Matthæi, monial. Ord. S. Benedicti, locus olim Abbatiæ titulo decoratus, & ab Abbatia S. Juſtinæ dependens; cujus anno 1275. infirmariam reſtruxit Paduana civitas, & ad quem moniales Benedictinæ anno 1518. acceſſerunt, ſuo monaſterio, quod ſub tit. S. Franciſci Parvi extra portam Saraſcineſcam erat, anno 1509. effundato, & hoc anno 1518. Abbate Commendatario cedente, ipſi unitæ ſunt moniales monaſterii S. Laurentii ejuſdem Ordinis, licentiam dante Leone X. Papâ, Pontific. anno 7. Sal. 1519. ut aſſerit Angelus Portenari *della felicità di Padova* lib. 9, cap. 39.

XXIII. Paduæ Abbatia tit. Sancti Georgii, monialium Ord. S. Benedicti, quæ prius erant extra civitatem, non longè à ponte Corbo, in monaſterio ſub titulo S. Jacobi ante ann. 1275. ſed anno 1509. effundato, in Eccleſiam civitatis Parochialem titulo Sancti Georgii receptæ ſunt, de licentia Leonis X. Papæ anno 1513. ut refert Angelus Portenari *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 39.

XXIV. Paduæ Abbatia titulo S. Mariæ Arcellæ veteris, Ordinis Sanctimonialium S. Claræ, an. 1225. cui auſpicalem lapidem poſuit S. Franciſcus Aſſiſienſis; eſtque quartum hujus Ord. monaſterium, fuit an. 1275. à civitate Paduana perfectum, ad medium milliare extra portam de Coda longa, fuitque anno 1509. ſolo æquatum, tandem ad Eccleſiam S. Mariæ Armenorum, in burgo Sanctorum omnium poſitum, anno 1520. fuerunt tranſlatæ moniales; ut teſtatur Angelus Portenari *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 39. nunc ſub titulo eſt Sanctæ Helenæ.

XXV. Paduæ Abbatia tit. Sancti Marci, monialium, quæ priùs erant in loco S. Urſulæ dicto, extra civitatem, ad portam *del Portello*, ſed loco effundato ann. 1509. Aloyſius Piſanus Epiſcopus, & Cardinalis illas intra civitatem inſtituit, eiſque Eccleſiam ſub tit. S. Marci conſtruxit. Prima Abbatiſſa fuit Catharina Guillelmina; ut ſcribit Angelus Portenari *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 39.

XXVI. Paduę Abbatia tit. Sancti Antonii Peregrini, civis Paduani, monialium Ordin. S. Benedicti, quę olim erant in monaſterio S. Marię de Porciglia, à Petro Bonici cive Paduano anno 1219. condito, quod, ut ann. 1509. ſolo ęquatum eſt, moniales ad ſui Ordin. monaſter. civitatis titulo S. Benedicti confugerunt, uſque ad annum 1575. quo ſuo monaſterio à Domino Paulo Docto earum Protectore, tempore Lucretię *Capo di Vacca* Abbatiſſę, in regione *dell' Argere* reſtructo, in illud reverſę ſunt, cum corporibus Sanctorum pręlaudati Antonii Peregrini, & B. Compagni Paduani; ut narrat Angelus Portenari *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 40.

XXVII. Abbatia titulo S. Laurentii, Diœc. Patavinę, data, & unita Carthuſianorum Congregationi, ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. Carthuſia, vulgò *Certoſa* tribus milliariis, & medio Paduâ diſtat, versùs

Aqui-

Aquilonem, ubi veroſimile eſt fuiſſe hanc Abbatiam S. Laurentii, quæ in Codice citato dicitur Ordinis Carthuſiani.

XXVIII. Abbatia tit. S. Mariæ, & S. Helenæ, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Patavinæ, unita Congregationi Montis Oliveti, ut aſſeritur in Cod. Taxarum Cam. Apoſt. unio facta eſt Abbatiæ S. Benedicti Novelli Paduæ, per Sixtum IV. Summ. Pontificem ann. 1479. ad petitionem Urſini Prioris ejuſdem loci; ut aſſerit Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 82. qui tamen Prioratum illam appellat.

XXIX. Prope Patavium Abbatia titulo S. Urſulæ, monialium Ord. S. Benedicti, ſecundo à civitate lapide, cujus Abbatiſſa à Bonifacio IX. Papa, qui ſedebat anno 1390. facultatem obtinuit ad Eccleſiam, quæ intra muros eſt, cum ſuis monialibus tranſmigrandi, & locum S. Urſulæ fratribus Minoribus S. Franciſci de Obſervantia concedendi; ut refert Franciſcus Gonzaga, in Hiſtoria Seraphica parte 2. pag. 308.

Abbatia titulo S. Nicolai in terra Padulæ, vulgò S. Nicolai de Turrone, in Diœceſi Caputaquenſi; ut refert Ughellus tomo 7. pag. 663. quæ anno 1538. à Paulo II. Papa data eſt, & unita fuit Carthuſiæ S. Laurentii ejuſdem loci de Padula; ut obſervat Carolus Morotius in Theatro Ordinis Carthuſienſis pag. 252. in Codice Taxarum D. Paſſionei intitulatur S. Laurentii, aliàs Sancti Nicolai de Padula, Ordin. Carthuſiani. Sita eſt in Principatu citeriori, Regni Neapolitani Provincia, quinque millib. paſſuum à Marſico novo, versùs Meridiem, & S. Laurentius Padulâ diſtat milliario, & medio, versùs Occaſum hyemalem.

Abbatia de Padulis, Ord. Ciſtercienſis in Sardinia, Diœc. Turritanæ fundata anno 1205. octavo Kalendas Octobris; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſt. & Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordin. non alia ſanè ab Abbatia de Paulis, Ordinis Ciſtercien. quam in Calaritana Diœc. collocat Salvator Marenſis Vitalis in ſuo Apparatu ad Chronologiam Sardiniæ pag. 22. diſtantia Diœceſeon errorem ſuadet, aut in Codice, aut in Vitali.

Abbatia tit. S. Benedicti de Pagis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Vicentinæ; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Palangato, Diœceſis Miletenſis *Mileto*, in Calabria ulteriori; de ea vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Palatiis, Diœceſis Pactenſis in Sicilia; ut teſtatur Rocchus Pirrus in notitia Pactenſis Eccleſiæ.

Abbatia Palatiolum dicta, prope montem Viridem *monte Verdi*, in Statu Florentino, Diœc. Populoniæ, quam S. Valfredus è magnatibus Piſanis, unà cum Forti amico, & conſanguineo Gundualdo fundavit, circa annum 755. plurimis opibus, & Sanctorum reliquiis ditavit, fuitque primus loci Abbas; ut refert Bollandus ad diem 15. Februarii *Palatioli* nullum nunc veſtigium reſtat, dicata fuerat Eccleſia in honorem S. Petri Apoſt.

Abbatia titulo S. Mariæ de Palatiolis, Ordinis Ciſtercienſis, erat prius Eccleſia, & domus dependens ab

Ab-

Abbate SS. Andreæ, & Sabæ urbis Romæ, in qua domo fratres tanquam Eremitæ fructus pœnitentiæ faciebant, quibus Honorius III. Papa, qui ſedebat anno 1220. Regulam B. Auguſtini obſervandam indulſit, Data eſt à prçlaudato Abbate monaſterio SS. Vincentii, & Anaſtaſii, quod vulgò trium fontium, prope Romam urbem, Ord. Ciſtercien. eà lege, ut impoſterum hujus Ord. Ciſtercien. Conſtitutiones ibidem obſervarentur. Donationem confirmavit Gregorius IX. Papa, & in Abbatiam erigi conceſſit Innoc. IV. Papa, Pontific. ann. 1. Salutis 1243. cujus Bullam habes apud Ughellum tomo 1. pagin. 300. debebat eſſe filia prçlaudatæ Abbatiæ trium fontium.

Palatioli, vulgò *Palazuolo* in Latio, ſeu Campania Romana, & Diœceſi Albanenſi, in Codice Taxar. D. Paſſionçi vocatur de Paraſola. Bonif. IX. Papa in eam Carthuſianos introduxit, qui anno 1458. ad S. Crucem in Hieruſalem Urbis Eccleſiam ſeſe recipientes, Palatiolos Minoritis obſervantibus reliquerunt, retento jure hoſpitalitatis, & pernoctandi itinerantibus ſuis; diſtat quatuor millib. paſſ. Albano, versùs Aquilonem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Palatiolo, inſula duodecim paſſ. mill. Ravennâ diſtans, in inſula quadam poſita, in medio vaſtiſſimæ ſylvæ, cui nomen *Pigneta*, in quod an. 898. familiam monachorum Regularium (verba ſunt inſtrumenti) introduxit Joannes IX. Ravennatum Epiſcopus, qui illud plurimis bonis ditavit, nunc extincta jacet, ſed ejus bona fuerunt Abbatiæ S. Vitalis Ravennæ unita; Ord. erat S. Benedicti, ejus Abbas Andreas anno 983. protectionem obtinuit ab Othone II. Imp. Tempore S. Hieronymi florebat Urſicus Abbas iſtius Pineti, vide Hieronymum Fabri pag. 264. & Bullarium Caſinenſe tomo 2. pag. 37. vide infrà verbo Pinetum.

Abbatia S. Angeli de Palemphano, vide ſuprà verbo Cajeta, num. III.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ in Pallaria, ſub ditione Caſinenſis Abbatiæ, de quo anno 1125. Chronicon Caſinen. lib. 4. cap. 81. videtur fuiſſe in Diœc. Hoſtienſi, ſi non eadem ſit cum Romana S. Mariæ in Pallara.

Pallianum caſtellum, Diœc. Præneſtinæ, ubi Jacobus Pecoraria Cardinalis, & Epiſcopus Præneſtinus fundavit Abbatiam, ſub tit. S. Petri, pro Abbatiſſa, & monialibus Ordinis S. Benedicti, circa annum 1231. cujus fundationem, & dona confirmavit Innocentius IV. Papa, Pontificatûs anno 1. Sal. 1243. quam habes apud Ughellum tom. 1. pag. 238. in Codice Taxar. Cam. Apoſt. vocatur S. Petri de Papiliono; fuit poſtea virorum Ordinis Ciſtercienſis circa annum 1340. Pallianum, vulgò *Paliano*, in Latio, à civitate Præneſtina ſex circiter paſſ. millib. diſtans, Orientem versùs hyemalem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini de Pallita, ſeu Palleto, aliàs de Palectu, Diœc. Theatinæ, quod Alexander III. Papa, ann. 1173. confirmat Andreæ Epiſcopo Theatino, & Bartholomæo ſucceſſori Innocentius II. anno 1208. Vide apud Ughell. ubi ſitum inſinuatur in Lanciano tomo 6. pag. 876. & 886. forſan *S. Mar-*

tino prope *Filetto*, in Aprutio citeriori.

Palmariæ inſulæ, Abbatiæ, ſeu potiùs Monaſteria, quorum mentionem facit S. Gregorius Papa libro 1. epiſt. 48. duplex hujus nominis inſula, una inter Lipareas inſulas, altera, quæ prope Pontiam inſulam, prope Terram Laboris, quæ vulgò *Palmarola*, ſunt & aliæ duæ, una inter Populonium, & Ilvam *Elba* inſulam, & altera in mari Liguſtico, nunc Veneria dicta, ab incolatu S. Venerei, de qua in ſuo loco; in his fuere monaſteria.

Abbatia titulo S. Remigii in Palludeſano, *nel Pallodeſe*, juriſdictionis Januenſis, cujus anno 1561. Abbas erat Joannes Scribani Patricius Alexandrinus, ut aſſerit Hieronym. Ghilini in Annal. Alexandriæ, ad hunc annum num. 2.

Abbatia, ſive Monaſterium de Paludino, Ord. S. Benedicti, Mantuanum, unitum monaſt. S. Salvatoris, Diœc. Lucanæ; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Cypriani de Palude, quod Urbanus III. anno 1186. Leonardo Epiſc. Torcellano confirmat, & Privilegium renovat Eugenius IV. Papa an. 1436. diverſum eſt à monaſterio S. Cypriani de Murano, ſive de Ammorianis, utrumque enim in eodem Privilegio exprimitur; apud Ughellum tomo 5. pag. 1437.

Abbatia, ſive Monaſterium Palumbarum; quod Rugerio Tricaricenſi Epiſcopo confirmat Greg. IX. Papa, Privilegio dato anno 1237. vide Ughellum to. 7. pag. 198. ſitum, ut Tricaricum, in Capitanata.

Abbatia tit. S. Mariæ de Pamana, aliàs de Pathana, ſive Paciana, Ord. ſeu Congregat. Vallis Umbroſæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. & Ughellus; unita eſt Capitulo Metropolitanæ Eccleſię Florentinæ per Leonem X. Papam, Pontific. ann. 3. Sal. 1516. ita Codex Taxarum D. Paſſionęi,

Abbatia titulo S. Mariæ de Palthario, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Caputaquenſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, in Principatu citeriori.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Pancratii, de quo, & ejus tota pertinentia mentio fit in Chronico Caſinenſi lib. 1. cap. 45. Ord. erat S. Benedicti, & extabat ante ann. 884.

Abbatia titulo S. Pancratii, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Tudertinæ, cui unita ſunt aliqua monaſteria, & rurales Eccleſiæ, ut dicitur in Codice Taxarum Cam. Apoſtol. de hac Abbatia loquitur Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. paginâ 280. ſita eſt in Umbria.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Pancratii, quod Alexander III. Papa Bullâ datâ anno 1173. confirmat Andreæ Epiſcopo Theatino, & Innocentius III. Papa ejuſd. Sedis Præſuli Bartholomæo, an. 1208. vide Ughell. tom. 6. pag. 877. & 886.

Abbatia titulo S. Pancratii, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Rheginenſis, in Calabria ulteriori; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; videtur eſſe Abbatia Calabriæ titulo S. Pancratii de Salla, de qua Alexander III. Papa Bullâ datâ an. 1175. in qua Abbatem inſtituendi poteſtatem dat Onuphrio Abbati Sancti Salvatoris Meſſanenſis; vide

vide Bullarium tomo 1. paginâ 64.

Abbatia titulo S. Pancratii, Diœc. Nucerinæ Ordin. S. Benedicti, de ea Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Petri de Pando, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Cremonenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Panhormum, aut Panormum, vulgò *Palermo*, civitas Regia, & Archiepiſcopalis Siciliæ inſulæ, & in ora Occidua, maritima, regionis, ſive vallis *di Mazara*. Oretho fluvio prælerlabente irrigata. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Theodori, à S. Gregorio Magno Papa conditum, qui lib. 1. ep. 9. de ejus Abbate cognomine Gregorio loquitur; ſitum erat non longè à porta Obſcura, nunc vulgò *della vanella delli Mori*; fuit à Mauris effundatum, & à Ducibus Northmannis reſtitutum, religioſiſque Græcis conceſſum. Denique anno 1626. monialibus Ordinis S. Benedicti redditum, quæ novum templum ſub titulo S. Mariæ Virg. & S. Andreæ Apoſt. extruxerunt. Vide Rocchum Pirrum lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 162. de eadem idem Sanctus Gregorius lib. 1. epiſt. 42.

II. Abbatia titulo S. Joannis de Heremitis, è qua in Archiepiſcopum, & Abbatem Montis Regalis aſſumptus fuit Donnus Auvedutus an. 1269. Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 156. contendit hoc monaſt. fuiſſe unum ex iis ſex, quæ S. Gregorius Papa conſtruxit in Sicilia, & propter contiguam S. Hermetis Eccleſiam dictum fuiſſe à populo S. Joannis de Heremitis, pro Hermetis, Ordinis itaque S. Benedicti, in eminentiori civitatis loco, in planicie S. Mercurii, hoc eſt græcè S. Hermetis. Illud anno 1132. Rogerius Rex Siciliæ reædificavit, & ann. 1148. nobiliſſimis bonis auxit; hæc Abbatia tunc vocabatur Sanctæ Mariæ de Baſſinima, ſeu Kemonia. Et quia primus Abbas Guillelmus fuerat Eremita Montis Virginis, novi monachi dicti ſunt Eremitæ; hanc ſecundam etymologiam dat Rocchus Pirrus S. Joannis de Eremitis; obſerva eſſe S. Joannis Evangeliſtæ. Anno 1430. Commendatarios cœpit habere Abbates; unita tandem eſt anno 1524. ſex Canonicatibus Eccleſiæ Panhormitanæ. Ampliſſimam ejus notitiam vide apud citatum Rocchum Pirrum, à pagina 213. & deinceps.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Adriani, in Sicilia, de quo S. Gregorius Papa libro 1. epiſt. 18. Ejus rudera in maritima area S. Eraſmi, extra civitatis Panormitanæ muros, non longè à porta Thermarum ſpectantur, fuerat ab eodem S. Gregorio conditum, nunc poſſident moniales S. Joannis, de Religione Ordinis S. Benedicti; ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 162.

IV. Monaſter. Pretorianum in Sicilia, de quo S. Gregorius Papa lib. 12. Regiſt. epiſt. 30. ab ipſomet Sancto Panormi in propriis ædibus, materno jure aquiſitis, conſtructum, & quia Romæ Prætor fuerat, Prætorianæ dictæ ſunt, poſt ejus mortem, ejus nomini fuit dedicatum; de hujus loci Abbate loquitur loco citato; ſitum erat in veteri civitatis regione olim, & nunc *Seralcadis* dicta, non longè à porta Carinis, circa annum 604. Data eſt

anno 1604. fratribus Eremitis Strictioris Obſervantiæ Ord. S.Auguſtini; ut narrat Rocchus Pirrus lib.4.de Abbatiis Siciliæ pag. 162.

V. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Hermetis, apud Panormum à S. Gregorio conſtructum, ut aſſerit Rocchus Pirrus in notitia Eccleſiarum Siciliæ tomo 1. pag. 62. idem eſt cum Abbatia S. Joannis Baptiſtæ, de qua ſuprà num. II. quæ ab hacce Eccleſia contigua S. Hermetis à populo corruptè vocata eſt de Heremitis, & ipſamet Sancti Hermæ Abbatia, de qua ſuprà litt. H.

VI. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Cancellario, Ord. S. Benedicti, conditum à Matthæo Regni Siciliæ Cancellario, anno circiter 1182. à quo nomen eſt loco inditum; ut obſervat Ughellus tomo 7. pag. 578.

VII. Abbatia Panormi, domus Sepulchri dicta, ſive Cœnobium tit. olim omnium Sanctorum, nunc tit. SS. Trinitatis, ſacra manſio dicitur, quam anno circiter 1182. condidit Matthęus Regni Siciliæ Cancellarius. Vide Ughellum tomo 7. pag. 578.

VIII. Abbatia titulo S. Mariæ de Crypta, ſeu Gructa, aliàs vulgò *della Grotta*, Ord. S. Baſilii, juxta forum Venale *Ballaro* nuncupatum erecta, ann. 1197. fuit copulata cum Abbatia ejuſdem nominis ſita apud Lilybęum, ſive Marſalam; anno denique 1552. à Carolo V. Imperatore Collegio Panormitano Societatis Jeſu attributa, ut teſtatur Rocchus Pirrus lib. 4. Abbatiarum Siciliæ notit. 2. In Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ; dicitur aliàs SS. Jacobi, & Philippi *della Grotta*; fundata fuit à Roberto Guiſcardo; in expugnatione Panormi ante an. 1613. amoti Baſiliani, ut refert Sylv. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 67.

IX. Abbatia; ſive Monaſterium tit. S. Philippi Argyrenſis, vetuſtiſſimum Panormi, anno 1072. à Duce Roberto Guiſcardo Ord. S. Baſilii reædificatum, prædiis, & monachorum cœtu nobilitatum, atque ab ejus conjuge Sichelgaita aliis bonis auctum. Ubi nunc eſt Profeſſæ domûs Societatis Jeſu S. Philippi templum; ut teſtatur Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 51.

X. Panormi Abbatia, ſive Monaſterium, à Bono monacho conſtructum, de quo loquitur S. Gregorius Papa lib. 5. epiſt. 49. anno circit. 599. ſed ſub cujus Sancti titulo? & in quo Panormi loco? ſitum fuerat, temporis edacitas, & longa Saracenorum tyrannis penitus deleverunt; ut aſſerit Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 157.

XI. Panormi Abbatia recens tit. primùm SS. Benedicti, & Aloyſii, nunc titulo S. Caroli Borromæi, Ordinis S. Benedicti, fundata anno 1626. ex Bonis D. Pii à Panormo, ſub regimine Abbatiæ S. Martini de Scalis, cujus erat monachus; poſita primùm in ædibus Didaci Girardina extra portam Novam, ad jactum lapidis; deinde anno 1634. ad nova in Pypirito Horatii Gioncardi ædificia. Primus Abbas Proſper de Robore, alios Abbates temporales, ſive ad tempus refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 205. eſt membrum Abbatię S. Martini de Scalis.

XII. Panormi Abbatia tit. S. Luciæ *di Valverde*, monialium Canoniſſarum Ord. S. Auguſtini, Congregat. vallis Viridis dictæ, cujus Abbatiſſa, & monachæ ſubdebantur Abatiſſæ S. Mariæ, & S. Catharinæ Meſſanenſi, nunc immediatè ſubjacent Summo Pontifici. Vide Sylveſtrum Maruli in Oceano omnium Religionum lib. 1. pag. 38.

XIII. Panormi Abbatia titulo S. Mariæ Virg. Gratiarum, monial. Congregationis montis Oliveti, fundata anno 1525. per Franciſcam Leofanti Panormitanam, quæ, de Summi Pontif. conſenſu, prima, & perpetua Abbatiſſa fuit, ſub cura tamen, & juriſdictione Archiepiſcopi; ut obſervat Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 169.

XIV. Abbatia tit. S. Eliſabethæ Reginæ, monialium, quas vulgò Capuccinas vocant, Ordin. S. Claræ, in civitate Panormitana; de cujus Abbatiſſa loquitur Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 199.

XV. Abbatia titulo S. Spiritûs, extra muros Panormitanæ civitatis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. quam Carolus de Viſch, in Indice Abbatiarum Ord. Ciſtercienſis, fundatam dicit anno 1173. nono Kalend. Julii, fuit anno 1516. per Leonem X. Papam Ciſtercienſibus erepta, & hoſpitali majori attributa, deinde data Auguſtinianis, denique data monachis Congreg. Montis Oliveti, in Abbatia S. Mariæ de Spaſmo commorantibus, unde hæc titulum adepta eſt Sancti Spiritûs de Spaſmo. Anno 1583. Abbas erat Ambroſius Aflitti, conſtructa fuerat per Gualterium Archiepiſcopum Panormitanum, & Ciſtercienſibus monachis data. Vide Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 168. ſita eſt quingentis paſſibus à civitate, versùs Meridiem.

XVI. Abbatia titulo S. Mariæ de Spaſmo, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Panormitanæ, unita Congregationi Montis Oliveti; ita Cod. Taxar. Cam. Apoſtol. fuit primitus pro Olivetanis fundata, per quemdam Jacobum Baſilium, qui, propter aëris inſalubritatem, ad Abbatiam S. Spiritûs tranſiere, hoc manente loco ſub juriſdictione Archiepiſcopi; ut refert Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 166.

XVII. Panormi Abbatia titulo S. Mariæ de Spe, ad quam moniales monaſt. S. Martini de Scalis, à S. Gregorio Magno conſtructi, translatæ ſunt, ad Meridiem civitatis, & hoc de præcepto ejuſd. S. Gregorii factum. Hodie adhuc ibi antiquiſſima monaſt. rudera ſpectantur. Vide Rocchum Pirrum lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 158. & 159. ubi obſervat eſſe Oratorium B. Mariæ, de quo loquitur S. Gregorius lib. 1. epiſt. 54.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Proſperi, in loco, qui dicitur Panigale; in Diœc. Bononienſi, quod anno 1073. Gregorius VII. Papa dat Lamberto Bononienſi Epiſcopo; ut refert Ughell. tomo 3. pag. 18.

Abbatia de Pantalea, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Sabinenſis; de qua Ughellus ad annum 1443.

Abbatia S. Pantaleonis, Diœceſis Lucanæ. Vide ſuprà verbo Luca, num. X.

Abbatia tit. S. Pantaleonis, Diœc. Bovenſis, in Calabria ulteriori, cujus

Ab-

Abbas erat Eraſmus factus ann. 1364. Bovenſis Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 9. pag. 459.

Abbatia titulo S. Nicolai de Pantanellis de Moliterno, Ord. S. Benedicti, Diœc. Marſicanæ, in Lucania, nunc in Regni Neapoli Provincia, Principatus citerior dicta, ad confines Baſilicatæ; taxata fuit anno 1607. ut refert Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Mariæ de Pantano, in territorio Tudertino *di Todi* in loco, ubi priùs fuerat urbs nomine Mattana, ſic ſcribit Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ pag. 740. Ord. S. Benedicti; de ea in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Diœc. Tudertinæ, aliàs Martana, ubi S. Britius ſuam ſedem poſuerat Epiſcopalem, quinque milliariis à civitate Tuderto, versùs Orientem. Sita eſt medio milliario ab oppido Maſſa, in Umbria. Ejectis monachis facta eſt Abbatia Secularium Eccleſiaſticorum, ita idem Author tomo 2. pag. 287. dicebatur olim Abbatia de monte Martano.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Euſtaſii, quod nuncupatur de Pantaſia, conſtructum prope caſtellum S. Juliani, cujus oblationis cartam factæ Caſinenſi Abbatiæ fecit Adelferius Comes de Benevento Principatu, cum quatuor Eccleſiis ſibi ſubjectis, & cum univerſis rebus, & pertinentiis ipſius anno 1038. Ita Chronicon Caſinen. lib. 2. cap. 66. addit in Notis Angelus de Nuce, qui ſcribebat anno 1667. monaſterium nunc Commendatum Eminentiſs. Cardin. Odeſcalco, cum onere annui censûs ſolvendi ſacro noſtro monaſterio; hæc ille Caſinenſis monachus.

Papia, ſive Ticinum, vulgò *Pavia*, civitas à S. Sede immediatè dependens, ſui territorii caput, Longobardorum olim Regia, in Statu Mediolanenſi, ſuper Ticinum *Teſino* fluv. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Spiritûs de Papia, Ordin. S. Benedicti; unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua per Martinum V. Papam ann. 1417. erat antea ſimplex Oratorium. In Indice Abbatiarum iſti Congregat. unitarum reperitur ordine quarta; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt.

II. Abbatia, ſive Monaſterium ſub titulo S. Petri in Cœlo aureo, ſic propter deauratam teſtitudinem appellatum, ann. 723. à Luitprando Longobardorum Rege reſtauratum, & fundatum, & (ut ferunt) Religioſis Ordinis S. Benedicti conceſſum; ſed paulò poſt corpore S. Auguſtini Doctoris Eccleſiæ decoratum, ejuſdem Sancti titulum recepit; datumque fuit filiis ejus Eremitis videlicet, & Canonicis Regularibus. Suam Canonici partem tenebant ſub titulo Abbatiæ; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. anno 1225. ejectis monachis Benedictinis, introducti ſunt Mortarienſes Canonici; ut refert Ughellus tomo 4. pagin. 1102. introducti Lateranenſes Canonici ann. 1502. poſt à Pio V. Papa, qui ſedit anno 1566. extinctus eſt Abbatialis titulus; ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 36. data eſt in Commendam.

III. Abbatia, ſive Monaſterium in loco, qui nunc S. Mariæ ad Caccias appellatur, olim extra mœnia civitatis, nunc intra, à Ratchis Longobardorum Rege conſtructum, ubi illum

illum inſtituto monaſtico initiatum ferunt; regnabat Ratchis an. 743. ut refert Stephanus Beneventanus ab Ughel. citatus tomo 4. pag. 876.

IV. Papiæ Abbatia, ſive Monaſt. vetus titulo S. Vincentii, in cujus Eccleſia corpus S. Honoratæ ſororis Epiphanii II. Papienſis Epiſcopi ſepultum eſt, ſub finem quinti ſeculi, quodque corpus S. Luitfredus etiam Papienſis Antiſtes, hinc in Cœnobium vetus S. Mariæ Storiarum tranſtuliſſe dicitur; ſedebat anno 864. ut refert Ughellus tom. 1. pag. * 7. & pag. * 14. & inferiùs aſſeritur, vetus Monaſterium monialium Ordin. S. Benedicti fuiſſe è regione Cathedralis Eccleſiæ; unde anno 1394. coactæ ſunt aliò tranſmigrare.

V. Abbatia, ſive Monaſterium vetus tit. S. Mariæ Storiarum, Papiæ, in quod è monaſt. S. Vincentii translatum fertur corpus Sanctæ Honoratæ, à S. Luitfredo Papienſi Epiſcopo, qui obiit anno 874. vide Ughellum to. 1. pag. * 14.

VI. Papiæ Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Bartholomæi in Strata, de quo mentionem facit Bulla Honorii III. Papæ anno 1217. ut refert Ughellus tomo 1. pag. * 33. Ord. S. Benedicti; unitum eſt Congreg. Montis Oliveti, & ipſi unitum monaſteriun S. Alberti de Butrio, Diœc. Terdonenſis; ſic Codex Taxar. Cam. Apoſtol. fuit data in Commendam.

VII. Papiæ Abbatia, ſeu Monaſt. titulo S. Apollinaris, cum capellis, & Parochiis ſuis, quod recenſetur in Bulla Honorii III. Papæ datâ anno 1217. quam vide apud Ughellum tomo 1. pag. * 33. Ord. S. Benedicti, de quo etiam Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

VIII. Abbatia Papiæ, ſive Monaſterium titulo S. Petri, quod dicitur Leproſorum, cum capellis, & Parochiis ſuis, ut conſtat ex Bulla Honorii III. Papæ datâ anno 1217. & editâ apud Ughellum tomo 1. pag. * 33.

IX. Papiæ Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Martini, cum capellis, & Parochiis ſuis, de quo loquitur Honor. III. Papa in Bulla ſua datâ an. 1217. quam refert Ughellus tomo 1. pag. * 33. ut dicit Codex Taxarum Cam. Apoſtol. ubi etiam dicitur aliàs S. Marini; unitum fuit Congregationi Heremitarum S. Hieronymi per Sixtum IV. Papam anno 1481. ut aſſeritur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

X. Papiæ Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Gervaſii, cum capellis, & Parochiis ſuis; ſic recenſetur in Bulla Honorii III. Papæ datâ anno 1217. apud Ughellum tomo 1. pag. * 33.

XI. Papiæ Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Pauli, & S. Jacobi de Vernabula dictum; ſic reperitur in Bulla Honorii III. Papæ datâ anno 1217. quam vide in Ughello to. 1. pag. * 33.

XII. Abbatia, ſeu Monaſterium Senatoris dictum, cum capellis, & Parochiis ſuis, verba ſunt Honorii III. Papæ, in Bulla data anno 1217. ut obſervat Ughellus tomo 1. pag. * 33. De monaſterio Papiæ titulo S. Mariæ, & S. Aureliani Senatoris Papienſi, monialium Ord. S. Benedicti, mentionem facit Pius II. Papa, in Bulla data anno 1459. quam habes in Bullario Caſinenſi tomo 2. pag. 353. indulgetque Abbatiſſæ, & monialibus monaſter. S. Mariæ Papienſis Senatoris nuncupati,

pati, ut urgente neceſſitate è clauſtro poſſint egredi, aliâ Bullâ datâ eodem anno 1459. ibidem pag. 354. illas viſitationi, & correctioni Congregationis S. Juſtinæ Paduæ ſubjicit Sixtus IV. Papa, Bullâ datâ ann. 1472. vide ibid. pag. 538.

XIII. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Felicis, cum capellis, & Parochiis ſuis, ut enumeratur in Bulla Honorii III. Papæ datâ anno 1217. quam profert Ughellus tomo 1. pagin. * 33. Papiæ S. Felicis, quod vulgò dicitur Reginæ Abbatia, quam anno 1028. Conradus Imperator dat Petro Novarienſi Epiſcopo, cum jure Abbatiſſam ordinandi; ſic idem Ughellus tom. 4. pag. 958.

XIV. Abbatia tit. S. Epiphanii, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, unita Congregationi Lateranenſi, ut teſtatur Codex Taxar. Cam. Apoſt. Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 26. vocat Cœnobium Abbatiale, & in civitate Papienſi reponit, & lib. 3. cap. 26. paginâ 664. ubi fusè de illa loquitur, aſſeritque monaſterium à Pio V. Papa Abbatiali titulo fuiſſe inſignitum, atque ibidem S. Epiphanii Papienſis Epiſc. loci titularis, & aliorum Sanctorum corpora reſervari.

XV. Abbatia, ſive Monaſterium Leani nuncupatum, de quo loquitur Honorius III. Papa in Bulla data anno 1217. quam refert Ughellus tom. 1. pag. * 33.

XVI. Papiæ Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Thomæ, cum capellis, & Parochiis ſuis, de quo Bulla Honorii III. Papæ data anno 1217. quam publici juris fecit Ughel. to. 1. pag. * 33.

XVII. Papię Abbatia titulo Sanctorum Barnabæ, & Ambroſii, Diœc. ſive potiùs civitatis Papienſis, taxata die 15. menſis Januarii anno 1672. verba ſunt Codicis Taxarum D. Paſſionæi.

XVIII. Prope Papiam Abbatia, ſive Monaſterium in honorem, ſeu memoriam S. Sepulchri, jam antea fundatum, juxta quod domum ædificavit, & monachis ſtipendia dedit Sanctus Lanfrancus ſeptuageſimus Papienſis Epiſc. qui deceſſit anno 1194. ut refert Ughellus tomo 1. pag. * 26. & ſeqq. ubi de hujus loci Abbate fit mentio, Ord. ſeu Congregat. Vallis Umbroſæ, ut dicitur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. ubi à fundatore vocatur S. Sepulchri Lanfranchi, & in aliis codicibus tantùm, S. Lanfranchi, extra muros Papienſes.

XIX. Abbatia, ſeu Monaſterium Papiæ S. Mariæ foris portam, de quo mentionem facit Honorius III. Papa, in Bulla data an. 1217. vide in Ughell. tomo 1. pag. * 33.

XX. Abbatia titulo S. Salvatoris, prope Papiam, Ord. S. Benedicti; unita fuit Congreg. S. Juſtinæ de Padua per Nicolaum V. Papam anno 1451. ſic de ea Codex Taxar. Cam. Apoſtol. De ejus Abbate Centio, ad an. 1153. mentionem facit Antonius Libanori in *Ferrara d'oro* parte 2. pag. 50. & de Joanne Abbate ad annum 1191. Hieronymus Ghilini in Annalib. Alexandriæ num. 3. diverſa non videtur ab ea, quæ ſub titulo S. Salvatoris, & S. Donati, fundata fuit olim à Regis Longobardorum Deſiderii conjuge Anſa Regina, & Arechis Rege illorum filio, ut conſtat ex ejus diplomate dato

an-

anno 770. vide Bullarium Caſinenſe pagin. 12. Hanc ab Adaleyde Regina fundatam aſſerit Joannes Papa XIII. anno 972. vide ibidem pag. 47.

XXI. Abbatia tit. S. Chriſtinæ extra muros Ticinenſes, ſive Papienſes poſita, quam Rex Hugo an. Sal. 926. donavit Vidoni Epiſcopo Papienſi, ut obſervat Ughell. tomo 5. pag. 1557.

XXII. Ad muros civitatis Papiæ, Abbatia, ſive Monaſterium ſub titulo S. Agathæ, à Bertario Longobardorum Rege conſtructum, quod poſtea monaſterium Novum eſt appellatum, ſic refert Paulus Diaconus lib. 5. cap. 34. in hac Eccleſia ann. 744. Luitprandus coronatus fuit Rex Longobardorum. Conditam à Rodelinda Bertarii conjuge, & nunc ſub titulo eſſe S. Mariæ in Pertica aſſerit Elia Cauriolo, in Hiſtoriis Brixianis lib. 4. pag. 74. & vide eundem pag. 82. Hanc Wido Imper. anno 891. & Imperii ſui anno 1. dat Algetrudi Imperatrici conjugi ſuæ, donationem refert Ughellus tomo 3. pag. 191.

XXIII. Papiæ Abbatia monial. in Eccleſia omnium Sanctorum, quæ Sancti Marini appellata, quam Aiſtulphus Rex Longobardorum, qui regnavit ab anno 740. duabus filiabus ſuis Euphraſiæ, & Febroniæ, monaſtico inſtituto illuſtribus, illarum ſuaſu conſtruxit, in cujus Eccleſia tumulatæ jacent; ut author eſt Stephanus Beneventanus; monachis demum tradita, nam anno 1386. quidam Dominicus de Oppizonibus Abbas erat S. Marini, ſive Mariani de Papia; ut obſervat Ughellus tomo 4. pag. 876. & 879.

XXIV. Abbatia Papiæ ſub titulo S. Mariæ Theodotis, vulgaritèr nuncupata *della Pusterla*, monialium, Ord. S. Benedicti, cujus Abbatiſſam, & moniales, ad earum petitionem, viſitationi, & correctioni Congregat. S. Juſtinæ de Padua ſubjicit Sixtus IV. Papa Bullâ datâ anno 1472. vide Bullarium Caſinenſe tomo 2. pagin. 360. Abbatiſſas imposterum triennales ordinat, illiſque privilegia communicat Abbatiæ S. Salvatoris idem Sixtus Papa anno 1479. vide ibid. pag. 374.

XXV. Abbatia titulo S. Petri de Verzelio, prope muros Papienſes Ordinis S. Benedicti, ſicut recenſetur in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia tit. S. Stephani de Parano, aliàs de Parrano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Nucerinæ in Umbria; conſtructa eſt anno 1010. per Radulphum Comitem Monaldi Fulginatem, & ab eo dotata, atque monachis Abbatiæ S. Crucis Avellanæ conceſſa; tandem per litteras Pii II. Papæ ann. Salutis 1459. menſæ Epiſcopali Nucerinæ unita; ut aſſeritur in Codice Taxar. Cam. Apoſt. ubi etiam aſſeritur unitam fuiſſe Abbatiæ Sancti Benedicti de Gualdo; ultimus Abbas fuit Matiolus Scota, nunc illam adminiſtrant duo ſeculares Presbyteri. Vide Ludovic. Jacobilli tomo 1. pag. 570. milliario circiter diſtat à Nuceria civitate.

Abbatia, ſive Monaſterium in loco Paranum dicto, quòd Epiſcopus Spoletanus ad civitatis ſuæ milliarium ædificavit, in favorem Sancti Joannis ſolitarii, qui floruit ſexto ſeculo. Vide Epitome Hiſt. Benedictinæ pag. 113.

Abbatia S. Mariæ de Parco. Vide ſuprà S. Mariæ de Alto fonte.

Apud Parentum, aliàs Parentium Iſtriæ civitatem, vulgò *Parenzo*. Abbatia

Nn

batia tit. S. Michaëlis, cujus Cœnobium inſtituit S. Romualdus circa annum 1004. Eccleſiam verò dedicavit Eugalmerus Epiſcopus Parentinus, ſuffragante Wlperga Comitiſſa, cum Ulderico, & Azica filiis, qui Cœnobium propterea magnificentiſſimè ditârunt, prædiis, & parte territorii S. Mauri die 12. Junii Joanne Abbate, ut refert Auguſtin. Florentinus, in Hiſtoria Camaldulenſi parte poſteriore cap. 16. unde conſtat Ord. fuiſſe, ſive Congreg. Camaldulenſis; vide etiam Sylveſtr. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 2. pag. 100. Civitas eſt maritima, tribus paſſuum mill. ab oſtiis Nauporti, vulgò *Quieto* fluvii, versùs Meridiem, ſub Venetorum Dominio.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Barbaræ, quod Othoni Parentino Epiſcopo confirmat Innoc. IV. Papa, privilegio dato ann. 1248. vide apud Ughellum tomo 5. pag. 371.

III. Abbatia in eadem Parentina civitate titulo S. Nicolai, Ord. S. Benedicti, cujus anno 1114. Abbas erat Bertholdus factus Parentinus Epiſcopus; ut teſtatur Arnoldus Wion lib. 2. Ligni vitæ.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petronillæ, in duobus Caſtellis, quod Othoni Parentino Epiſc. confirmat Innocentius IV. Papa, privilegio dato an. 1248. quod vide apud Ughellum tomo 5. pag. 371. *Due Caſtelli* viginti quatuor paſſuum millibus Parentio diſtant, versùs Orientem. *S. Petronella* ab illis duobus paſs. mill. diſtans eſt, ſimiliter ad Solis Ortum.

Abbatia Parlitenſis, Ord. Canonicorum Regularium Præmonſtratenſium, ſub Regula S. Auguſtini, Diœc. Parmenſis, filia Abbatiæ S. Samuelis de Barulo; ut teſtatur Bibliotheca Præmonſtratenſis, in Circaria Italiæ.

Parma civitas Æmiliæ, ſui Parmenſis Ducatûs caput, ad cognominem fluvium, in planitie poſita. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Joannis Evangeliſtæ, Ordin. S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. conſtructa eſt an. 965. per Humbertum Parmenſem Epiſcopum, ejus primus Abbas, & Author fuit Sanctus Joannes ejuſd. Ord. Sanctimoniâ vitæ clarus, qui deceſſit anno 972. illam an. 1144. Lucius II. Papa ſub S. Sedis Apoſtol. protectione ſuſcipit, ejuſque bona enumerat, & confirmat. Unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua, per Sixtum IV. Papam anno 1477. quo direpta fuit à militibus, illi ſubjecta, deinde fuit Abbatia Turris claræ. Vide Ughellum tomo 3. pag. 182. & paginâ 202. & Bonavent. de Angelis in Hiſtoria Parmenſi lib. 4. pag. 397. & Bullarium Caſinenſe tomo 2. paginâ 161.

II. Parmæ Abbatia titulo S. Antonii, cujus anno 1596. Abbas erat Matthæus Rivarola, tunc factus Januenſis Archiepiſc. ut refert Ughellus tomo 4. pag. 1253.

III. Parmæ Abbatia titulo S. Sepulchri, unita Congreg. Lateranenſi, de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib. 11. cap. 23. vocat illam Collegium Abbatiale vetuſtiſſimum, & lib. 3. cap. 29. num. 3. dicit hanc unionem à Pio II. Papa factam anno 1460. & monaſterium à Pio V. Summo Pont. qui ſedere cœpit anno 1566. Abbatiali

fuiſſe

fuiſſe dignitate donatum. Illum conſule.

IV. Parmæ Abbatia tit. S. Alexandri, monialium Ord. S. Benedicti. Margaritâ ejus Abbatiſsâ ſpontè adminiſtrationi cedente, Innoc. VIII. Papa Bullâ datâ anno 1486. impoſterum per Abbatiſſam triennalem gubernari decernit, monialeſque viſitationi, & correctioni Abbatis Sancti Joannis Evangeliſtæ Parmenſis ſubjicit. Vide Bullarium Caſinenſe to. 2. pag. 397.

Abbatia non longè ab oppido Parma titulo S. Fantini, Ord. S. Baſilii, quæ olim Beati Mercurii monaſterium dicebatur; in qua jacet prælaudatus Abbas S. Fantinus, B. Nili Abbatis contemporaneus; vide Ughellum in Deſcriptione Calabriæ to. 9. pag. 245. inde conſtat ſitam eſſe in Calabria ulteriori; de hoc Sancti Fantini monaſt. Alexander III. Bullâ datâ anno 1175. quâ concedit ibi Abbatem inſtituendi Onuphrio Archimandritæ S. Salvatoris Meſſanæ. Vide Bullarium tom. 1. pag. 64. *Parma* novem paſſuum mill. Oppido diſtat ad Occaſum non longè à mari.

Prope Abbatiam S. Fantini, altera Abbatia, ſive Monaſterium, cujus nomen non exprimit S. Bartholomæus Abbas, in Vita S. Nili; in quo ſanctitate floruit B. Joannes monachus, & Abbas, S. Nili diſcipulus. Vide Hieronymum Maraſioti *Croniche di Calabria* lib. 1. fol. 74.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Partalla, Diœc. ut videtur, Tudertinæ, & Ord. S. Benedicti, quod Urbanus III. Papa confirmat Abbati S. Juliani de Monte Spoletano. Bullâ datâ anno 1185. quam profert Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 35. pag. 711.

Abbatia titulo S. Mariæ de Parvo ponte, Ord. Canonicorum Regular. Præmonſtratenſium, ſub Regula Sancti Auguſtini, in Diœceſi, ſive territorio Brunduſii, aut in ipſamet civitate. Ita Bibliotheca Præmonſtratenſis in Circaria Italiæ.

Abbatia tit. S. Mariæ de Paſicane, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Amalphitanæ, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, forſan eadem cum ſequenti.

Abbatia tit. S. Mariæ de Paſitano, aliàs de Poſitano, cujus Abbati Rogerio anno 1141. Joannes Cumarum Epiſcopus, de conſenſu Cleri ſui, dat Eccleſiam S. Martini ſitam in monte, qui dicitur ad Pertuſum. Vide donationem in Ughello tomo 6. pag. 268. ubi dicitur Abbatia S. Dei genitricis Mariæ de Paſitano, & B. Viti Chriſti martyris; forſan eadem cum ſeq.

Abbatia tit. S. Mariæ de Paſſetano, Ord. S. Benedicti, aut Ciſtercienſis; de qua ſic Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. Diœc. ut fert Amalphitanæ; videtur eadem cum monaſt. Poſitani, corruptè dicto Poſitarci, cujus monachus erat quidam de Monte, circa annum 1103. factus Amalphitanus Archiepiſcopus. Vide Ughell. tom. 7. pag. 263. in Codice Taxar. D. Paſſionæi, dicitur etiam de Paſitaria; eadem forſan cum una è præcedentibus.

Abbatia tit. S. Mariæ de Paſſano, Ordinis Sancti Benedicti, Diœceſis Termularum in Apulia, ſive in Capitanata, de qua in Regiſtr. Alex. VI. Papæ, qui ſedebat an. 1492. de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Paſſiniano, olim à S. Zenobio Epiſcopo Florentino conſtructa, qui obiit anno 407. ſita in agro Florentino, & in Diœc. Feſulana, dicitur etiam Paſtinianum, vulgò de *Paſignano*, pagus eſt apud viam, quæ Florentiâ Senas ducit, à Florentia civitate quatuordecim mill. paſſuum diſtans. Ibi deceſſit anno 1073. S. Joannes Gualbertus, Ordinis, ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ inſtitutor, cujus Ordini, ſive Congregat. unita eſt hæc Abbatia per Calliſtum III. Papam anno 1445. vide Codicem Taxarum D. Paſſionæi. Ejus Abbati Urbanus V. uſum dedit Mitræ, Annuli, & Sandalium, Bullâ datâ an. 1363. ut aſſerit Tamburinius de Jure Abbatum pag. 322. col. 2.

Abbatia tit. S. Mariæ de Paſticio, aliàs de Piſticio, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Acheruntinæ. Cujus Abbati dat Raul, ſive Rodulphus de licentia Arnaldi Acheruntini Archiepiſcopi. anno 1100. Eccleſiam S. Michaëlis, juxta flumen Baſentium, ut refert Ughellus tomo 7. pag. 41. in Codice Taxar. D. Paſſionæi vocatur S. Mariæ Caſalis Piſtici, Ord. S. Benedicti, diciturque unita per Nicolaum V. Papam anno 1452. Congregat. ſive Ordini Carthuſianorum; ſita eſt in provincia Baſilicatâ dictâ.

Abbatia titulo SS. Paſtoris, & Matthæi. Vide litt. R. verbo Reate.

Abbatia titulo S. Paſtoris, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Aſſiſinatis, tempore Leonis X. Papæ, circa an. 1515. ut refert Codex Taxar. D. Paſſionæi, ſita eſt in Umbria, & diſtantia civitatum probat diverſam eſſe à præcedenti.

Abbatia titulo S. Mariæ de Paſtula Diœc. Anconitanæ; ſic refertur in Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia de Patano, Diœc. Salernitanæ; cujus Abbas Commendatarius fuit Philippus Boncompagnus Cardin. ut habetur in to. 4. Ciaconii pag. 45. ſita eſt in Principatu citeriori.

Abbatia in Patelaria inſula, è qua Mauri ſexaginta monachos abſtulerant, quos poſtea vendiderunt in Hiſpania; ita Eghinartus in Annalibus ad annum 807.

Abbatia titulo Sancti Nicodemi de Patera. Vide ſuprà litterâ H. verbo Hieracen. civitatis.

Paterni, Abbatia olim, nunc ſimplex Beneficium tit. S. Salvatoris, in partibus Marſicanis, Abbatiæ nomine etiam nunc gaudens, ab unitis Abbatiis Farfæ, & S. Salvatoris majoris dependens; ut habetur in Farfen. Synodo habitâ 1685. pag. 1059.

In caſtro Paterni, Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Magdalenæ, monialium, à Gentilina de Marchilone conſtructum, ſorore Joannis Criſpani de Rocha Theatini Epiſc. quod ille monaſterio S. Mariæ Magdalenæ monialium Theatino perpetuâ unione conjunxit, ſub Regula S. Benedicti, & Ciſtercienſis Ordinis; illam Decanatum inſtituit, & primam Decanam ipſam Gentilinam inſtituit. Vide Ughellum tom. 6. pag. 923. *Paterno* vicus Diœc. Theatinæ in Aprutio citeriori, duodecim mill. paſs. à Theate *Chieti* diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Nicolai de Lombardis, Paternionis in Sicilia, Ordin S. Benedicti, Diœc. Catanienſis, cujus anno 1469. Abbas erat fr. Matthæus

de

de Marco, ut teſtatur Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pagin. 275. *Paternio*, aliàs *Paterno* oppidum Principatûs titulo inſigne, prope *Gabella* fluvium, in regione, ſive valle *di Demona*; viginti paſſuum mill. Cataniâ diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia titulo S. Mariæ de Patirio, aliàs de Patiro, corruptè de Paterno, ſeu Patero, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Roſſanenſis in Calabria citeriori, non longè à civitate, ſuprà montem, quam anno circiter 1090. Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ, ſub tit. S. Mariæ Novæ Odegetriæ, hoc eſt viarum ductricis, conſtruxit, & ingentibus privilegiis, ac divitiis nobilitavit, & poſt illum alii Normani Principes. Locus fuit à B. Maria Virg. cuidam Nilo Eremitæ monſtratus, & primus Abbas, ſive Archimandrita nomine Lucas. Abbatias enim Mandras appellant Græci, & Abbatem Mandræ Principem, vide Ughellum tomo 9. pag. 385. & 388. Iſti Abbatiæ, ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ unita ſunt monaſteria Sancti Baſilii de Meſſiano, Diœc. Militenſis, & de Palencato. Rocchus Pirrus vocat illam Roſſanen. B. Mariæ Virg. Odygitriæ; dicitur etiam Sancta Maria *del Patir*, de qua vide Hieronymum Maraſioti *Croniche di Calabria* lib. 4. cap. 28. pag. 289.

Abbatia tit. S. Honorati de Patrania, quam an. 1210. Otho IV. Imp. unit Abbatiæ S. Martiani Derthonen. Juris quondam erat Regii, & ab Ugone, atque Lothario Regibus nobiliter juribus, & bonis aucta; ut aſſerit Ughellus tomo 4. pagin. 856. eam ad Derthonenſem Eccleſiam pertinere declarat Adrianus IV. Papa; vide ibid. pag. 861.

Abbatia, ſive Monaſterium de Patrono, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Nucerinæ, cujus anno 1337. Abbas erat quidam Gentilis; ut obſervat Ughellus tomo 1. pag. 543. hic ſermo eſt de Nuceria Umbriæ.

Abbatia titulo S. Mariæ de Pattano, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Caputaquenſis, in Commendam dari ſolita; ut refert Ughellus tomo 7. pag. 663. in Codice Taxarum Cam. Apoſt. dicitur de Paccano, & Ord. S. Baſilii; legit Pax Jordanus de Paſtano, alii etiam de Pactano.

Abbatia titulo S. Joannis de Paverano, aliàs Pavarano, Diœc. Januen. unita Congregat. S. Georgii in Alga; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. Gabriel Pennottus Hiſt. Tripart. lib. 2. cap. 27. dicit fuiſſe priùs Prioratum Congreg. Mortarienſis, poſtea Lateranenſis, & prope Januam, quem nunc tenent Patres Societatis Jeſu.

Abbatia S. Mariæ de Pauſo; vide ſuprà litterâ B. verbo Bantium.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti in Pectinari, cujus, circa annum 1122. mentio fit in Chronico Caſinenſi lib. 4. cap. 76. & lib. 2. c. 6. ubi aſſeritur fuiſſe intra civitatem Larinenſem, in quo Azzo Larinen. Epiſcopus cum monachis religiosè vivere cœpit; vivebat circa annum 960. ut refert Ughellus tomo 8. pag. 436. Larinum, vulgò *Larina*, civitas in Comitatu Moliſii, apud Tipherni fluvii ripam dexteram.

Abbatia tit. S. Mariæ de Pedagio, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Mediolanenſis; ut refert Codex Taxar. Cam.

Apoſt.

Apoſt. unita eſt Congreg. Montis Oliveti, ſic teſtatur Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato.

Abbatia tit. S. Mariæ Gratiarum, intra ambitum terræ Pedemontis, Congregationis Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti; erat antiquitus Abbatia titulo S. Spiritûs, in agro Aliſano, Beneventanæ provinciæ, in Samnio, quæ S. Petrum Cœleſtinum ante Pontificatum ejus agnoſcebat authorem, ſed quia propter ſitum bellorum tumultibus erat obnoxia, ſæpiùs derelicta, non ſemel mutavit ſedem, indè factum eſt, ut ad alendos duodecim monachos reddita inſufficiens, per quatuor ferè ſæcula inter hujus Congreg. Prioratus fuerit computata, donec anno 1660. annuente Alexandro VII. Summo Pontifice, intra terræ Pedemontis ambitum, liberalitate, & pietate procerum Caetanorum, novâ ſub invocatione S. Mariæ Gratiarum attributâ Eccleſiâ, variiſque redditibus, & fundis, tum à prælaudatis proceribus, tum à prædictæ terræ Communitate, veterique in proximo agro profanato monaſterio, ad Abbatialem dignitatem, & regimen fuerit evecta; ſic teſtatur D. Cœleſtin. Guicciardinus in Relatione MS.

Abbatia titulo S. Dalmatii de Pedona, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Aſtenſis, quæ in Codice Taxar. Cam. Apoſt. dicitur de Pedemontis; de qua, ad annum 938. fit apud Ughell. mentio, tomo 4. pag. 491. Hanc Aſtenſi Epiſcopo confirmat Otho magnus Imperator, diplomate dato anno 969. dicitque hanc *Pedonenſem Abbatiam, & Canonicam in honorem quondam S. Dalmatii martyris dicatam*; idem Ughellus pag. 496. Hanc Henric. III. Imperat. confirmat Aſtenſi Epiſcopo ann. 1041. Eugenius quoque III. Papa anno 1153. Ibidem pagin. 518. fuit anno 1450. à Nicolao V. Papa novæ Montis Regalis *Mondovi* Eccleſiæ Epiſcopali unita. *Pedona* vetuſtiſſima civitas, prope Sturam ſita erat, hodie Burgum vocitata, idem Author to. 4. pag. 1520.

Abbatia titulo S. Petri ad Pennenſem, Diœc. Pennenſis, cujus Abbas Cannonicor. Pennenſis Eccleſiæ numero adjungitur anno 1228. ut refert Ughellus tomo 7. pagin. 1336. erat in Aprutio ulteriori.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Scholaſticæ, in Penne, de quo circa annum 1057. loquitur Chronicon Caſinenſe lib. 2. cap. 89.

Abbatia titulo S. Joannis Perarenſis, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Spoletanæ quinque paſſuum mill. Spoleto diſtans, cujus conditor fuit anno circiter 550. Joannes Epiſcopus Spoletanus; initium dedit B. Joannes, qui primus Abbas, & propterea Perarenſis dictus, objit ann. 579. locus à miraculoſa Piro ſic appellatus; poſtea Panara, nunc vicus *di Pecchio* in Umbria; iſte Beatus corruptè vocatus eſt Pennarenſis, vel Pinnenſis, ſive Pennenſis. Vide Ludovicum Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 328.

Abbatia titulo S. Nicolai de Pergolito, aliàs de Pergulito, Ord. S. Benedicti, Diœc. Neritonenſis *Nardo*, ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, vulgò *S. Nicolò Pergoliſi*, milliario diſtans Neritone, Orientem hyemalem versùs, in Neapolitani Regni Provincia Hydruntina *d'Otranto* dictâ;

ſic

ſic etiam Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Nicolai de Pergoleto, aliàs Pergulito, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Neapolitanæ, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. & Codex Taxarum D. Paſſionæi; forſan *Mergolino* altero à Neapoli milliario, versùs Occidentem in Terra Laboris.

Abbatia tit. S. Nicolai de Pergoleto, aliàs Pergulito, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Gallipolitanæ, ut aſſeritur in Codice Taxarum D. Paſſionæi; in Regni Neapolitani Provinciâ Terrâ Hydruntinâ *d'Otranto* nnncupatâ.

Abbatia titulo S. Mariæ de Pernaſe, Ord. S. Benedicti, Diœc. Æmonienſis, ſeu Civitatis Novæ, in Iſtria, taxata tempore Pauli III. Papæ, qui ſedebat anno 1534. recenſetur in Cod. Taxarum D. Paſſionæi; fortè *Vermiſel*, locus ab Æmonia exciſa ſeptem paſs. mill. diſtans, versùs Orientem.

Abbatia titulo S. Mariæ de Perno, Ord. S. Benedicti, intra limites Rapollanæ Diœceſis, ſed Diœceſis nullius, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, ut ait Ughellus to. 1. pag. 993. & tomo 7. pag. 1188. in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. aſſeritur nullius eſſe Diœceſis; ſita eſt in Provincia Regni Neapolitani, Baſilicatâ dictâ.

Abbatia tit. S. Mariæ de Peroallo, corruptè Præallo, & Prævallo, Ord. Ciſtercienſis, unita Congregationi Lateranenſi, Diœceſis Januenſis, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. quam Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ord. fundatam dicit anno 1221. veriùs vocatur de Prævallo. Hanc Sixtus IV. Papa anno 1481. ſuppreſſo Abbatiæ titulo Congregat. Lateranenſi univit, cum poteſtate erigendi de illius bonis Cœnobium in oppido Novio, Diœceſis Derthonenſis, ſub titulo Abbatiæ, quod tamen non fuit erectum; ut teſtatur Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. cap. 32. pag. 701.

Abbatia tit. S. Mariæ de Peroaldo, Ord. S. Benedicti, Diœc. Derthonen. in Statu Mediolanenſi, quam Obizo Epiſcopus, circa annum 1210. bonis auxit eidemque, ex aſſenſu Capituli Eccleſiæ ſuæ, quaſdam immunitates, & libertates donavit, illaſque Innocentius III. Papa confirmavit, & eam ſub B. Petri protectione ſuſcepit anno 1212. Vide Ughell. to. 4. pag. 863. Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ vocat S. Mariæ de Prævallo, & cum præcedenti confundens, dicit unitam Congregationi Lateranenſi.

Abbatia titulo S. Mariæ de Perpetuano, cujus ann. 1605. Abbas Commendatarius erat Octavius Aquaviva Neapolitanus Archiepiſcopus; ut refert Ughellus to. 6. pag. 245. ſic etiam apud Ciaconium tomo 4. pagin. 232. ubi vocatur S. Maria de Præpetiano, quæ in Aprutio ulteriori poſita eſt, inter oppida *Notareſco*, & *Morro*, ſexto à civitate Hadria *Atri*, versùs Aquilonem milliario.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Perpetui, Ord. S. Benedicti, in quo circa ann. 1070. educatus eſt S. Bruno Signinus Epiſcopus, teſte Ughell. to. 1. pag. * 149. ſi non ſit eadem cum Abbatia S. Perpetuæ, cujus anno 1605. Abbas Commendatarius erat Herminius Valens Cardinalis; apud Ciaconium tomo 4. pag. 359.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo

S. Be-

S.Benedicti in Perſiceta territorio Mutinenſi , intra fines fluvii Fuſculi, & limites Malmeniliaci , quod Petrus Dux civitatis Ravennæ obtulit Caſinenſi Cœnobio, ſub Abbate Angelario, qui regebat anno 890. ut refertur in Chronico Caſinenſi lib. 4. cap. 18.

Abbatia titulo S. Mariæ in Pertica, Diœc. Papienſis , quæ ſuppreſſa eſt, ut aſſeritur in Codice Taxar. D. Paſſionæi.

Peruſia, ſive Peruſium, vulgò *Perugia* , civitas Etruriæ , in Umbriæ confiniis, in monte apud Tyberim fluvium . Caput Agri ſui Peruſini , in quo eſt lacus ab illo Peruſinus dictus. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Petri Apoſt. primùm Cathedralis Eccleſia , prope civitatem, in loco , qui dicitur Caprarius. Gregorius IV. Sum. Pontif. anno 835. Bullam dat in favorem Bonizonis ejus Abbatis, eique monaſterii bona confirmat, inter quæ reperitur monaſterium S. Sergii, quod vocatur Canelicum, ſitum Romæ in regione quarta in Suburra . Vide Bullarium Caſinenſe tomo 1. pag.6. hanc Cathedralem, ut ab aliis aſſeritur, à S. Herculano,& ſucceſſoribus ejus Epiſcopis Peruſinis erectam, & fundatam fuiſſe, quam an. 965. in Abbatiam convertit Honeſtus vigeſimus Epiſcopus , & monachis Ord. S. Benedicti tradidit, & aliam Cathedralem S. Laurentio conſecravit; ut aſſerit Ughellus to. 1. pagin. * 73. hæc nova Eccleſia fuerat ann.960. à Rogerio Epiſcopo condita, in quam è priori Canonicos Regulares tranſtulit, qui ſub Regula vixere Sancti Auguſtini, uſque ad annum 1511. quo à Julio II. Papa fuere ſecularizati; Bullam vide apud eundem Ughellum tomo 1. pag. * 81. obſerva tamen non Abbatem , ſed Archipresbyterum ſemper habuiſſe pro Præpoſito , de Abbate S. Petri ad an. 1002. mentionem facit idem Ughell. to. 9. pag.918. poſt hunc annum in eam introducti ſunt monachi Cluniacenſes; fuit anno 1436. ab Eugenio IV. Papa unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua, ad inſtantiam Joannis Andreæ Epiſc. Peruſini. De præcipuis ejus Abbbatibus vide Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 296.

II. Abbatia tit. S. Mariæ Angelorum, Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ , ipſi data eſt ſub Paulo III. Summo Pontif. anno 1465. ut fert Syllabus MS. Abbatiarum iſtius Congreg. de ea in Deſcriptione MS. Peruſiæ.

III. Abbatia ſub titulo S. Severi Ravennatis Archiepiſcopi, Ordinis, ſeu Congregationis Camaldulenſis ab Abbatia S. Apollinaris Ravennæ dependens, anno circit. 1119. ut narrat Hiſtoria Camaldulenſis parte 2. lib. 2. cap. 17. & Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag.412. recenſetur inter ſex civitatis Abbatias; in Deſcriptione MS. Peruſiæ.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium Ord. Ciſtercienſis, cujus Ordinis fratres advocavit Napoleo Epiſcopus Peruſinus, opibuſque juvit, initio hujus decimi ſeptimi ſeculi; ut teſtatur Ughellus, & ipſe Ciſtercienſis monachus, & Abbas tomo 1. pag. * 89.

V. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Julianæ, monialium Ordin. Ciſtercien. quod Joannes Angelus de To-

Toledo Cardinalis, & Epiſcopus Portuenſis extruxit, fundavit, & dotavit extra mœnia civitatis, an.circit. 1250. cujus prima Abbatiſſa fuit Oliva virgo illuſtriſſima. Vide Ughellum to. 1. pag. 160. & pag. * 175. & Ciaconium tomo 2. pagin. 119. vult Floravantes Martinellus in Additionibus ad Ciaconium, à Nicolao Capocio Cardin. conſtructum monaſt. pro monialibus Ordin. S. Benedicti, Ord. Olivetani; hanc opinionem reſpuit Auguſtin. Oldoinus.

VI. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Florentii, quod primitus occupavere Cluniacenſes monachi, quibus ſucceſſerunt Ciſtercienſes; his verò, propter Abbatum Commendatariorum vexationem, illud derelinquere coactis, attributum eſt à Joanne Andrea Peruſino Epiſcopo circa an. 1440. monachis Servis B. Mariæ nuncupatis. Vide Ughel. Ciſtercien. to. 1. pag.* 78.

VII. Abbatia Peruſiæ tit. S. Petronillæ, monialium, de cujus Abbatiſſa mentionem facit ad ann. 1304. Ciaconius tomo 2. pag. 341.

VIII. Peruſiæ Abbatia tit. Sanctæ Agnetis, monialium, cujus circa annum 1308. Abbatiſſa erat quædam Cæcilia, & monaſt. vocabatur *Sant' Agneſe di porta Sole*; ut refert Ludov. Jacobilli tomo 3. pag. 544.

IX. Peruſiæ intra civitatem, Abbatia tit. S. Mariæ Magdalenæ, monialium Ordin. S. Benedicti, perpetuò unita Abbatiæ S. Catharinæ, monial. ejuſdem Ordinis extra muros poſitæ; utrumque Innocentius VIII. Papa anno 1487. ab Ordinarii, & alterius cujuſcumque juriſdictione, & poteſtate eximit. Bullâ datâ eodem anno, & monialium curam Congreg. S. Juſtinæ committit. Vide Bullarium Caſinen. tomo 2. pag. 403.

X. Peruſiæ Abbatia tit. S. Margaritæ, monialium Ord. S. Benedicti, quam à Pio IV. Papa circa ann. 1560. à juriſdictione Ordinarii exemptam, Gregorius XIII. Papa ſub cura, & adminiſtratione Abbatis S. Petri Peruſiæ committit; Bullâ datâ an. 1576. Vide Bullar. Caſinen. to. 2. pag. 493.

XI. Extra muros civitatis, Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ Sanctorum Angelorum Montis Lucis, quod ann. 1284. unà cum ejus templo ampliavit, & decoravit Martinus II. qui IV. dictus Pontif. Max. ut teſtatur Ughellus tomo 1. pagin. * 76. Lucas Wadinghus, in Annal. Seraphic. ad an. 1395. num. 1. aſſerit primam Abbatiſſam fuiſſe B. Margaritam de Sulmona; unde conſtat fuiſſe antea alterius Ordinis, &, ut plura fecerunt alia monaſteria, ad Ordin. Clariſſarum tranſiiſſe; anno 1449. Abbatiſſa erat B. Felix Peruſina Ordinis S. Claræ. Anno 1456. hujus loci Abbatiſſa fuit B. Cæcilia Coppoli, ut teſtatur Lud. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 14.

XII. Extra civitatis muros, Abbatia titulo S. Catharinæ, monialium Ordin. S. Benedicti, perpetuò unita Abbatiæ S. Mariæ Magdalenæ, monialium ejuſdem Ordin. intra muros ſitæ, quarum moniales ab Ordinarii, & cujuslibet alterius juriſdictione, & poteſtate exemptas decernit Innocentius VIII. Papa, Bullâ datâ an. 1487. & curam ipſarum Congreg. S. Juſtinæ de Padua committit. Vide Bullarium Caſinen. tom. 2. pag. 403.

XIII. Abbatia titulo S. Mariæ

montis Moreni, extra muros Peruſinos, unita cum annexis Congregationi Montis Oliveti, de ea Codex Taxar. Cameræ Apoſt. vocatur etiam montis Murcini, quam ann. 1360. conſtruxit Nicolaus Capocius Romanus Cardin. & monachos Albos ibidem inſtituit. Congreg. Montis Oliveti; ita Aug. Oldoinus apud Ciaconium tomo 2. pagin. 510. hanc vocat S. Mariæ de Montarone, & fuiſſe dicit Ordinis S. Benedicti Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pagin. 279. & pagin. 293. ſitam milliario à civitate Peruſina, in Tirreno. Inſignem habet Bibliothecam, per Abbatem Placidum Caroſi factam. Vide Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 34. & ſequentibus.

XIV. Prope Peruſiam Abbatia titulo Sancti Bevignatis Eremitæ; ibi, concedente magno Magiſtro Ordinis Equitum Hieroſolymitanorum, anno 1325. cives quidam Peruſini Cœnobium conſtruxerunt, ibidemque viginti quatuor Sanctimoniales cum Abbatiſſa collocaverunt. Monialibus poſtmodum diſcedentibus, evaſit in Abbatiam, cujus Commendatarius Abbas fuit Franciſcus Rapacciolus Cardinalis; hanc jam incolunt Patres Auguſtiniani Congregationis Peruſinæ, ab Urbano VIII. Papa huc ann. 1640. ex S. Maria Novella, quæ intra civitatem eſt, translati; ut obſervat Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ to. 1. pag. 503. diſtat medio milliari à civitate Peruſia, Orientem æſtivum versùs, vulgò *S. Bivigna*.

XV. Prope Peruſiam Abbatia titulo S. Sperandei, monialium Ord. S. Benedicti, & Congregationis Servarum B. Mariæ Virg. quam ann. 1262. fundavit B. Sanctuccia, in pertinentiis S. Angeli, in loco Bolgaviano, extra portam Peruſiæ, ubi Abbatiſſam conſtituit Cæciliam diſcipulam ſuam; ut refert Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tom. 2. pag. 227. fuit primitus ſub tit. S. Mariæ Magdalenæ, poſtea ſub tit. S. Sperandei. Curam, & adminiſtrationem Abbatiſſæ, & monialium Anbati S. Petri Peruſiæ commiſit Paulus III. Papa Bullâ datâ anno 1545. vide Bullarium Caſinen. pag. 458.

XVI. Abbatia titulo S. Pauli, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Peruſinæ, quæ per Paulum II. Papam, Pontific. anno 5. Sal. 1468. unita fuerat Congregationi S. Georgii in Alga Venetiarum; ut refertur in Codice Taxar. Cam. Apoſtol. hæc verò Congregatio ſuppreſſa eſt per Clementem IX. Papam anno 1668.

XVII. Abbatia, ſive Monaſter. titulo S. Salvatoris, Diœc. Peruſinæ, quod anno 1036. in quodam Concilio Romano ſub Benedicto IX. Papa, Andreas Epiſcopus Peruſinus in manibus Sum. Pontificis remittit, cum omni, quam prætendere poſſet, juriſdictione. Vide Ughellum tomo 9. pagin. 920. Anno 1505. ejus Abbas Commendatarius erat Gabriel de Gabrielibus Cardinalis. Vide Ciaconium tom. 3. pag. 260.

XVIII. Abbatia tit. S. Secundi, Ord. S. Benedicti, ſupra lacum Peruſinum, Diœc. Peruſinæ, de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. ſita eſt in una ex tribus inſulis hujus lacûs (qui olim Traſimenus dictus) *Polveſe* nuncupata, ad Auſtralem plagam, unde aliquando Abbatia Pulvenſis, & Traſimena dicitur,

citur. Eccleſia S. Secundi, in monaſt. Congreg. Montis Oliveti erigi cœpta eſt anno circiter 1482. multis bonis, & privilegiis aucta eſt per Alex. VI. Papam, fuerat antea membrum Abbatiæ montis Moreni, ſeu Morcini, ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 106.

XIX. Abbatia tit. S. Archangeli, ſupra lacum Peruſinum, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Peruſinæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. fuit unita Collegio Sapientiæ Novæ dicto ejuſdem Peruſinæ civitatis, per Martinum V. Papam anno 1427. ita Cod. Taxarum D. Paſſionæi. *S. Archangelo* terra, ſeu vicus ad ripam Auſtralem lacûs, novem circiter mill. paſs. Peruſiâ diſtans, versùs Occaſum.

XX. Intra civitatem Peruſinam, Abbatia tit. S. Fortunati, Congregat. Sylveſtrinorum, Ord. S. Benedicti, recenſetur in Syllabo MS. Abbatiar. ejuſdem Congregationis.

XXI. Abbatia, altera à decima tertia præcedenti, Ord. ſive Congreg. Montis Oliveti, ſub Regula S. Benedicti, duæ etenim hujus Ord. Abbatiç recenſentur, inter ſex civitatis Abbatias; in Deſcriptione MS. Peruſiæ.

Abbatia de Peſcara, aliàs de Peſcaria, ſive de Caſaura, quaſi Caſæ aureæ, ſeu S. Clementis. Ludovicus II. Imperator anno 852. per Aprutium tranſiens, emit Caſauram inſulam, in medio fluvii Peſcaræ ſitam, in Diœceſi civitatis Pennæ, & circumvicina prædia, ad monaſterii, & Eccleſiæ conſtructionem, quæ in honorem Sanctiſſimç Trinitatis fuit conſecrata. Verùm monachi, Ord. S. Benedicti huc introducti anno tantùm 866. conventualiter vivere cœperunt, ſub quodam nomine Romano Abbate è Prioratu S. Mauri Amiternenſi deſumpto, qui Prioratus ſubditus poſtea fuit Caſaurenſi Abbatiæ, quam corpore idem Imperator S. Clementis Papæ, & martyris donavit, unde poſtea titulum accepit S. Clementis de Peſcara, ſive Caſauræ, illam plurimis, cùm privilegiis, tùm opibus celebrem effecit. Tranſiit à Diœceſi Pennenſi ad Theatinam, ut conſtat ex Codice Taxarum Cam. Apoſt. ubi vocatur S. Clementis in inſula Piſcaria. Tandem exempta fuit, & S. Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubdita. Vide Ughellum tomo 6. paginâ 1291. & Chronicon Caſinenſe lib. 1. cap. 37. primus Abbas fuit is nomine Romanus, jam data eſt in Commendam. Ejus fundationis Hiſtoriam, & Privilegia edidit Ughell. ad calcem tomi 6. citati. Sita eſt in Aprutio ulteriori, ad Aternum fluv. qui nunc *Peſcara*, quatuordecim mill. paſs. à Theate *Chieti*, Occidentem hyemalem versùs.

Abbatia titulo S. Mariæ de Peſaca, Ord. S. Baſilii, Diœc. Catacenſis in Calabria ulteriori, & in agro Tabernenſi, ab oppido Taberna tertio milliario, Clerico nunc Seculari in Commendam dari ſolita, ſanctorum Reliquiis, & populi concurſu celebris, cujus Abbas Archimandrita vocatur, qui bis in anno obedientiam ſolemnem præſtat Epiſcopo, diebus ſcilicet SS. Innocentium, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, quibus Epiſcopus Abbatiam viſitat; ut refert Ughellus tomo 9. paginâ 485. in Codice Taxarum Cam. Apoſt. malè vocatur *de Peſſis*, aliàs *de Peſara*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Angeli in Peſclu territorio Veliternenſi, oblatum à Gregorio Romanorum Conſule, circa annum 1060. Cœnobio Caſinenſi. Vide Chronicon Caſinen. lib. 3. cap. 19.

Abbatia titulo S. Laurentii, Ord. S. Benedicti, in oppido Peſcopagani, Diœc. Conſanenſis, de qua Cod. Taxarum Cameræ Apoſt. in Regni Neapolitani provincia, Principatus ulterior dictâ. *Peſcopagano* oppidum ſex mill. paſſuum à Conſana *Compſa* civitate diſtans, Orientem hyemalem versùs, quod in Baſilicata collocat Anton. Maginus.

Abbatia titulo S. Joannis in Peſula, quam Anaſtaſius IV. Papa recenſet inter terminos Diœceſis Aprutinæ, ut ex ejus diplomate conſtat, dato anno 1153. Vide Ughellum tomo 1. paginâ 396.

Abbatia titulo S. Crucis, in loco, qui dicitur Peteta, vide ſuprà verbo Æſernia num. I.

Abbatia titulo S. Mariæ de Petra, Diœc. Marſicenſis, Ord. S. Benedicti, unita per Julium Papam Abbatiæ Sancti Magni, prope Fundanam civitatem. In Codice Taxar. D. Paſſionei, dicitur unita Congregationi Montis Oliveti, per litteras Julii II. anno 1. hoc eſt anno 1503. hæc concordant, nam Abbatia S. Magni Congregationis eſt Montis Oliveti. Vetus Codex Taxæ Cameralis illam vocat S. Mariç de la Petra. Sita eſt, ut *Marſico*, in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dictâ.

Abbatia titulo S. Mariæ de Petra, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Terracinenſis, de qua Codices Taxar. Cam. Apoſtolicæ, de ea tamen ſilet Carolus de Viſch in Catalogo Abbatiar. ejuſd. Ordinis, ſita in Latio, ſeu Campania Romæ.

Abbatia titulo S. Sylveſtri de Petrabattuta; hujus monaſterii mentionem fecit Anaſtaſius IV. Papa, in ſuo diplomate dato in favorem Dodoni Reatini Epiſcopi anno 1152. tanquam in Diœceſi Reatina conſtituti. Vide Ughellum tomo 1. pag. * 110. Contra Abbatem hujus loci ſententiam tulit Theodorus Furconienſis Epiſcopus, in favorem Epiſcopi Reatini anno 1220. die 12. Januarii, indict. 8. ex Tabulario Reatino à Gabriele Naudeo Pariſino collecto. Vide eundem Ughell. tomo 1. pag. 423. in fine. Recenſetur inter monaſteria Diœc. Reatinæ, in Bulla ejuſdem Anaſtaſii Papæ, datâ ann. 1153. quam ibidem refert Ughellus.

Abbatia titulo S. Benedicti de Petra Ficta, Ordinis ejuſdem Sancti, Diœc. Peruſinæ, extabat, ut refert Ughell. ante annum 1125. de ea Cod. Taxar. Cam. Apoſtol. & vetus Codex Taxæ Cameralis. Anno 1253. ejus Abbas Jacobus factus eſt ab Innocentio IV. Papa Catacenſis Epiſcopus; ita idem Ughellus tomo 9. pag. 509. Abbatiam Petræ Fictæ ab Alberto Guidonis Caſentinarum Comite ann. 1099. Eremo Camaldulenſi conceſſam refert Auguſtinus Florentinus, in Hiſtor. Camaldulenſi lib. 1. cap. 60. Codex Taxar. D. Paſſionæi, dicit unitam fuiſſe per Paulum V. Papam Capellæ Burgheſiç S. Mariæ Majoris de Urbe. *Pietra Fitta* decem paſs. mill. à civitate Peruſia diſta, versùs Meridiem, paulò ad Occaſum, ubi milliario vicina eſt Abbatia.

Ab-

Abbatia, ſive Monaſter. de Petra Lata, in quo vixit B. Joannes Joachimus prophetiæ dono illuſtris; ut refert Hieronymus Maraſioti *Croniche di Calabria* lib. 4. cap. 14. pag. 255. hinc colligitur fuiſſe Congregat. Florenſis, aut Ordinis Ciſtercienſis.

Abbatia titulo S. Ambroſii de Petra Plana, monialium Diœc. Florentinæ, de ejus Abbatiſſa mentio fit apud Ciaconium ad an. circit. 1120. pag. 952. de Cæcilia ejuſdem monaſterii Abbatiſſa, ad ann. 1141. idem Ciaconius loquitur pag. 989.

Abbatia titulo S. Vincentii de Petra Pertuſa, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Urbinatenſis; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. in mappa Anton. Magini *B*, ideſt *Badia*, Abbatia *di S. Vicenzo*, à civitate Urbini octo paſſuum mill. versùs Meridiem, ubi locus vicinus *Pietra Lata* nominatur; dicitur etiam Petra Pertuſſa, unita fuit Capitulo Eccleſiæ Urbinatenſis, per Eugenium IV. Papam anno 1440. Ita Codex Taxarum D. Paſſionæi; eſt in Ducatu Urbini, apud ſiniſtram, & Occiduam Metauri *Metro* fluvii ripam.

Abbatia S. Mariæ de Petra Pertuſa, aliàs Petra Pretioſa. Vide litt. V. de valle Urſi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Petronio, aliàs de Prætorio, Ordin. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœc. Cluſinæ; de quo ad ann. 1313. Ughellus tomo 2. pag. 738.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Petronio, cui Bullam conceſſit Honorius III. Papa 8. Kal. Aprilis Pontific. an. 5. qui fuit Chriſti anno 1221. ut obſervat Ughellus to. 1. pag. 193. aliàs S. Mariæ de Prætorio, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tipherni, ſive civitatis Caſtelli, & huic Abbatiæ unitum eſt monaſter. S. Nazaræ de Cipho, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, apud Maginum vocatur Abbatia *B. Petroja*, quinque paſſuum mill. à civitate Caſtelli, versùs Meridiem in Umbria.

Abbatia titulo S. Bartholomæi de Petrolio, meliùs de Petrorio, Ord. S. Benedicti, Diœc. Eugubinæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. quæ, anno 1419. unita fuit Congregationi Canonicorum Regularium S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ; ut aſſerit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 377. in Marchia Anconitana.

Abbatia, ſive Monaſterium in Plebe *Petrori*, in valle Sicidæ, quod Litifredo Novarienſi Epiſcopo confirmat Innocentius II. Papa, Bullâ datâ anno 1133. quam vide apud Ughellum tomo 4. pag. 964.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Anaſtaſii, fundatum in fundo Petriculo, in Diœceſi Bononienſi, quod Gregorius VII. Papa, anno 1073. dat Lamberto Bononienſi Epiſcopo, ut refert Ughellus tomo 1. pag. 18.

Prope S. Philadelphi oppido, ſexto ſcilicet milliario, Abbatia tit. S. Pancratii, quæ an. 707. ſub Abbate Conſtantino Græco florebat, cujus etiam nunc veſtigia viſuntur, Ordin. erat S. Baſilii, à Rogerio comite reſtructa, & ditata, quam anno 1134. Rogerius filius ejus Rex Siciliæ Meſſanenſi Sancti Salvatoris Archimandritæ ſubjecit. Sub Rege Guillelmo I. recedentibus monachis ſimplex evaſit beneficium; ita aſſerit Rocchus Pirrus lib. 4. de

Ab-

Abbatiis Siciliæ notitiâ 22. in Siciliæ regione, quæ valle *di Demona* inter *Patti*, & *Cephaledi*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Philareti. Vide infrà litt. S. Verbo terræ Seminariæ.

Abbatia, vulgò S. Philippus dicta, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Hieracenſis, ſupra montes Hieracenſes, cujus reſtat Eccleſia, olim magnificentiſſimè conſtructa, nunc penè deſolata, paucis extantibus monaſterii veſtigiis, & ruderibus; ut obſervat Hieronymus Marafioti, *Croniche di Calabria* lib. 1. fol. 58. in Calabria ulteriori.

Abbatia titulo Sanctorum Philippi, & Jacobi, Diœc. Neocaſtrenſis, in Calabria ulteriori, in Commendam dari ſolita, de qua Ughellus tomo 9. pag. 556.

Abbatia tit. SS. Philippi, & Jacobi, Ord. ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Senenſis, de qua Cod. Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia titulo S. Eugenii, conſtructa in loco, qui olim Philodianus dicebatur, prope Senenſem civitatem, quam anno 731. pro monachis ſub Regula S. Benedicti victuris Warnefridus Senarum, pro Luitprando Longobardorum Rege Gubernator, ſive Caſtaldus excitavit, & dotavit, ſub præfati S. Eugenii primi loci Abbatis regimine; cujus dotationis inſtrumentum habet Ughellus tomo 2. pag. 621. fuit anno 1447. unita per Eugenium Papam IV. Congregationi S. Juſtinæ de Padua, vide Bullarium Caſinenſe tomo 2. pag. 3.

Abbatia titulo S. Mariæ *Piane* Planæ, in Marchia Anconitana, ab Æſina *Jeſi* civitate decem paſſuum millib. diſtans, Occidentem hyemalem versùs, & quinque mill. paſſuum à Rocca Contrada, vide in mappis Anton. Magini.

Abbatia, vulgò Piazza dicta, in Ducatu Urbini, Callio decem mill. paſſuum diſtans, versùs Meridiem, ab Eugubio ſeptem paſſuum millibus, Occidentem æſtivum versùs; ut exprimitur in mappis Anton. Magini.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nicolai, quod ſitum eſt prope Caſtellum Pica, in pertinentiis Pontis Curvi, in pede montis, qui dicitur S. Leucii, vocaturque S. Nicolai in Pica, quod Joannes Comes, qui cognominatus eſt Scinctus, per chartam obtulit Caſinenſi Monaſterio; ut videtur in Chronico Caſinenſi ad annum 1038. lib. 2. cap. 66. & libro 4. cap. 25. fuit circa ann. 1125. ab Aquinatis Comitibus deprædatum; ibid. cap. 85. *Piedimonte* terra Campaniæ Felicis, longiori milliario ab Aquino diſtans, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Mariæ de Pichelermi, & SS. Quadraginta martyrum extra muros Tarviſinos. Vide infrà verbo Tarviſium.

Abbatia S. Annæ, Pientinæ Diœc. Vide ſuprà litt. C. verbo Camprena.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo Sancti Benedicti de Piguniagua, cujus mentionem facit Gundulphus Regienſis Lepidi Epiſcopus, in ſuo inſtrumento dato anno 1073. videturque ad ejus Diœceſim pertinere; ut obſervat Ughellus tomo 5. pag. 1594.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Pilocervino, Ord. S. Benedicti, quod cum capellis, & aliis pertinentiis ſuis Urbanus III. Papa confirmat

firmat Abbati S. Juliani prope Spoletum, per Bullam datam anno 1185. ut refert Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 35. pag. 711.

Abbatia tit. S. Mariæ de Pinarolo, Ord. S. Benedicti, Diœc. Taurinenſis, quam anno 1064. Adalaïda, vel Adeligia, Manfredi Secuſiæ Marchionis filia, & Othonis quondam uxor fundavit, accitis ex Abbatia S. Michaëlis de Cluſa monachis, quibus innumera contulit bona; ſic, & Umbertus Comes ejus nepos, & Agnes Comitiſſa; fundationis, & donationum inſtrumenta vide apud Ughellum tom. 4. pag. 1452. & ſeqq. Monachi Domini erant Pinaroli, cujus Dominium Thomæ Comiti Sabaudiæ ceſſerunt, ut ab ipſo contra Waldenſium hæreticorum irruptiones defenderentur, eam nunc poſſident Galli Fullienſes; data eſt in Commendam, erat olim Ordinis Sancti Benedicti, nunc Ciſtercienſis, & in eam introducti monachi Congregationis Fullienſium nuncupatæ. Vide Carolum Morotium in Ciſtercio refloreſcente part. 4. pag. 170.

Abbatia, ſive Monaſterium Pineti, cujus, tempore S. Hieronymi, Abbas erat quidam Urſacius; hæc in Epitome Hiſtor. Benedictinæ collocatur, aut in Sicilia, aut prope Rhegium ulterioris Calabriæ. Hieronym. Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pagin. 264. vult intelligi de Pineto prope Ravennam. Vide ſuprà verbo *Palatiolo* inſula.

Abbatia titulo S. Martini de Pino, cujus Abbas Teuzo cuidam donationi adſtipulatur, factæ an. 1097. ut refert Auguſtinus Florentinus in Hiſtor. Camaldulen. lib. 1. cap. 60. Diœc. eſt Aretinæ, in Etruriæ Dominio Florentino; in Codice Taxarum D. Paſſionæi legitur S. Martini de Alpino (vulgus dicit *al Pino*) hoc eſt ad Pinum, ſive de Pino, Ord. S. Benedicti; unita eſt monaſter. monialium S. Birgittæ de Paradiſo, Ord. S. Auguſtini, extra muros Florentinos poſito.

Abbatia titulo S. Joannis ad Pinum, ſive ad Pinam, aliàs ad Pirum, ſeu de Piro, Ord. S. Baſilii, Diœc. Policaſtrenſis, ejus Abbas erat ad annum 1417. Nicolaus Policaſtrenſis Epiſcopus, unita eſt Capellæ Præſepis Eccleſiæ S. Mariç Majoris de Urbe; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. & Ughellus tom. 7. pag. 759. & 795. *S. Gio: à Pira* vicus, ſive terra quatuor paſſuum mill. Policaſtro diſtans, verſùs Occidentem, paulò ad Auſtrum; in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dictâ.

In terra Pinta Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Gratia, Congregat. Montis Virginis, Ordin. S. Benedicti, quod per Superiorem ſub Abbatis titulo gubernari conſtituit Paulus V. Papa, per Bullam datam anno 1611. vide Bullarium Caſinenſe tomo 1. pag. 423.

In loco, quem Pinzianum fontem appellant, Abbatia, ſive Monaſter. in honorem B. Mariæ Virg. Sanctique Sepulchri, ab Adelmo, & Giſla conſtructum, ad flumen Elſam; cui anno 1061. quædam bona dedit Wido III. Volaterranus Epiſcopus, in cujus ſitum erat Diœceſi; ut refert Ughellus tomo 1. pag. * 343.

Piona terra, ubi Abbatia eſt ſub Abbate Commendatario, Diœceſis Comenſis, in Statu Mediolanenſi, ut ab oculato teſte accepimus. Sita eſt

eſt in regione Aquilonari lacûs Larii, ſive Comen. ſuper ejus ripam Orientalem. Viginti ſex circiter mill. paſs. Como diſtans, versùs Septentrionem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Pireto, in Theleſino Comitatu, quod anno 1096. Adelgrima Comitiſſa, filia Pandulphi Principis Capuani, & Raynaldi Comitis relicta tradidit Caſinenſi Cœnobio; vide Chronicon Caſinen. lib. 4. cap. 16. In Campania Felici, ſive Laboris Terra.

Abbatia titulo S. Mariæ de Piro, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tarviſinæ; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. Codex Taxarum D. Paſſionæi illam collocat, & in Diœc. Patavina, & in Tarviſina, additque unitam Congregationi Sanctæ Juſtinæ de Padua, per Sixtum IV. Papam anno 1483. vetus Cod. Taxæ Cameralis concordat cum primo.

Abbatia tit. S. Joannis de Piro, Ordinis S. Benedicti, cujus Abbas erat Maſellus Mirtus, factus anno 1441. Caputaquenſis Epiſcopus, ut refert Ughellus tomo 7. pag. 672. Si diverſa eſt à præcedenti Sancti Joannis ad Pinum, quæ tamen eſt Ord. Sancti Baſilii.

Piſa, & Piſæ, vulgò *Piſa* civitas Etruriæ, Metropolis, & Academia, ſuper Arnum fluvium. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Zenonis, in Piſana civitate, quam anno 1081. in Apoſtolicæ Sedis clientelam accepit Gregorius VII. Papa, Bullam ejus vide apud Ughellum tom. 2. pag. 417. Ordin. eſt Camaldulenſis; de ea loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico pag. 68. Eugenium III. Papam S. Zenonis Piſarum Abbatem fuiſſe dicit Ciaconius. Ughellus verò in Notis ad hunc Authorem, aſſerit monaſt. S. Zenonis ſemper ſub Ordine S. Benedicti fuiſſe, hodieque penè dirutum cerni.

II. Piſis Abbatia titulo S. Pauli ad ripam Arni, Cœnobium olim Ordinis, ſive Congreg. Vallis Umbroſæ, de hoc monaſt. ſub tit. S. Pauli Piſani mentio fit in Bulla Alexandri III. Papę datâ anno 1176. ubi referuntur hujus Congregationis monaſteria; de ea ad annum 1085. loquitur Ughellus to. 2. pag. 422. unita eſt militiæ S. Stephani per Pium IV. Papam, die 13. Maii anni 1565.

III. Abbatia titulo S. Michaëlis, in burgo Piſarum, Ordinis primùm S. Benedicti, deinde Ordin. ſive Congregationis Camaldulenſis, in cujus favorem Bullam dedit Gregor. VII. Papa ann. 1077. vide apud Ughellum tomo 2. pag. 412. Congreg. Camaldulenſi data eſt ann. 1099. ipſi initium dedit anno 1040. quidam Bonus civis Piſanus, extra portam Samuelis, Eccleſiam poſtea dedicavit, & monaſter. ſub Regula S. Benedicti conſtituit, atque bonis ornavit Opizo Piſanus Epiſcopus, dato ipſomet Bono primo Abbate. Vide Hiſt. Camaldulen. part. 2. lib. 2. cap. 9. adminiſtratur ab Abbate annuo; in ea aſſervatur corpus Beati Dominici Vernagalli Piſani.

IV. Abbatia Piſis, ſive nobile Monaſterium titulo S. Auguſtini de Nicoſia, extra muros civitatis, in loco vallis Calcis vocato, Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini, fundatum ab Ugone Epiſcopo Nicoſię in inſula Cypro anno circiter 1268.

nunc

nunc poſſidetur à Canonicis Regularibus Congreg. S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, per Bullam Julii Papę II. datam anno 1504. de ea paſſim Gabriel Pennottus in Hiſt. Tripartita, & Ughellus tomo 2. pagin. 523. necnon Syllabus MS. Abbatiarum ejuſd. Congregationis S. Salvatoris.

V. Piſis Abbatia titulo S. Savini de Montron dicta, Ord. ſive Congregationis Camaldulenſis, de ea Codex Taxar. Cameræ Apoſt. refert Ughellus to. 2. pag. 472. litteras Alexandri III. Papæ, qui ſedit anno 1159. pro lite orta inter Canonicos Piſanos, & Abbatem S. Savini, de cadavere Tancredi, Hiſt. Camaldulen. lib. 2. c. 44. ad annum 1261. loquitur de Abbate, & monachis Camaldulenſibus S. Savini Piſarum, ſive S. Sabini Piſarum parte 2. lib. 4. cap. 7. unita fuit militiæ S. Stephani, ut aſſeritur in Cod. Taxarum D. Paſſionæi.

VI. Abbatia tit. S. Donnini extra muros Piſanos, Ord. S. Benedicti, perpetuò unita Piſanæ Eccleſiæ; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ; in Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur Ordin. S. Benedicti, aliàs Vallis Umbroſæ, & unita Hoſpitali innocentum Florentiæ, per Clementem VIII. Papam, Pontific. anno 1. Sal. 1592.

VII. Abbatia titulo S. Stephani de Cimiterio, Ord. S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. & ibidem S. Stephani ultra auſerem, extra muros Piſanos, Ord. S. Benedicti, quæ mihi non videntur diverſæ, extabat ante tempus Martini V. Papę, qui ſedit anno 1417. In Codice Taxar. D. Paſſionæi; dicitur monaſt. S. Stephani ultra anſerem eſſe monialium, & unitum fuiſſe Univerſitati Capellanorum Eccleſiæ Piſanæ, per Pium II. Papam anno 1459.

VIII. Abbatia titulo S. Viti Piſis, aliàs S. Mariæ, & SS. Gorgonii, & Viti, Ordin. S. Benedicti, de qua fit mentio ad annum 1108. apud Ughell. tomo 2. pag. 454. & in Codice Taxar. Cam. Apoſt.

Abbatia S. Michaëlis, Diœc. Piſanæ. Vide ſuprà litt. D. verbo Diſcalceatorum.

IX. Piſis Abbatia tit. S. Matthæi, monialium, in cujus Eccleſiam, anno milleſimo centeſimo undecimo, ex inſula, cui nomen Mons Chriſti, translata ſunt corpora SS. Mamiliani, Luſtri, Vendemii, Aurelii, Ruſtici, Infantis, & Gobuldæi martyrum; ut aſſerit Ughell. tomo 2. pag. 436.

Piſauri Abbatia tit. S. Mariæ, Ord. ſive Congreg. Camaldulenſis, cujus anno circiter 1579. Abbas erat Maurus à Valle Tellina, ut teſtatur Auguſtinus Florentinus in Hiſtoria Camaldulenſi part. 2. lib. 4. cap. 33. *Peſaro* civitas in Ducatu Urbini, maritima, ad Adriaticum mare, & oſtia Iſauri fluvii, qui vulgò *Foglia*.

II. Piſauri Abbatia, ſive Monaſt. duplex, monialium Clariſſarum Ord. S. Franciſci, quod ex duobus coaluit, intra mœnia civitatis, unum tit. Corporis Domini, alterum tit. S. Claræ, cujus anno 1440. Mediolano veniens Beata Felix prima Abbatiſſa fuit, uſque, ad diem obitûs anno 1444. Erectum fuerat per Illuſtr. D. Baptiſtam Malateſta, & D. Eliſabetham ejus filiam; ut aſſerit Franciſcus Gonzaga in Hiſtoria Seraphica part. 2. pag. 218.

Piſtorium, ſeu Piſtoria, vulgò *Pi-*

Stola, civitas Etruriæ, ad radices Alpium, in plano ſita, ſuper *Stella* fluv. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Michaëlis Archangeli de Furculis, Ord. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. dicitur etiam de Furcule, & aliquando *de Furreul*, ſed corruptè; quam anno 1068. erexit Leo Epiſcopus Piſtorienſis; eâ tempeſtate ſita erat in ſuburbiis, hodie murorum continetur ambitu, & anno 1084. illam Congreg. Vallis Umbroſæ contulit, accedente Piſtorienſis Capituli conſenſu; vide Ughellum tomo 2. pag. 354. Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib. 2. cap. 45. vult olim fuiſſe Canonicorum Regularium, & vocat Abbatem S. Michaëlis Piſtorienſis; citatus Codex dicit unitam Congregationi S. Salvii ſitæ extra muros Florentinos, per Paulum II. Pontificatûs anno 2. Sal. 1465.

II. Abbatia titulo S. Fridiani de Piſtorio, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ.

III. Abbatia titulo S. Benedicti de Piſtorio, Ordin. S. Benedicti, unita Congregationi Montis Oliveti; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. fuit fundata ann. 1380. per Bartholomeum Franchi, & Guillelmum Guidotti Piſtorienſes optimates, dataque ſunt ei ad dotem augendam quædam bona Eccleſiaſtica; de ea loquitur Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 47.

IV. Abbatia tit. S. Bartholomæi civitatis Piſtorienſis, Ord. S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. hoc monaſter. unitum eſt Congreg. Lateranenſi, per Eugenium IV. Papam anno Sal. 1443. cujus unionis Bullam refert Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. pag. 640. ubi diffusè de ea loquitur.

V. Abbatia titulo S. Pauli ad ripariam de Piſtorio, Ord. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. unita eſt militiæ S. Stephani, eadem creditur cum Abbatia S. Pauli ad ripam Arni; de qua in citato Codice verbo Piſan.

Abbatia titulo S. Viti de Piſcaria, Ord. Ciſtercien. Diœc. Pennenſis, de qua ad annum 1266. Ughellus tom. 6. pag. 907. ubi aſſerit conditam ante annum 1200. & eſſe Abbatiæ Ferrariæ filiam. Sita eſt in Aprutio ulteriori.

Piſciæ Abbatia, ſive monaſterium titulo S. Michaëlis, monialium Ord. S. Benedicti, Diœc. Lucanæ, à Mathilda Comitiſſa fundatum extra, & prope muros oppidi. Ibi aſſervatur corpus S. Fortunatæ Virg. & mart. oppidum medium eſt inter Lucam, & Piſtorium, à Florentia triginta mill. paſs. diſtans, à Luca duodecim mill. paſs. à Piſtorio totidem ſuper fluvium Piſciam, illud per medium ſecantem. Vide Ughellum tomo 9. pagin. 998. exemptum eſt ab Epiſc. juriſdictione.

II. Piſciæ Abbatia tit. S. Mariæ, monialium, Ordin. S. Benedicti, anno 1559. ab ejuſdem oppidi communitate fundata, ubi jam hoſpitale tit. S. Mariæ ab Epiſcopi Lucenſis juriſdictione exemptum; fundationis inſtrumentum refert Ughellus tomo 9. pag. 1006.

Abbatia tit. S. Mariæ de Piſciano, aliàs de Picciano, Ord. S. Benedicti, unita Congregationi Montis Oliveti, Diœc. Aquilanæ, de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. fundata eſt an. 1051. per

per Bernardum Pennenſem; ſoli Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecta erat, cujus dotem plurimùm auxerunt varii fideles, & aliquibus Eccleſiis donaverunt, fuit in Commendam data, & renunciante Commendatario Abbate, per Alexandrum VI. Papam an. 1501. Abbatiæ S. Mariæ de ſuccurſu, extra muros Aquilanos ſitæ, Ordin. Montis Oliveti, unita, ut narrat Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 98. In Aprutio ulteriori.

Abbatia tit. S. Mariæ extra muros terræ Piſcinæ, Comitatûs Celani, de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ in Diœc. Marſorum, in Aprutio ulteriori. Piſcina oppidum eſt, ubi ſedes Epiſcopi Marſorum, ſeptem mill. paſſuum ab oppido Celano, Orientem hyemalem versùs, & duobus paſſuum mill. à lacu Fucino, qui vulgò *Celano*, versùs Orientem.

II. In eadem Piſcina civitate, Abbatia titulo S. Antonii, Congregat. Sylveſtrinorum, Ordin. S. Benedicti, ut refertur in Catalogo MS. Abbatiar. ejuſdem Congregationis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Michaëlis de Piſino, quod, privilegio dato an. 1248. Othoni Parentino Epiſcopo confirmat Innocentius IV. Papa. Vide Ughellum to. 5. pag. 371. *Piſin* duplex *vecchio*, & *novo*, utrumque triginta circiter millib. paſſuum Parentio diſtat, versùs Orientem, in Iſtria.

Abbatia tit. S. Mariæ *dello Pitere*, Diœc. Inſulanenſis, in Calabria ulteriori, de qua Ughellus to. 9. pag. 710. eam *del Patire* vocat, & Ordinis eſſe S. Baſilii aſſerit, anno 1613. Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi libro 1. paginâ 67.

Abbatia Pittinæi oppidi, in Sicilia, extra muros, titulo S. Lucæ, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Cephaludenſis, quam fr. Carclæus de Crione ejuſdem Ord. monachus, de bonis ſibi hæreditario jure debitis, fundavit, ac dotavit anno 1513. ſed temporis curſu, bonis diſſipatis, monachi ad ſuas cellas ſunt reverſi; ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 185. *Pittineo* viginti duobus paſſuum mill. à Cephaludenſi civitate diſtat, versùs Orientem, in regione, ſive valle *di Demona*.

Prope Pizzium, vulgò *Pizzo* Abbatia, ſive Monaſterium ſub tit. S. Brancatii, vulgò *S. Brancate* Tauromenienſis *Taormina* Epiſcopi, Ord. S. Baſilii; cujus adhuc viſuntur rudera, ut aſſerit Hieronymus Maraſioti *Croniche di Calabria* lib. 2. fol. 137. *Pizzo* oppidum ulterioris Calabriæ, ad mare Tyrrhenum, decem paſſuum millib. Mileto diſtans, versùs Aquilonem.

Abbatia S. Salvatoris de Placa. Vide ſuprà litt. F. verbo Francavilla.

Placentia, vulgò *Piacenza* civitas, ſui Ducatûs Placentini caput, ſuper Padum fluvium, non longè Trebiam fluv. excipientem. Ibi:

I. Abbatia titulo S. Nicolai, & S. Antonii Placentiæ, cujus ann. 1638. Abbas erat Joannes Baptiſta Sfondratus Papienſis Epiſcopus. Vide Ughel. tomo 1. pag. *47.

II. Abbatia titulo S. Sabini, ſeu Savini Placentini Epiſcopi, cujus Eccleſia, cum ex Pannonica rabie conflagraſſet, eam ànno 903. Everardus Epiſcopus de novo ædificavit, & ibid. monachos, Ordin. S. Benedicti, ſub

Grimalco primo Abbate, inſtituit, & dotavit; ut refert Ughellus tomo 3. pag. 253. & pagin. 272. ubi celebre Alexandri III. Papæ, in hujus Abbatiæ favorem, videtur privilegium; Ord. itaque eſt S. Benedicti, & nunc unita Collegio Anglorum Urbis Romæ, unà cum Prioratu S. Victoriæ; ita Codex Taxarum D. Paſſionæi.

III. Abbatia titulo S. Sepulchri, Ord. S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. quam Dionyſius Placentinus Epiſcopus excitavit; anno Sal. 1056. inſtitutionis inſtrumentum vide apud Ughellum tom. 3. pag. 259. fuit data in Commendam, tandem Alexander Mariani *di Carpi* ejus Commendatarius renunciavit anno 1484. & per Breve Sixti IV. Papæ conceſſa eſt monachis Congregat. Montis Oliveti, qui in aliam, ſive meliorem formam illam reſtituerunt. Vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 112.

IV. Abbatia titulo S. Benedicti, quod monaſter. vocatum eſt olim Sancti Marci, Ord. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, & unita Congreg. Lateranenſi, ut fert Codex Cameræ Apoſt. extabat anno 1112. teſte Ughello to. 4. pag. 186. Ibi monaſticam vitam profeſſus eſt Ardericus Laudenſis Epiſc. pag. 903. ejus mentio fit in Bulla Alexandri III. Papæ datâ ann. 1176. apud eundem Authorem tomo 2. pag. 284. Innocentius III. Papa anno 1199. declarat hoc monaſt. ad Eccleſiam Parmenſem pertinere, Ordinis primitus fuerat S. Benedicti, ſed ab Eugen. IV. Papa, ſub titulo S. Auguſtini facta anno 1431. data eſt Canonicis Congreg. Lateranenſis. Tandem propter munitiones civitatis deſtructa, intra civitatem translata fuit, ubi priùs monaſt. monialium S. Mariæ de Nazareth, ubi etiam nunc eſt; ut aſſerit Gabriel Pennottus, Hiſtoriæ Tripartitæ libro 3. cap. 16. & cap. 18.

Placentiæ Abbatia titulo S. Marci, de qua Ughellus tomo 4. pag. 186. eadem, quæ ſuprà tit. S. Benedicti.

Placentię Abbatiale Cœnobium tit. Sancti Auguſtini, inter Italica Collegia præcipuum, de quo Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 2. cap. 22. Congregat. Lateranen. eadem, quæ ſuprà tit. S. Benedicti.

V. Abbatia titulo S. Sixti, Ord. S. Benedicti. de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. fuit primitus ſub titulo S. Reſurrectionis Domini, fundata pro monialibus, ab Angilberga Imperatoris Ludovici Junioris, ſive ſecundâ repudiatâ uxore, anno 852. quæ ibid. religioſam vitam duxit; ut ſcribit Sigonius ab Ughello tomo 4. pag. 950. citatus, & anno 853. prima Abbatiſſa Cunigunda, & ultima an. 1059. Frebonia; ann. verò 1112. primus Abbas Odo, à Comitiſſa Mathilda inſtitutus, ſeriem Abbatiſſarum, & Abbatum vide apud Arnaldum Wion in lib: Ligni vitæ pag. 198. de ejus Eccleſia loquitur Ughellus ad ann. 1185. unita eſt Congregationi S. Juſtinæ de Padua per Martinum V. Papam anno 1425. de hujus ſitu, & laudibus opuſculum edidit Felix Paſſerus, anno citato 1185. ejus Abbas erat Gandulphus Cardin. ut notat Ciaconius pag. 1128.

VI. Placentiæ Abbatia tit. S. Alexandri, Ord. S. Benedicti, quam anno 1199. Innocentius III. Papa Bullâ ſua declarat ad Eccleſiam pertinere

Pla-

Placentinam; ut refert Ughell. to. 3. pag. 275. de ea omnes Codices Taxar. Cameræ Apoſtolicæ, in ultimo legitur S. Alexandri de Placentia.

VII. Placentiæ Abbatia tit. S. Euphemiæ, Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris Bononiæ, quæ cum cura animarum, ſub Innocentio VIII. Papa, ipſis data fuit anno 1490. ut aſſeritur in Catalogo MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

VIII. In civitate Placentina Abbatia titulo S. Michaëlis, monialium, cujus Abbatiſſa fuit S. Victoria ſoror S. Sabini Placentini Epiſcopi, qui objit ante annum 443. ut obſervat Ughell. tomo 3. pag. 247.

IX. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Thomæ Apoſtoli prope Placentiam, Ord. S. Benedicti, cujus mentio fit in diplomate Rachis Longobardorum Regis anno 746. ut refert Ughell. tomo 3. pag. 243.

X. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Syri confeſſoris prope Placentiam, cujus mentio fit anno 746. in diplomate Rachis Longobardorum Regis, Ordin. S. Benedicti; ut refert Ughellus tom. 3. pag. 249. & an. 1199. in Bulla Innocentii III. Papæ, aſſeritur eſſe monaſter. Puellarum, & ad Placentinam Eccleſiam pertinere; hujus Abbatiſſa Sancta Franca, de familia Comitum de Vit'alta, floruit ſanctitate, Ord. erat Ciſtercienſis; ut refert Sylv. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 2. pag. 143.

XI. Intra civitatem Placentinam Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Salvatoris de Pulſano, ſive de Ponzano, quam ad ejus Eccleſiam pertinere declarat Innocentius III. Papa per Bullam datam anno 1199. ut refert Ughell. to. 3. pag. 275.

Abbatia, ſeu vetus monaſterium tit. S. Mariæ de Placet, Ord. S. Baſilii in ulteriori Calabria, inter Poliſtinam, & Droſi in planicie, cujus adhuc viſuntur veſtigia; ut refert Hieronym. Marafioti *Cronicbe di Calabria* lib. 2. cap. 14. fol. 117.

Abbatia S. Rocchi de Placia; vide ſuprà litterà F. verbo Sancti Mariæ de Fundro.

Abbatia titulo S. Mariæ de Placii, Diœc. Cenetenſis, de qua vetus Cod. Taxæ Cameralis, de ea ſilent alii Taxarum Codices; ſita erat in Marchia Tarviſina.

Abbatia de Plaga, Ordin. Ciſtercienſis, Diœceſis Venetenſis, hoc eſt Venetiarum, cujus mentionem facit Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordin. recenſetur in veteri Codice Taxæ Cameralis, ſub tit. eſt S. Mariæ de Plaga.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Michaëlis de Plajano, in inſula Sardiniæ, quod, ut patet ex Bulla Anaſtaſii IV. Papæ datâ ann. 1153. pertinebat ad Eccleſiam B. Mariæ Piſarum Metropolitanam; ut obſervat Ughell. tomo 2. pag. 460. Abbatia eſt Ordin. Vallis Umbroſæ, ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. eam recenſet Alex. III. Papa, in ſua Bulla data anno 1176. inter monaſter. ejuſdem Ordinis apud eundem Ughell. eod. tomo pag. 284. unita nunc eſt magiſtris, qui ſcholas Grammaticales regere debent in civitate Saſſarenſi, & Diœceſis eſt Turritanæ; ut fert Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Ab-

Abbatia Plaidela nuncupata; vide ſuprà litt. C. verbo Sancta Maria de Corſica.

Abbatia Planetæ. Concilio Romæ celebrato anno 1049. ſub Leone IX. Papa interfuiſſe dicitur Savinus Abbas Planetæ. Vide Ughellum to. 4. paginâ 638.

Abbatia titulo S. Mariæ de Planis, Ordin. Ciſtercien. Diœc. Cenetenſis in Marchia Tarviſina, tempore Eugenii IV. Papæ, qui ſedebat an. 1431. de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Petri de Planiſio, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Beneventanæ; cui ann. 1252. Innocentius IV. Papa concedit privilegium, quo in protectionem immediatam S. Sedis Apoſt. monaſt. ſuſcipit, eique confirmat duodecim Eccleſias, & nonnulla caſtra juriſdictionis ejuſd. monaſterii, quod tandem per Nicolaum V. Papam, exactis monachis, Eccleſiæ Beneventanæ Capitulo fuit unitum; ut refert Ughellus tomo 8. pag. 212. eadem, quæ dicitur in Planitiâ, in territorio S. Heliæ, taxata anno 1608. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi; ſita eſt in Principatu ulteriori; ejus Abbas uſum habebat Mitræ, & Baculi Paſtoralis; ita Pompeo Sarnelli pag. 132.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Valentini in Plano, cujus ante annum 1432. Abbas Commendatarius erat Albertus de Albertis Florentinus. Vide Ughellum tomo 1. pag. 608.

Abbatia titulo S. Joannis in Plano, Ord. primitus S. Benedicti, Diœceſis Lucerinæ, poſt Congregationis Cœleſtinorum; attributa S. Petro Cœleſtino, ſive, ut tunc appellabatur fratri Petro de Murrono, à Nicolao IV. Papa, anno Sal. 1292. quam idem Sanctus, ad Pontificatum evectus, perpetuò ſuæ Congregationi univit, cujus titulum modo gerit ille, qui vices Abbatis Generalis in Abbatia Murronenſi prope Sulmonem ſuſtinet, dum ipſum ab hac Abbatia abeſſe contingit; ſic refert D. Cœleſtinus Guicciardini in ſua Relatione MS. S. Joannis de Plano Abbas erat anno 1294. Thomas de Ocra, tunc à Cœleſtino V. Papa Cardinalis creatus; hinc conſtat ipſum primum fuiſſe in ea hujus Congregationis Abbatem. Vide Ciaconium to. 2. pag. 286. Sita eſt in Apuliæ parte, nunc Capitanatâ nominatâ.

Abbatia B. Mariæ de Plano, vide ſuprà S. Stephani de Marſico; verbo Marſicum num. I.

Abbatia titulo S. Mariæ de Plavi, ad cujus Abbatem ſcribit anno 1243. Innocentius IV. Papa, ut, cum Epiſc. Civitatis Novæ, Raynaldum poſtulatum Epiſcopum Caprularum confirment; ut refert Ughellus tomo 5. paginâ 1409. vereor ne eadem ſit cum Abbatia Sanctæ Mariæ de Plaga, de qua ſuprà.

Abbatia tit. S. Michaelis de Playano, Ord. ſive Congregat. Vallis Umbroſæ, Diœceſis Novarienſis, tempore Martini V. Papæ, qui ſedebat anno 1417. Sic Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Victoris de Plebe Roſaria, vulgò *della Pieveroſaria*, in territorio Camerinenſi, quam Innocentius VII. Papa (qui ſedebat anno 1404.) per Bullam dedit monachis Congreg. Montis Oliveti Fabrianenſis Abbatiæ S. Catharinæ; ut refert Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 53.

pag. 53, forſan Abbatia, cujus nomen non exprimit Anton. Magin. prope *Pieve fiveri*, quatuor paſſuum mill. Camerino ad Orientem.

Abbatia, ſive Monaſterium Plumbariolæ, monialium Ord. S.Benedicti, quatuor mill. paſſuum à Monte Caſino, in Campania Felice, ſive in Terra Laboris, quod à S. Scholaſtica S. Benedicti ſorore ferunt ædificatum; fundatum fuit ann. 750. à Theſia conjuge Rachiſii Regis Longobardorum, & Ratrude eorum filià, quæ ibidem monaſticam vitam ſunt amplexatæ; ita Leo Oſtienſis, & Chronicon Caſinen. lib. 1. cap. 8. S. Scholaſticam ejus primam fuiſſe Abbatiſſam tradit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. paginâ 224. vulgò *Piumarolo*, nunc ſolo æquatum, bona verò ſunt Abbatiæ Caſinenſi attributa.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S.Ceciliæ in caſtro Plumbinariæ, quod Lucius III. Papa, Privilegio dato anno 1182. confirmat Petro Signino Epiſcopo, & ſub protectione Sancti Petri recipit; ut refert Ughellus in Appendice tomi 3. pag. 1067. unde clarum eſt fuiſſe in Latio.

Abbatia tit. S. Michaëlis in Podio, Ord. ſeu Congreg. Vallis Umbroſæ, Diœceſis Senenſis, de ea Cod. Taxar. Cam. Apoſtol. fuerat unita huic Congregationi per Paulum II. Papam, Pontific. ann. 2. Sal. 1466. nunc unita eſt militiæ S. Stephani per Pium IV. Papam anno 1565. ut aſſeritur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Podio Bonzi, aliàs Podio Bonici, ſeu Bonitii, ſive etiam de Podio Bontii, vulgò *Poggio Bonzi*, Ordin. S. Benedicti, Diœc. primùm Florentinæ; nunc Diœceſis Collenſis, de qua Ughellus, & Codex Taxarum Cam. Apoſt. nunc Abbatem habet Commendatarium; dicitur unita monaſterio Paradiſi, aliàs S. Salvatoris, ſeu S. Brigidæ, monialium Ord. S. Auguſtini Florentino; ita Codex Taxar. D. Paſſionæi; ſita eſt in Dominio Florentino, quatuordecim mill. paſſuum Senâ diſtans, versùs Solis Occaſum.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini in Pojo, quod Greg. VII. Papa dedit Lamberto Bononien. Epiſcopo, cujus Diœc. erat anno 1073. vide Ughellum tomo 3. pag. 18.

Ante Polenſem civitatem Iſtriæ extra muros, in monte, Abbatia tit. S. Michaëlis, & S. Clementis mart. Ord. S. Auguſtini, cujus Abbati, & monachis ſua bona donârunt Sigefredus, & Heliza coniuges, Parentinæ civitatis nobiles cives anno 1118. donationis inſtrumentum vide in Ughell. tomo 5. pag. 456.

Abbatia vulgò *del Poleſine*, extabat ante annum 1212. de ea loquitur Bartholomæus Leonicenus Notarius Ateſtinus fol. 103. Hiſtoriæ Ateſtinæ MS. quæ eſt in Bibliotheca D. Cartari.

Abbatia in loco Poliola dicto, & ſolitario, monialium Ordin. Ciſtercienſis, quibus Arduinus Taurinenſis, Epiſcopus, ante annum 1202. donavit Eccleſiam Sancti Stephani prope villam Faletorum dictam, ut refert Ughellus tomo 4. pag. 1471. Diœc. tunc Taurinenſis, poſtea Diœc. Montis Regalis, quas moniales è Poliola Montem Regalem adduxit, circa annum 1594. Antonius hujus civitatis Epiſcopus; vide ibid pag. 1532.

Po-

Politium, vulgò *Politio*, ſive *Caſtel Polizzi*, in Sicilia, Diœc. Cephaludenſis in regione, ſive valle *di Demona*, viginti quinque paſsuum millib. à Cephaludenſi civitate, versùs Meridiem. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Petri de Politio, Ord. S. Benedicti, Prioratus olim ab Abbatia S. Martini de Scalis dependens, cui, per Ferdinandi Regis diploma, Franciſcus Guaſtalaqua datus eſt Abbas Commendatarius ann. circit. 1480. & ad S. Martinum reverſi ſunt monachi; ut refert Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 210.

II. Abbatia tit. S. Crucis de Politio, Ord. S. Benedicti, quæ primùm Prioratus, poſt Abbatia facta, denique Prioratus; ejus Abbas an. 1470. erat Palmerius Adrana, & an. 1613. Petrus Garnutus; ut ſcribit Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ paginâ 126. & 210.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Virg. ſitum in Ponte Pollicorii, quod Boamundus, filius Boamundi Antiochenorum Principis, dat Abbatiæ de Carbono, ſeu Carbona anno mundi 6633. & ſequenti anno donationem confirmant Alexander de Claromonte, & Ricciardus frater ejus; apud Ughellum to. 7. pag. 115. 116. & 117. forſan *Policaro* in Baſilicata, ad fluvium *Agri*, octo millibus paſſuum à Turſienſi civitate versùs Meridiem. Boamundi donationem vide in Hiſtor. Monaſterii Carbonenſis pagin. 146. & pagin. 153. ubi Pollicorum civitas appellatur.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Polomino, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Reginenſis; ita refertur in veteri Codice Taxæ Cameralis; in Calabria ulteriori.

Polymnianum, vulgò *Polignano* civitas Apuliæ, olim Peucetiæ littoralis, in præcipiti rupe poſita, nunc in Regni Neapolitani provincia, terra Barienſis *di Bari* dicta. Vocatur etiam Polynianum.

I. Abbatia tit. S. Petri Polymniacenſis, Ordin. S. Benedicti, unico à Polymniano civitate milliario, in loco Marianus dicto, anno 672. conſtructa à Florentia Heroina, quo anno corpora SS. Viti, Modeſti, & Creſcentiæ huc tranſtulit, & recondidit; ut refert Ughellus tomo 7. pag. 1014. & ſeqq. vocatur ſæpè monaſter. Marianum, ſive S. Viti in Polignano in Codice Taxarum Cam. Apoſt. dicitur, ſed corruptè S. Viti de Polonia; unita fuit Sacriſtiæ domûs Eccleſiæ SS. Apoſtolorum de urbe Roma, primùm à Julio II. Papa, deinde à Sixto V. per litteras datas an. Pontific. 5. Sal. 1590. ut videtur in Cod. Taxar. D. Paſſionæi.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri, monialium Ordinis Ciſtercienſis, à Joanne Vincentio *della Tolfa* Polymniani Domino fundatum anno 1585. ut obſervat Ughellus tomo 7. pag. 1014.

III. Abbatia olim, ſive monaſt. titulo S. Benedicti, monialium, in civitate Polymniani ſitum, cujus anno 1266. Eccleſiam Rodulphus Albanenſis Epiſcopus, & Legatus Apoſtolicus, de mandato Clementis IV. Papæ, Pontificatûs anno 2. concedit monialibus Ordinis Sancti Benedicti, civitatis Cuperſanæ; ut notat Ughell. tomo 7. pag. 959.

Ab-

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ in Pompoſa, quod Ravennatis Eccleſię Archiepiſcopi poſſederant, uſque ad annum 1001, quo Otho III. Imp. per concambium, ab ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopi juriſdictione eximit, & ut monachi de ſuis qualem voluerint Abbatem eligant, ab Epiſc. Comaclenſi conſecrandum; ut refert Ughellus tomo 3. pag. 357. illud pluribus bonis, & privilegiis auxit Gebeardus Ravennaten. Archiepiſcopus, qui, & ibi fuit anno 1044. tumulatus. Anno verò 1063. Henricus IV. Rex, illud ſub juriſdictione Archiepiſcopi Ravennatis eſſe declarat. Ibidem pagin. 362. dicitur quoque de Pompoſia, fuitque unitum Congregat. S. Juſtinæ de Padua per Innocentium VIII. Papam anno 1492. unde conſtat Ordinis fuiſſe S. Benedicti, denique fuit extinctum; Diœceſis erat Comaclenſis; ita Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. ſita erat in Statu Ferrarienſi tredecim paſſuum mill. à Comaclenſi civitate, versùs Aquilonem. Circa ann. 1049. Guido Abbas de Pompoſa Comitem Bonifacium ab Hæreſi Simoniaca revocat, & ad pœnitentiam recipit. Vide *le memorie di Mathilda*. Authore Fiorentini lib. 1. pag. 43.

Abbatia tit. S. Mariæ de Ponſerto, Ord. Ciſtercien. Diœc. Cajetanæ; de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. in Campania Felice, nunc Terrâ Laboris dictâ.

Abbatia titulo S. Maximiliani vocatur etiam S. Mamiliani ad Pontem, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Caſtrenſis *Caſtro*, Salentinorum in Regni Neapolitani provincia, terrâ Hydrunti *d'Otranto* dictâ; fuit unita menſæ Epiſcopali Caſtrenſi per Innocent. VIII. Papam, Pontific. anno 6. Sal. 1489. de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia, ſive Monaſter. in Ponte Longo, cum tota eadem curte per Comitatum Mutinenſem; de quo ad annum 1096. Chronicon Caſinen. lib. 4. cap. 18. forſan *Ponte Lungo* vicus ad *Brenta* fluv. duodecim paſſuum mill. Paduâ diſtans, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia titulo S. Pontiani, vide ſuprà litt. L. verbo Lucca pag. 193. vide etiam Franciſcum Maria Fiorentini libro, cui titulus eſt *le Memorie di Mathilda la gran Conteſſa* lib. 1. paginâ 116. & 130. iterum lib. 3. pag. 162.

Abbatia tit. S. Pontii Cemelenenſis Epiſcopi, & martyris, vulgò *S. Pons*, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Nicienſis, & prope civitatem Niciam, à Carolo Magno Imp. ædificata, & magnificè Comitatu Cemenelenſi dotata, poſt effundatam Cemenelen. civitatem; ubi monaſticam vitam duxit circa an. 775. primus ejus Abbas, & fundator S. Syagrius, ejuſdem Caroli Magni nepos, qui inde extractus anno 777. factus eſt Nicienſis Epiſcopus, & poſtmodum in hac Abbatia tumulatus; de ea Chronicon Lyrinenſe, & Ughellus tom. 4. pagin. 1546. & 1547.

Abbatia S. Mariæ de Pontio, aliàs Poncio, ſive inſulæ Pontianæ, Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Cajetanæ, in Regno Neapolitano, de ea Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordin. ejus monachus, & Abbas fuit Antonius, anno 1392. factus Sueſſanus Epiſc. vide Ughellum tom. 6. pag. 682. eam recenſet Gaſpar

Jongelinus de Abbatiis Italiæ ejuſdem Ordinis num. 13. vulgò *Iſola di Ponza*, contra Tarracinam in mari Tyrrheno.

Abbatia tit. S. Jacobi de Pontida, ſive Pontita, Ord. S. Benedicti, Congregationis Cluniacenſium, quam fundavit S. Albertus, in hac Abbatia jacet Thetbertha Lotharii Francorum Regis uxor; ut aſſerit Ughellus to. 4. pagin. 591. huic Abbatiæ plura bona contulit Gregorius Bergomenſis Epiſcopus, in cujus eſt Diœceſi, & antea in ea vitam monaſticam fuerat profeſſus anno 1186. Lanfrancus itidem Bergomen. Antiſtes vide ibidem pagin. 669. data poſtea fuit in Commendam. Unita eſt Congregationi S. Juſtinæ de Padua per Alexandrum VI. Papam anno 1493. anno quo conſtructa fuit Eccleſia vide 1119. Diœceſis erat Mediolanenſis, ut dicit Hieronymus à Corte lib. 5. pag. 239. Denique fuit extincta; vulgò *di Pontide di Bergamo*.

Abbatia, ſive Monaſter. Pontidii, in quo poſitus eſt Luitprandus Presbyter, qui per ignem Simoniam probavit Groſſulani Mediolanenſis Archiepiſcopi anno 1104. ut refert Ughellus tomo 4. pagin. 185. fortè eadem cum præcedenti.

Abbatia, ſive Cœnobium Abbatiale titulo S. Stephani de Ponticulo, Diœceſis Bononienſis, Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregat. Lateranenſis, ſexto circiter milliario versùs Meridiem à civitate diſſitum, de qua Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib. 2. cap. 23. hanc Eccleſiam in Abbatiam erexit Pius V. Papa anno 1568. & in ea ſimul Canonicos Lateranenſes introduxit; vide apud eundem lib. 3. cap. 45. vulgò *Pontecchio*.

Abbatia de Ponzano, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Civitatis Caſtellanæ *Città Caſtellana*, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. Pontianum Ordin. S. Benedicti; ſcribit Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo; unita eſt Abbatiæ trium Fontium, ſive S. Anaſtaſii, Ord. Ciſtercienſis prope Romam urbem; ita Codex Taxarum D. Paſſionæi; ſita eſt in Tuſciæ parte Patrimonium S. Petri dictâ, ad dextram, & Occiduam Tyberis fluv. ripam; decem mill. paſſuum à Civitate Caſtellana, versùs Orientem, & decem, ac ſeptem mill. paſſuum ab urbe Roma, versùs Aquilonem.

Abbatia titulo S. Mariæ Poplenæ, monialium Ord. ſive Congregationis Camaldulenſis, Diœceſis Feſulanæ, quam in campo, qui dicebatur Arni, poſuit Azo Ordinis Præpoſitus, anno circiter 1133. ad inſtantiam Imildæ fundatricis, & Guidonis Comitis conjugis, & voluntate ipſius prima Abbatiſſa conſtituta eſt Sophia nobiliſſima fœmina; poſt mortem Imildæ, moniales loco ceſſerunt, ad Pratum vetus ſeſe receperunt; hanc Abbatiam priùs anno videlicet 1099. cum omni ſuo jure, & fundis, ac bonis, huic Ordini obtulerat Albertus Guidonis Caſentinorum Comes; ita Hiſtoria Camaldulenſis lib. 1. cap. 60. & lib. 2. cap. 9.

Abbatia titulo S. Mariæ de Populo, in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ legitur S. Mariæ de Popſi, in veteri Codice Taxæ Cameralis de Ipoſi, Ord. S. Baſilii, Diœc. Hieracenſis in Calabria ulteriori; datur in Commendam; ut refert Ughel. to. 9. pag. 546.

Ab-

Abbatia titulo Sancti Salvatoris, & B. Quirici Populonienſis, Ord. S. Benedicti, cujus Abbatem Albertum, cum monaſterio, & poſſeſſionibus, ſub tutela S. Petri aſſumit Cœleſtin. II. Papa, Bullâ datâ anno 1143. quam vide apud Ughellum tom. 2. pag. 788. Diœc. Populoniæ, diciturque aliquando ſimpliciter S. Quirici Populoniæ, Diœceſis Maſſenſis. Maſſa enim, & Populonia eadem Sedes eſt Epiſcopalis. Ann. 1258. Rogerius Maſſæ Epiſcopus, amotis propriâ authoritate monachis, Abbatiam dedit Priori, & fratribus Eremi S. Guillelmi Groſſetanæ Diœceſis; vide ibidem pag. 792. erat in Etruriæ Statu Plumbinenſi.

Abbatia tit. S. Mariæ de Porcinis, Diœc. Tiburtinæ *Tivoli*, de qua Cod. Taxarum Cameræ Apoſtol. unita eſt monaſt. S. Mariæ in Silice, ſito extra caſtrum Vallis Montoni, Signinę Diœceſis; ut fert Codex Taxarum D. Paſſionæi. *Porcilis* terra, ſeu vicus in Latio, quindecim millibus paſſuum à Tibure, Orientem æſtivum versùs.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ in Portu, Ord. S. Benedicti, Diœc. Ravennatenſis, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. ſed apud Ughell. tom. 3. pag. 379. in Bulla Gregor. IX. Papæ, datâ anno 1228. dicitur Canonica S. Mariæ in Portu, ſub juriſdictione Ravennatis Epiſcopi; à Theodoſio, & Placidia Auguſta conſtructam aſſerit Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico pag. 50. fuit ibi initium Congregationis Canonicorum Portuenſium, cujus Superiorem vocat Abbatem Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 47. pag. 456. columnâ 2. Ravennâ diſtat duobus paſſuum millib. versùs Meridiem.

Abbatia, ſeu Monaſterium titulo S. Mariæ in Portuno, quod an. 1224. Monaldo Epiſcopo Foroſempronienſi confirmat Honorius III. Papa, & ſub protectione S. Sedis Apoſtolicæ recipit; dicitur aliàs de Portino, cujus bonorum medietatem menſæ Epiſcopali Foroſempronienſi, in cujus Diœceſi erat, unitam pacificè poſſidendam Gentili Epiſcopo relinquit Alexander IV. Papa ann. 1255. Vide Ughellum to. 3. pag. 913. & 917. in Urbini Ducatu.

Abbatia in Portu Romano, ad Oſtium Tyberis fluvii, extabat anno 590. de qua S. Gregorius Papa, Dialog. lib. 4. cap. 26. Portus, vulgò *Porto* civitas exciſa, ſexdecim millibus paſſuum ab urbe Roma diſſita, in parte Etruriæ, Patrimonium S. Petri vocatâ.

Abbatia titulo S. Severi, Ordinis Præmonſtratenſis, Diœc. Portuenſis, & S. Rufinæ Eccleſiarum unitarum; ſic aſſeritur in Codice Taxar. D. Paſſionæi; iſtæ Diœceſes ſunt in Etruriæ parte, quam vocant Patrimonium S. Petri.

Abbatia Portus Veneris dicta, de qua loquitur S. Gregorius lib. 4. ep. 17. Vide infrà litterâ V. verbo S. Venerei de Tyro.

Abbatia S. Mariæ de Poſitano; vide ſuprà S. Mariæ de Paſſetano.

Abbatia titulo S. Damiani de Portu Regio, Diœc. Peruſinæ, in Etruria; ut refert Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 280.

Abbatia *di Poſſeveri*, in Comitatu Lucenſi, cujus anno 1104. Abbas erat quidam Petrus, quo in ejus favorem ju-

judicat, & locum quemdam Dominii Lucenſis attribuit Mathilda Comitiſſa; ut aſſerit Franciſcus Maria Fiorentini *nelle Memorie di Matilda Conteſſa* lib. 2. pag. 286.

Abbatia titulo S. Andreæ della Poſterla, aliàs de Poſtierla; vide infrà verbo Volaterra.

Abbatia titulo S. Mariæ ad pedem Potentiæ, Epiſcopalis exciſæ, cujus veſtigia Lucas Holſtenius in Annotationibus Geographicis pag. 15. ſe vidiſſe aſſerit, haud procul à portu Recanatico, & pag. 134. in Italiam antiquam, dicit hæc veſtigia apparere, ultra dextram fluminis Potentiæ ripam, & ſupereſſe nomen in proxima Abbatia, quæ S. Mariæ ad pedem Potentiæ dicitur, ubi veteris pontis arcus lapideus conſpicitur; locus ille mille paulò ampliùs paſſibus à Recanatenſi portu diſtat; *hæc ille*; in Piceno, ſive Marchia Anconitana.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Lucæ, monialium, Diœc. Pontentinæ, unitum Eccleſiæ Epiſcopali Potentinenſi; ut refert Codex Taxar. Cam. Apoſt. civitas Potentia, vulgò *Potenza*, olim Lucaniæ, nunc in Regni Neapolitani provincia, Baſilicatâ dictâ, ad fontes *Baſienta* fluvii.

Abbatia titulo S. Mariæ de Pozzalia, quam eamdem crediderim cum Abbatia S. Mariæ de Putralia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Sabinenſis, cujus mentio fit ad ann. 1446. & cujus Abbas Commendatarius Georgius Maccafanus Hortanus Epiſcopus an. 1498. ut refert Ughellus tomo 1. pagin. 802. ipſamet eſt Abbatia S. Mariæ de Puteali, de qua Codex MS. Taxarum Cameræ Apoſt. in veteri Codice Taxæ Cameralis legitur de Putealia, Diœc. Sabinenſis; in MSS. Bibliothecæ Alterianæ de. Pozzaglia Româ diſtat triginta quatuor mill. paſſuum, versùs Boream in territorio Sabinenſi.

Abbatia tit. S. Petri de Præcipiano, ſive caſtri Præcipiani, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Derthonenſis, quam Adrianus IV. Papa, Bullâ datâ anno 1157. tanquam hujuſce Diœceſis, ſub Sanctæ Sedis protectione ſuſcipit. Vide Ughellum tomo 4. pag. 861. In Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ perperam dicitur de Papiano, aut Pripiano, aliàs Percipiano. Anno 1125. Laudenſi Epiſccpo attribuitur per Olricum Mediolanenſem Archiepiſcopum, unita fuit Abbatiæ S. Victoris Mediolanenſis, per litteras Leonis X. Papæ, anno Pontific. 9. vide ibidem pag. 905. Ord. eſt, ſive Congregationis Montis Oliveti, quippe quæ ab eodem Papa, eodemque anno Salutis 1521. Olivetanis data; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 201.

Abbatia, ſive Monaſterium caſtri Prætorii, quod Joannes Criſpanus de Rocha Epiſcopus Theatinus uniri curavit monaſterio S. Mariæ Magdalenæ monialium civitatis Theatinæ, anno circiter 1327. ut obſervat Ughel. tomo 6. pag. 923. Situm erat in Aprutio. Abbatiam S. Mariæ de Pretorio, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis *Città Caſtella*, recenſet vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Pratalea, ſeu Pratalia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Patavinæ; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ, quam ædificavit anno 1123. D. de Maltraverſo Comes

Mon-

Montis Belli . Anno 1401. Joannes Tergeſtinus Epiſcopus, Patria Patavinus , Ordin. S. Benedicti , Abbas erat S. Mariæ de Pratella ; ut refert Ughellus tom.5. pag.506. Calliſtus II. Papa univit illam Abbatiæ S. Benedicti Mantuanæ, unione ruptâ, Martinus V. Papa anno 1429. Abbatem fecit Antonium Caſale ; vide Angelum Portenari *nella felicità di Padova* lib. 2. cap. 11. pagin. 77. Unita fuit Congregationi S. Juſtinæ de Padua anno 1448. vocatur vulgò *de Praglia*, urbs eſt ſita in montibus Euganeis, ſexto à civitate Paduana milliario.

Abbatia tit. S. Mariæ de Pratalia, Diœc. Aretinæ, Ord. ſive Congreg. Camaldulenſis, quam anno 1009. inſtituit Elimpertus , ſive Humbertus Epiſcopus Aretinus ; ut aſſerit Ughel. tom. 1. pag. 462. iſti Abbatiæ aliquot latifundia dedit Conſtantinus Aretinus Epiſcopus annis 1071. & 1084. Vido pariter Epiſcopus Aretinus illam bonis quibuſdam inveſtivit anno 1124. hæc Abbatia propter bella Caſentinarum, ſæpè diruta, & reædificata; ſic Camaldulenſibus erepta, & reſtituta. Vide Hiſtoriam Camaldulenſem lib. 2. cap. 12. in Etruriæ Dominio Florentino.

Abbatia titulo S. Mariæ de Prato, aliàs S. Mariæ de Grignano, apud Pratum urbem, Diœc. Piſtorienſis, Congregationis Vallis Umbroſæ, de qua mentio fit in Indice Bullæ Alexandri III. Papæ, datæ anno 1176. apud Ughellum tomo 2. pag. 284. *Prato* in Etruriæ Dominio Florentino novem paſs. mill. Piſtorio *Piſtoia* diſtans, versùs Orientem ſuper *Biſentio* fluv. vide ſuprà verbo S. Mariæ de Grignano.

Abbatia titulo S. Nicolai de Prato, in Commendam dari ſolita, Diœc. Hieracenſis in Calabria ulteriori; ut refert Ughel. to. 9. pag. 546. *S. Nicolò* ſex paſſuum millib. ab Hierace diſtat, versùs Meridiem.

In loco, qui dicitur Pratum Cardoſum, Abbatia, ſive Monaſterium Heremitarum à S. Dominico Loricato fundatum, initio undecimi ſeculi, & à Gualterio Comitis Borelli nepote monaſter. Caſinenſi oblatum circa annum 1006. ita Chronicon Caſinen. lib. 3. cap. 39.

Apud Pratum, Abbatia Ordinis, ſive Congregationis Montis Oliveti, cujus initia fuerunt anno 1406. quò, Bartholomæus Franchi Piſtorienſis civis moriens, bona ad hoc conſtruendum monaſt. teſtamento reliquit; de ea Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 55. Prati ſitum; vide ſuprà verbo S. Mariæ de Prato.

Apud Pratum vetus, vulgò *Prato vecchio*, Abbatia monialium Congregationis Camaldulenſis, de qua ad annum 1431. loquitur Ambroſius Generalis Camaldulenſium in ſuo Hodœporico pag. 8. erant primitùs apud Baſilicam S. Mariæ Poplenæ, quam dereliquerunt, & ad Pratum vetus venientes, primùm in loco, ubi nunc prætorium extat ſteterunt, uſquequo demum ad Regiam Comitum, ab ipſis ſibi donatam tranſiere. Vide Hiſt. Camaldulenſem pagin. 152. & 153. quatuor paſſuum millib. à Camalduli Heremo diſtat, Occidentem hyemalem versùs, in Statu Florentino.

Abbatia tit. S. Nicolai de Preggio, in Diœceſi, & Territorio Peruſino, ad quam ann. circiter 1069. è fonte Avel-

lana S. Petrus Damiani monachos, qui incolerent adduxit. Illam eſſe Patrum Eugubinorum celebrem Abbatiam, hoc eſt S. Petri de Eugubio aſſerit Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato paginâ 74. dependet nunc ab Abbatia S. Bartholomæi de Campo Reggiano. *Preggio* vicus undecim paſſuum mill. Peruſio diſtans, versùs Aquilonem, paulò ad Occaſum, & quatuor paſſuum millibus à lacu Peruſino, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Crucis de Pregio, quam de Congreg. Abbatiæ S. Petri de Eugubio fuiſſe, eique ſubditam aſſerit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 300. in eodem loco, & eadem forſan cum præcedenti.

Abbatia S. Mariæ de Priato, Diœc. Tricaricenſis, in Commendam dari ſolita; de qua Ughellus tomo 7. paginâ 193. ſicut Diœceſis, in Regni Neapolitani provincia, Baſilicatâ nuncupatâ.

Abbatia Priſetenſis, quam Alexander III. Papa, privilegio dato anno 1177. confirmat Valrico Patriarchæ Aquilejenſi; ut refert Ughel. to. 5. pag. 59.

Abbatia tit. S. Angeli de Priſis, in Sicilia, Diœc. Agrigentinæ; ut aſſerit Rocchus Pirrus in hujus Eccleſiæ notitia; vulgò *Caſtel de Prizzi*, oppidum in edito colle, triginta ſeptem millib. paſs. Agrigento diſtans, versùs Aquilonem, paulò ad Occaſum, in regione, ſive valle *di Mazara*.

Abbatia titulo S. Michaëlis, in Procita inſula, aliàs Procida, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Neapolitanæ, cujus perpetuus Abbas Commendatarius fuit Illuſtriſs. Cardin. Robertus Bellarminus, nunc, reſtante Commendatario Abbate, totius inſulæ, exactis monachis, facta eſt Parochialis Eccleſia. Vide Ughellum tomo 6. pag. 239. in Codice Taxarum Cam. Apoſt. vocatur S. Angeli de Procida, in Ciaconii tomo 4. pag. 334. dicitur Sanctæ Mariæ ad Procidam. Inſula eſt Tyrrheni maris, inter promontorium Miſenum, & Iſclam *Iſchia* inſulam.

Abbatia titulo S. Petri de Provalio, cum cura Animarum, Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregat. S. Salvatoris de Bononia, in territorio, & Diœc. Brixiæ; ipſis data ſub Paulo III. Summ. Pont. anno 1535. ſita eſt inter Brixiam, & Iſeo oppidum, à quo mille quingentis paſs. mill. diſtat; de ea Syllabus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

Abbatia Sanctæ Mariæ de Publica, Diœc. Camerinenſis, Ord. S. Benedicti; ut refertur in veteri Cod. Taxæ Cameralis; in Marchia Anconitana.

Abbatia tit. S. Mauri de Pucheria, meliùs de Pulcerada, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Taurinenſis, inter Guxenum, & Taurinum ſita, in vico Pulcherada, quod monaſterium Amedeus Sabaudiæ Comes anno 1147. dat Abbatiæ S. Juſti de Secuſia, & an. 1159. Fridericus Imperator illam Eccleſiæ Taurinenſi confirmat; vide Ughell. tomo 4. pagin. 1461. & 1467. nunc, antiquis excluſis monachis, Clericis eſt commendata.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Puliciano, Ord. S. Benedicti; reſtabat anno 1073. ſola Eccleſia, quam Eremo Camaldulenſi, tunc dedit Hermannus Epiſcopus Volaterranus;

ranus; ut refert Ughellus tomo 1. paginâ *343. in Hiſtoria Camaldulenſi lib. 2. cap. 73. pag. 252. vocatur Abbatia Pollicinii, Ordin. Camaldulen. anno 1500. ſita in Etruriæ Statu Florentino.

Abbatia de Pulpiano, & de Petronio, Ord. S. Benedicti, Diœc. Eugubinæ, de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. aliàs S. Donati de Pulpiano, ſeu de Petronio, condita anno 1008. ſub Congregat. Fontis Avellanæ. Anno 1163. Federicus I. Imp. illam ſub ſua protectione ſuſcipit, anno 1338. data eſt monachis Congregat. Montis Oliveti, qui ibidem manſerunt uſque ad annum 1425. ut refert Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. paginâ 312. ubi plures recenſet Eccleſias ipſi conceſſas; data eſt tandem in Commendam; idem ibid. pag. 305.

Abbatia titulo S. Mariæ de Pulſano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Sipontinæ, cujus anno 1303. Abbas erat quidam Gabriel factus Veſtanus Epiſcopus, in Commendam dari ſolita. Primus Abbas fuit, & fundator S. Joannes Materienſis, cujus corpus ibidem requieſcit, & colitur, obiit anno 1139. ſita eſt primo à civitate Siponto lapide. Hujus Abbatiæ omnia privilegia confirmat ann. 1225. Fredericus II. Imp. Inſtrumentum dedit Ughellus tomo 7. pag. 1130. ubi octo monaſteria recenſentur ab eadem Abbatia dependentia, fuerat olim Abbatiæ Caſænovæ Ord. Ciſtercien. Diœc. Pennenſis, perpetuò unita. Anno 1177. Guillelmus II. Siciliæ Rex dat Joannæ uxori ſuæ hoc monaſterium in honorem ipſius Dodarii; ut conſtat apud Hoëdent in Henrico II. Angliæ Rege, ubi inſtrumentum refert; ſituata eſt in Monte Pulſano, vide eundem Ughellum pagin. 1120. qui mons eſt ad Aquilonem Manfredoniæ in Capitanata. Maginus ſcribit de Apolſano.

Abbatia S. Salvatoris de Pulſano, aliàs de Ponzano; vide ſuprà verbo Placentia num. XI.

Abbatia Pulverariæ, vulgò *Polverara*, titulo S. Agnetis, monialium Ord. S. Benedicti, Diœc. Paduanæ, quæ villa vici Sacci longi, cujus moniales cum Abbatiſſa ſua Domicilla Corradina Paduam venerunt, ubi Eccleſiam omnium Sanctorum incoluere; ut refert Angelus Portenari *della felicità di Padova* lib. 9. cap. 40. *Sacco lungo* quinque paſſuum millib. Paduâ diſtat, verſùs Occidentem.

Abbatia Pulvenſis, ſive Traſimena; vide ſuprà verbo Peruſia numero XVIII.

Abbatia titulo S. Fidelis de Puppio, aliàs de Podio Puppis, Ord. ſive Congregationis Vallis Umbroſæ, cui unita fuit; Diœceſis Aretinæ, de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. fuerat ante unita Eccleſiæ Florentinæ Epiſcopali, à qua diſmembrata fuit; idem Codex ipſi unitam aſſerit Abbatiam S. Salvii extra Florentiam.

Abbatia titulo S. Purii, Diœceſis Salernitanæ, de qua Ughellus tom. 8. pag. 271. ubi refert quemdam Amerium fuiſſe anno 1219. S. Purii Abbatem; erat, ut Salernum, in Principatu citeriori.

Apud Puteolos Abbatia, ſive Monaſterium Falcidii, unitum monaſter. Sancti Sebaſtiani Neapolitano per Sanctum Gregorium Papam; ut ipſe aſſerit lib. 8. epiſt. 4. & 39. vulgò *Pozzuolo*

zuolo civitas Campaniæ Felicis, ſive Terræ Laboris.

Abbatia tit. S. Joannis de Puteolis, Ord. ſive Congregationis Camaldulenſis, Diœc. Lucanæ, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. vulgò *Pozzuolo*, tribus paſs. millib. à Luca civitate diſtans, versùs Occidentem hyemalem.

Q

ABBATIA tit. Sanctorum quadraginta Martyrum, Diœceſis Neocaſtrenſis, in Calabria ulteriori, dari ſolita in Commendam; ita Ughellus tomo 9. pag. 556.

Abbatia de Quartoſiola, vel Quartarola, ſive B. Mariæ de Monte, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Placentinæ, quam Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ord. vocat de Paciola, aliàs Guaſtociola, fundata ann. 1234. ſita eſt ad Pontem Trebiæ; de ea Ughel. tomo 3. pag. 279. de ea Codex Taxar. Cameræ Apoſtol. ſed veriùs in veteri Codice Taxæ Cameralis legitur Sanctæ Mariæ de Ponte, hoc eſt Trebiæ, aliàs Quarticola, ſive Quartizola tribus paſſuum millib. Placentiâ diſtat, Occidentem hyemalem versùs; unita eſt Congregationi Ciſtercienſi Italiæ, per B. Pium V. Summ. Pont.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Quarto, tribus circiter paſſuum mill. à civitate Senenſi diſſita, à Card. Petronio conſtructa, & plurimis opibus ditata, in quam ann. 1337. è S. Galgani Abbatia introducti ſunt Ciſtercienſes monachi, qui poſſeſſionem injerunt; ut refert Ughellus tomo 2. pag. 638. Diœc. eſt Senenſis, de ea Carolus de Viſch in ejuſdem Ordin. Abbatiarum Indice, ſimiliter Gaſpar Jongelinus in Notitia Abbatiarum ejuſdem Ordin. ſita erat versùs Florentiam, nunc exciſa jacet; ejus vero bona fuere Collegio Societatis Jeſu Senenſi attributa, ut aſſerit Bollandi tomus 3. pag. 185.

Abbatia titulo Sancti Hieronymi de Quarto, non procul à civitate Janua, Ordinis, ſive Congreg. Montis Oliveti. Anno 1383. Primus author Sancius cum Turribio de Serra Auguſtiniani Eremitæ, qui, Joannis Regis Caſtellæ, & Legionis Schiſmatici perſecutionem fugientes, ab Urbano VI. Papa licentiam obtinuerant Cœnobium ædificandi, quibus extinctis, monachi ſucceſſere Olivetani; Conſule Ughellum tom. 4. pag. 1237. fundator fuit Alphonſus de Vadetera Hiſpanus Giennenſis Epiſcopus, qui obiit anno 1388. ibique tumulatus eſt; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 49.

Abbatia tit. S. Mariæ de Quercu, Diœc. Turritanæ, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; hinc colligi debet fuiſſe in inſula Sardiniæ.

Prope Caſtellum Quinque Frondium dictum, vulgò *Cinque Frondi*, ad duo milliaria, & ad radices Apennini montis, Abbatia vetus olim, & Mona-

Monaſterium titulo S. Philippi d'Argiro, Ord. S. Baſilii, ſanctitate celeberrimum; à monachis derelictum, cujus redditus uniti ſunt Abbatiæ Sanctiſſimæ Trinitatis Militenſis, eâ conditione, ut redeunti proprio Abbati debeant reſtitui; ſed, per Bullam Pontificiam data eſt fratribus Minoribus de Obſervantia, qui eam poſſident ſub titulo SS. Philippi, & Jacobi; forſan ipſamet S. Philippi de Argiro, de qua ſuprà pag. 27. *Cinque Frondi*, in Calabria ulteriori, undecim paſs.mill. Mileto diſtat, versùs Meridiem. Vide Hieronymum Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 2. pag. 117. B.

Abbatia S. Quintini, in oppido *di S. Quintino* in territorio Montis Ferrati, ad ſiniſtram *Bormiæ* fluvii ripam, prope *Spono*, à civitate Aquenſi tredecim paſſuum mill. diſſita, Occidentem hyemalem versùs; vide Tabulas Anton. Magini.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Quirici, cujus monachis permittebatur à Giſulpho Beneventi Duce habitare ſub Abbate, & Regula in monaſt. S. Mariæ, & S. Petri, apud Aliphas, in loco Maſſano. Vide Chronicon S. Sophiæ apud Ughellum to. 8. pag. 617. videtur fuiſſe in Ducatu Beneventano.

Abbatia titulo S. Quirici, in Sicilia, Diœc. Meſſanenſis, Ord. S. Benedicti; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, ſita eſt in ipſius diſtrictu civitatis.

Abbatia titulo S. Quirici, in Diœc. Aſſiſinate, Ordin. S. Benedicti, hoc monaſterium, cum capellis, hominibus, & aliis pertinentiis ſuis, Urbanus III. Papa confirmat Abbati S. Juliani de Monte, prope Spoletum. Bullam datam anno 1185. refert Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 35. pag. 711.

Abbatia SS. Quirici, & Julittæ; vide ſuprà litt. I, verbo Introduto.

R

ABBATIA *Rambone* dicta, in Marchia Anconitana poſita, quatuor paſſuum millibus à civitate Tolentino, versùs Aquilonem. Vide Antonium Maginum in Mappa Marchiæ Anconitanæ.

In oppido Rameċtæ in Sicilia, Abbatia tit. S. Mariæ Annunciatæ, monialium Ordin. S. Baſilii, ab Abbatia S. Gregorii de Gypſo dependens, cujus Abbas Thomas Pharaonius confirmavit anno 1554. electionem ſororis Urſulæ in Jacco in Abbatiſſam; ut obſervat Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 130. vulgò *Rametta*, Diœc. Meſſanenſis, duodecim circiter mill. paſſuum Meſſanâ diſtans, versùs Occidentem, in regione, ſive valle *di Demona*.

Abbatia tit. S. Stephani Papæ, ſita in loco à Raone dicto, in territorio Theatino, cujus Abbati Benedicto,

& ejus Eccleſiæ Traſamundus Comes Theatinus, alterius Traſamundi Ducis, & Marchionis filius, anno 1012. plurima bona conceſſit; inſtrumentum vide in Ughello tom. 6. pag. 844. erat, ut Theate in Aprutio.

Abbatia Rapari, cujus Abbas Lucas anno 1129. Ædem S. Stephani de Azupa cedit Abbatiæ S. Mariæ, & SS. Eliæ, & Anaſtaſii de Carbono; ſicut refert Paulus Æmilius Sanctorius in Hiſt. Monaſt. Carbonenſis pag. 58. forſan eadem cum Abbatia S. Angeli Montis Rapari, de qua ſuprà litt. M. pag. 235.

Abbatia titulo S. Petri de Raſina, aliàs de Reſina, ſive de Areſina, Ord. S. Benedicti, Diœc. Nucerinæ in Umbria, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. & Ughellus tomo 1. pag. 1116. fuit anno 1006. monialibus, per Radulphum Comitem de Cornite Monaldi fundatum, cujus filia D. Armingalda prima Abbatiſſa fuit, ſed anno circiter 1200. à monialibus derelicta, tranſiit ad Benedictinos, ac poſtea anno circit. 1499. data in Commendam, fuit Secularibus Clericis tradita; ut aſſerit Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 305. *Raſina* diſtabat quinque millibus paſſuum à civitate Nuceria.

Abbatia titulo S. Luciæ de Raſa, aliàs de Raza, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Urbevetanæ; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. & Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo, vetus Codex Taxæ Cameralis vocat Sanctæ Luciæ de Raſo; in Etruria, & in Statu Eccleſiaſtico.

Abbatia titulo S. Luciæ in Raſſa, Ord. S. Benedicti, Diœc. Beneventanæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. diverſam à præcedenti ſuadet locorum diſtantia.

Abbatia tit. S. Ambroſii de Rato, vel de Raucha, Diœc. Sarſinatenſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, veriùs de Rancio. In Mappis Anton. Magini legitur *S. Ambrogio Badia* hoc eſt Abbatia, cui vicinus vicus *Rancio*. Sita eſt in Romandiola, ſuper *Borello* fluv. decem paſſuum millibus Sarſinâ diſtans, Occidentem æſtivum versùs. Idem Codex litterâ R. vocat illam de Ranchia.

Ravelli Abbatia monialium Clariſſarum, ſub regimine Abbatiſſæ, cujus inſignis Benefactor Philippus Birontus Ravellenſis civis; ut ad annum 1333. obſervat Lucas Wadinghus in Annalibus Seraphicis, num. 38. vulgò *Ravello* olim in Picentinis, nunc in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dicta.

Ravenna civitas Æmiliæ Archiepiſcopalis, in Romandiola, ſuper *Ronco* fluv. mari Adriatico proxima. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Agathæ Majoris, ut conſtat ex donatione Arnaldi Archiepiſcopi, facta anno 1018. quod poſtmodum evaſit Parochialis Eccleſia; vide Hieronymum Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 62.

II. Abbatia tit. S. Agnetis, cujus ann. 1049. Abbas erat quidam Petrus Ravennatenſis Eccleſiæ Subdiaconus, facta fuit poſtmodum Collegiata Eccleſia, nunc una eſt ex antiquioribus civitatis Parochialibus Eccleſiis; ita Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 66.

III. Abbatia, ſive Monaſterium tit.

tit. S. Andreæ, quod, Bullâ datâ anno 1228. Gregorius IX. Papa declarat ad Ravennæ Archiepiſcopum pertinere; ut refert Ughellus to. 3. pag. 379. eſt monialium, Ordin. S. Benedicti, intra Ravennam, in ea parte, quæ olim Poſterula Vincilionis dicta, cujus ann. 1166. Abbatiſſa erat Culiſmera; ferunt Eccleſiam à S. Petro Chryſologo conditam, ubi vivunt centum circiter moniales, ut teſtatur Hieronym. Fabri *Sagre memorie di Ravenna* paginâ 76.

IV. Abbatia titulo S. Apollinaris Novi, olim Eccleſia à Theodorico Gothorum Rege conſtructa, in quam poſtea introducti ſunt ſub Abbate monachi S. Benedicti, & in eam an. 856. adſportatæ ſunt aliquæ S. Apollinaris reliquiæ, unde non ampliùs (ut antea fuerat ſub titulo) S. Martini, ſed à plebe S. Apollinaris Novi fuit appellata, & ſub hoc titulo recenſetur in Cod. Taxarum Cam. Apoſt. data poſtea fuit in Commendam; denique per Leonem X. Papam anno 1514. fratribus Minoribus de Obſervantia Ordinis S. Franciſci fuit attributa; redditus verò Baſilicæ S. Pauli de urbe Roma fuere conceſſi, per Bullam Greg. IX. Papæ, datam anno 1228. declaratur eſſe juriſdictionis Ravennatis Archiepiſcopi; ita Ughellus tomo 3. paginâ 379.

V. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Apollinaris, nunc in Veclo dictum, olim ſitum prope Poſterulam Opilionis, nunc Parochialis Eccleſia, de qua Bullæ Alex. III. & Urbani IV. Pontificum. Vide Hieronym. Fabri *le Sagre memorie di Ravenna* pag. 117.

VI. Abbatia tit. S. Bartholomæi, ſeu potiùs Hoſpitium Abbatiæ Claſſenſis, Ord. ſeu Congreg. Camaldulenſis, ubi monachi tempore tum pacis, tum belli habitare poſſunt, locus antea vocabatur Domus Miſericordiæ. Cœnobium inchoatum eſt ab Abbate Paulo anno 1515. ibi alternatim cum Abbatia carcerum celebrantur Ordin. Comitia. Legati Romandiolæ locum plurimis ornârunt privilegiis. Vide Hiſtor. Camaldulen. parte 3. libro 5. cap. 4. Eadem, quæ infrà tit. S. Romualdi nu. XXXI. duplicem habuit ſitum extra muros titulo S. Barthol. & intra muros titulo S. Apollinaris.

VII. Eccleſia ſub tit. Boni Jeſu, ubi primùm erat Congregatio Sacerdotum Secularium, ſub Regula Sancti Auguſtini, quam ſuppreſſit Innocentius X. Papa anno 1651. & redditus ſub tit. Abbatiæ in Commendam dedit Emin. Cardin. Franciſco Albizi; ut refert Hieronym. Fabri *le Sagre memorie di Ravenna* pag. 144.

VIII. Abbatia titulo S. Claræ, monialium Ord. S. Franciſci, ab Eccleſia S. Pauli huc tranſlatarum, cujus anno 1378. Abbatiſſa fuit D. Clara, filia Pandulphi Poletani, Eccleſia conſtructa fuit ſuper fundamenta vetuſtæ Eccleſiæ S. Stephani, ubi erant olim monachi, Ord. S. Petri Damiani; ut refert Hieronym. Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 147. vivunt ibi centum circiter moniales.

IX. Abbatia, ſive Monaſterium cum templo S. Cypriani, poſitum in regione Palatii, quod Theodorici Regis vocatur, quodque Gebeardus Ravennæ Archiepiſcopus an. 1037. Honeſto Foropopilienſi Antiſtiti conceſſit, adjectâ penſione, & illud reſtaurandi

obligatione; ut refert Ughellus to. 9. pag. 645.

X. Abbatia titulo S. Georgii, in Cenceda, olim monialium, Ordinis S. Benedicti, annis 1086. & 1099. reperitur mentio Imicæ, & Graziæ. Abbatiſſarum S. Georgii. Videtur adhuc iſta Eccleſia extra muros civitatis; ut obſervat Hieronym. Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 191.

XI. Prope Ravennam Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Georgii, prope inſulam, in qua ſitum erat monaſterium S. Mariæ de Palatiolo, cujus monaſter. S. Georgii mentio fit in fundatione alterius, de quo ſuprà verbo S. Mariæ in Palatiolo.

XII. Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Jacobi, & Philippi, ut conſtat ex Bulla Alexandri III. Papæ, qui ſedebat ann. 1159. nunc parva eſt Eccleſia prope muros civitatis poſita, de qua Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 190.

XIII. Abbatia, ſive Monaſter. titulo S. Joannis Baptiſtæ, quod cum vicina Baſilica conſtruxit anno circiter 440. Galla Placidia, ubi floruit, & obiit S. Barbatianus, evaſit poſtmodum Eccleſia Collegiata; in quam ann. 1408. introducti ſunt Patres Carmelitæ; ut aſſerit Hieronymus Fabri Petrum citans Equilinum Epiſcopum *Sagre memorie di Ravenna* pagin. 196. Idem forſan de quo S. Gregorius Regiſtri lib. 7. epiſt. 1. & epiſt. 18. *Epiſcopo Ravennati privilegium dat monaſterio SS. Joannis, & Stephani*. Vide Aſcanium Tamburinium de Jure Abbatum pag. 145.

XIV. Abbatia titulo S. Joannis Evangeliſtæ, Ord. S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Anno 423. à Conſtantio Imperatore, & matre Gallâ Placidiâ conſtructa Baſilica, & an. 1013. in eam introducti monachi Benedictini, cujus an. 1046. Abbas erat Hinfridus Ravennatis Epiſcopus, vide Ughellum to. 3. pag. 359. & 379. ubi Gregorius IX. Papa, litteris datis anno 1228. declarat illam eſſe ſub juriſdictione Ravennatis Epiſcopi. Unita fuit Congregationi Canonicorum Regularium S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, anno 1459. per Pium II. Papam; ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 21. ſed Syllabus Abbatiarum hujus Congregationis MS. dicit unionem factam anno 1488. per Innoc. VIII. de ea fuse ſcribit Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 204.

XV. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Juſtinæ in Capite Porticûs, cujus mentionem facit Alexander III. Papa in Bulla data anno 1160. fuit poſtea Parochialis Eccleſia, nunc Confraternitas SS. Sacramenti pro laicis. Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 223. ubi obſervat hanc S. Juſtinam eſſe Paduanam.

XVI. Abbatia titulo S. Laurentii in Cæſarea, cujus Eccleſia conſtructa eſt tempore Honorii Imperatoris, & tempore Exarchorum introducti ſunt monachi Græci, Ord. S. Baſilii, poſt Exarchos evaſit celebris Abbatia, Ordinis S. Benedicti, cujus Abbas an. 954. erat in Concilio Ravennę habito, fuitque plurimis bonis dotata, & an. 1172. Federici Imper. privilegiis illuſtrata. An. 1266. huc advocati ſunt Canonici Regul. Congreg. Cellæ Volanæ, unitæ poſtea an. 1444. Congreg. Lateranen.

Hu-

Hujus Abbatiæ nullum nunc reſtat veſtigium; viſiturque tantùm in ejus loco Crux marmorea; ut refert Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna*, pag. 121. & 225.

XVII. Abbatia tit. S. Mamantis, in qua fuere monachi Græci, Ordin. S. Baſilii, quibus ſucceſſerunt monachi Ordinis S. Benedicti; vide apud Ughellum tomo 3. pag. 379. dicitur monaſter. S. Mammæ, & eſſe ſub juriſdictione Archiepiſcopi, per Bullam Gregorii IX. Papæ datam ann. 1228. de ea loquitur Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 231.

XVIII. Abbatia, ſive Monaſt. tit. Sanctorum Marci, & Marcelliani mart. & S. Feliculæ Virg. & martyris, quorum reliquias ad hoc monaſterium miſit S. Gregorius Papa, ut ipſe dicit lib. 10. epiſt. 9.

Abbatia, ſive Monaſterium primitus ſub titulo S. Martini, eadem, quæ ſuprà titulo S. Apollinaris Novi. Vide numero IV.

XIX. Abbatia, ſive Monaſter. titulo S. Mercurialis, quod Greg. IX. Bullâ datâ anno 1228. declarat eſſe juriſdictionis Ravennatenſis Archiepiſcopi; ut refert Ughell. to. 3. pag. 379. Abbatia erat monachorum Ord. S. Benedicti, & de Abbate S. Mercurialis Carilopho mentionem facit Hieronymus Fabri *le Sagre memorie di Ravenna* pag. 190. & 172. in illud alumnos S. Franciſci introduxit Theodoricus Archiepiſcopus, qui ſedebat an. 1243. vide citatum Ughellum pag. 382.

XX. Abbatia titulo S. Mariæ in Coſmodim, Ordin. S. Benedicti, ita Codex Taxarum Cam. Apoſtol. cujus extructa eſt Eccleſia tempore S. Agapiti, qui ſedit anno 186. anno circiter 567. monaſterium fuit Græcorum monachorum, cujus Abbas jus habebat ponendi Mitram ſuper caput Archiepiſcopi, in ejus ingreſſu; Græcis monachis anno 752. ſucceſſere Benedictini; hoc monaſt. ad Archiepiſcopi juriſdictionem ſpectare teſtatur Grogorius IX. Papa, Bullâ datâ an. 1228. ut refert Ughellus tomo 3. pagin. 379. Data denique fuit in Commendam, ſub titulo Abbatiæ S. Spiritûs, propter vicinam hujus nominis Eccleſiam, à tempore Eugenii IV. Papæ; ſita eſt in medio civitatis; de ea Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* paginâ 244.

XXI. Abbatia titulo S. Mariæ in Cœlos eo, ideſt Aſſumptionis, monialium, Ord. S. Benedicti, extabat an. 981. quo Otho II. Imperator Abbatiſſæ nomine Benedictæ confirmat omnia monaſt. ſui bona, & caſtrum præcipuè Taibanum, vulgò Tibanum, ut refert Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pagin. 243. nunc eſt Parochialis Eccleſia, quæ etiam, ſed corruptè dicitur *Cereſeo*.

XXII. Abbatia, ſive Monaſter. tit. S. Mariæ, in Xenodochio, cujus mentio fit in Bulla Alexand. III. Papæ datâ anno 1160. nunc eſt hoſpitale tit. S. Mariæ de Cruce, pro infirmis, infantibus expoſitis, & peregrinis; ut aſſerit Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 248.

XXIII. Abbatia nova tit. S. Mariæ in Portu, Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini, Congregat. Lateranenſis, qui anno 1496. antiquam ejuſd. nominis Abbatiam Ravennâ ad duo milliaria diſtantem deſeren-

ſerentes, civitatem ingreſſi ſunt, tunc hujus novæ Abbatiæ lapidem auſpicalem poſuerunt, & ſeptimo poſt anno illam incoluere, deinde anno 1553. Baſilicæ fundamenta jecit Abbas Dominus Vitalis Mercati, quam anno 1606. conſecravit Petrus Cardin. Aldobrandinus; in Abbatiam erecta eſt per Pium V. Summ. Pont. & primus Abbas fuit prælaudatus D. Vitalis, veteriſque Abbatiæ privilegiis gaudet, ampliſſimis; ut refert Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 278.

XXIV. Abbatia titulo S. Mariæ in Domo Ferrata, quod monaſterium cum Eccleſia conſtruxit, & dotavit Ingerada Comitiſſa, Martini Comitis uxor, anno 894. nunc Eccleſia parva eſt, unita manſionariis Cathedralis Eccleſiæ; ita Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 249.

XXV. Abbatia titulo S. Spiritûs, quam tenuerunt olim monachi Græci, quibus ejectis introducti ſunt Latini, Ordin. S. Benedicti, contigua eſt Baſilicæ Sanctæ Mariæ in Coſmodim. Anno 1446. ejus Abbas erat Blaſius à S. Victoria, & tempore Eugenii IV. Papæ data fuit in Commendam; & adminiſtrabatur per Seculares Sacerdotes ſtipendiarios. Anno 1607. data eſt Clericis Regularibus Theatinis, & redditus uniti Abbatiæ S. Mariæ in Coſmodim, ut aſſerit Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* paginâ 349.

XXVI. Ravennæ Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. primi martyris Stephani, quod jacet juxta Palatium, quodque litteris datis ann. 818. S. Paſchalis I. Papa confirmat Pertinaci Archiepiſcopo Ravennatenſi; ut teſtatur Ughellus tomo 3. pag. 345.

XXVII. Abbatia tit. S. Vitalis, Ord. S. Benedicti, de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. In illam monaſtica vita ſexto ſeculo inſtituta fuit, ſed extincta, reſtituta eſt per Joann. IX. Ravennatis Epiſcopum, circa finem noni ſeculi. Anno 1115. Henric. IV. Imperator hujus Abbatię omnia bona in ſuo diplomate enumerat, & confirmat. Vide Bullarium Caſinen. to. 2. pag. 133. anno 1228. Gregorius IX. Papa ſuis litteris declarat hoc monaſt. eſſe ſub juriſdictione Ravennatis Archiepiſcopi; ſic refert Ughellus to. 3. pagin. 379. fuit unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua per Sixtum IV. Papam anno Sal. 1476. de hac nobiliſſima, & ditiſſima Abbatia fusè tractat Hieronym. Fabri libro *Sagre memorie di Ravenna* à pag. 355. & deinceps.

XXVIII. Abbatia titulo S. Petri ad Vincula, prope muros Ravennæ civitatis ad Meridiem poſita, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. Ordinis S. Benedicti, conſtructa fuit Eccleſia circa annum 1000. ad octavum à civitate milliarium, ſumptibus S. Stephani Hungariæ Regis, & à S. Gerardo Epiſcopo conſecrata. Sic in ſua donatione ſcribit S. fundator *Stephanus Dei gratia Hungariæ Rex, Venerabilibus Abbatibus, & Conventui monaſt. S. Petri ad Vincula, quod in territorio Ravennæ ſitum eſt*. Monachis Benedictinis ſucceſſere Camaldulenſes, quibus poſſeſſionem confirmat Pius II. Papa an. 1460. Bullâ datâ apud Mantuam; quo tempore locum deſeruerint, & Ravennam acceſſerint incertum.

tum. Reſtat adhuc antiquæ ſtructuræ Eccleſia; datur in Commendam; de ea Hieronym. Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 309. & Hiſt. Camaldul. part. 2. lib. 4. cap. 16.

XXIX. Abbatia titulo S.Petri ad Aram, Diœc. Ravennatenſis, unita Congregationi Lateranenſi Canonicorum Regularium S. Auguſtini, per litteras Nicolai Summ. Pont. ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

XXX. Abbatia extra civitatis muros tit. S. Mariæ Rotundæ, Ordin. S. Benedicti; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Anno 1221. ejus Abbas erat quidam nomine Ventura. Anno 1228. Gregorius IX. Papa, ut ex ejus Bulla conſtat, illam declarat eſſe ſub juriſdictione Ravennatis Archiepiſcopi, ut refert Ughellus to. 3. pag. 379. data eſt poſtea in Commendam, denique per Eugenium IV. Papam fuit unita Abbatiæ S. Vitalis, fuit poſtmodum unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua per Sixtum IV. Papam ann. 1477. nunc jacet penè deſtructa, diſtat medio milliario à civitate, ad ripam *Montone* fluvii, ſtructuræ erat egregiæ, & ab Amalaſunthâ Reginâ fundata; ut aſſerit Hieronym. Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pagin. 285.

XXXI. Ravenna inſignis Abbatia titulo S. Romualdi, Ord. ſeu Congregationis Camaldulen. ab ipſomet Sancto fundata, ubi antiquitus altera erat Eccleſia titulo S. Bartholomæi, quam pro hoſpitio obtinuerunt monachi Camaldulenſes Abbatiæ S. Apollinaris Claſſenſis; anno 1433. uſque ad ann. 1515. quo ſe intra civitatis muros receperunt, & ann. 1517. fundamenta jecerunt magnificentiſſimi ædificii, rem moderante Abbate D. Paulo *di Lodi*, ſub ejuſdem S. Apollinaris tit. Hieronymus Fabri *Sagre memorie di Ravenna* pag. 316. vide ſuprà nu. VI. S. Bartholomæi, ex diverſo ſitu duplicem collige.

XXXII. Abbatia titulo S. Severi de Ravenna, extra muros, Ord. Ciſtercienſis, ſic loquitur Codex Taxar. Cam. Apoſtol. ſita inter civitatem, & claſſenſe monaſterium Ord. S. Benedicti ante annum 836. quo corpus ejuſd. S. Severi, & corpora Sanctę Vincentiæ uxoris ejus, & Innocentiæ filiæ fuerunt furto ablata, & hinc in Germaniam tranſportata. Vide Bollandum ad diem 1. Februarii pagin. 90. in eam, tempore Philippi Ravennatis Archiepiſcopi, introducti ſunt Ciſtercienſes an. 1112. Carolus tamen de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis hanc introductionem refert ad annum 1247. qui propter Commendatarios Abbates, ex ea egredi fuere coacti, uſque ad templi, & monaſterii excidium; ut teſtatur Ughellus tom. 3. pagin. 329. eadem eſt, de qua ſuprà verbo Claſſis num. II.

Abbatia titulo S. Joannis Hermigete, in Ravenna, Ord. S. Benedicti, Diœc. Theatinæ, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; ſita eſt in Aprutio.

Abbatia intra urbem Ravennatium, in loco urbs Ravennatium dicto, ipſa eſt Abbatia tit. S. Pancratii prope Romam; vide infrà verbo Roma num. LXIII.

Abbatia S. Pauli de Razolo. Vide infrà verbo de Rezuolo.

Reate, vulgò *Rieti*, civitas olim Sabino-

bino-

binorum, & Aboriginum, nunc in Umbria, quam mediam interſecat Velinus fluvius, à quo lacus vicinus Velinus eſt appellatus. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium Reatinum dictum, de quo ante annum 1060. mentio fit in Chronico Caſinenſi in Notis ad lib. 3. cap. 19. forſan idem cum ſequenti.

II. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Eleutherii in civitate Reatina, Ordinis S. Benedicti; in quo floruit S. Stephanus Abbas, tempore S. Gregorii Papæ, qui de eo loquitur lib. 4. Moralium cap. 14. atque Homil. 39. in Evangelia; erat juxta civitatis mœnia, vivebatque S. Stephanus ſexto ſeculo; de Joanne Abbate S. Eleutherii mentio fit anno 1399. nunc everſum eſt monaſterium, atque Abbatia Commendatario attributa.

III. Olim Abbatia tit. S. Mariæ Magdalenæ, à Reate milliario & medio diſtans, versùs Meridiem, cujus ſola nunc ſtat Eccleſia cum horto, & Eremitæ cellulâ, Commendatarius Abbas, nunc de domo eſt DD. Cappelletti ex ſola hæc accepimus relatione.

IV. Reate Abbatia, ſive Monaſt. titulo SS. Paſtoris, & Matthæi, Ord. Ciſtercienſis, quod ad Reatinorum preces inſtituit S. Bernardus Claravallenſis Abbas, primumque Abbatem præfecit diſcipulum ſuum S. Balduinum, filium Berardi X. Marſorum Comitis, qui ſua prudentiâ, & ſanctitate Cœnobium mirabiliter auxit; ejus corpus religiosè conſervatur in Eccleſia Cathedrali Reatina; hæc refert Ughellus tomo 1. pag. * 111. Anno 1255. monaſt. ex Reatina planitie, quæ effuſis aquis latè reſtagnabat, ab Andrea Abbate in montem translatum eſt, adjuvante Thomâ Reatino Epiſcopo, quæ translatio pro nova fundatione eſt habita, tandem cecidit in Commendam, &, Ciſtercienſibus recedentibus, introducti ſunt anno 1580. Canonici Lateranenſes Regulares, à Marco Antonio Cardinale Columna, tunc Abbate Commendatario. Vide apud eundem Ughell. pag. * 1115. fundationem ejus ad annum 1130. refert Carolus de Viſch in ſuo Abbatiarum ejuſdem Ord. Catalogo; de ea ſimiliter Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. cap. 46. ſub ſolius S. Paſtoris titulo reperitur in Codice Taxarum Cam. Apoſt.

V. Abbatia titulo S. Thomæ, extra muros Reatinæ civitatis, Ordinis Ciſtercienſis; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtol. de ea nihil Carolus de Viſch in Abbatiarum ejuſdem Ordin. Catalogo.

VI. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris de Reate, quod diverſis nominibus exprimitur, ſic in Codice Taxarum Cam. Apoſt. dicitur vulgò S. Salvatoris Majoris, & aliquando S. Salvatoris de Scandrilia, Ord. S. Benedicti, cui plurima bona contulit S. Paſchalis I. Papa, qui ſedebat anno 817. De lite, quam Petrus Abbas S. Salvatoris Comitatûs Reatini, in loco, qui nominatur Berzini, ſive de Beczin, aliàs de Bellino, cum Petro Aprutienſi Epiſcopo habitâ, anno 1027. Vide Ughellum tomo 5. pag. 1486. in hujus Abbatiæ favorem Bullam dedit Honor. III. Papa, 8. Kal. Maii, Pontific. anno 5. Salutis 1221. vide eundem Ughell. to. 1. pag. 193.

Dici-

Dicitur ſitum in Scandrilia, in ditione Uberti Marchionis, cujus rogatu conſtructum eſt, forſan reſtructum à Sancto Dominico Loricato, ut habetur in Codice Bibliothecæ Caſinenſis, numero 101. quem ſcripſit Albericus Diaconus. Abbatiam vocat Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 37. pagin. 723. cujus membrum erat S. Catervii Præpoſitura, apud Tolentinum, Ord. S. Benedicti. Hæc, nunc exempta, & data in Commendam, fuit per Bullam Alexandri Papæ perpetuò unita Abbatiæ S. Mariæ Farfenſi, ſub unico Abbate Commendatario. Ab Urbano VIII. Sum. Pontif. amotis Ord. S. Benedicti monachis, (*Beretantes*, eo, quòd Bireto utebantur, nuncupatis) fuit ſecularizata, nunc ſub cura eſt Presbyteri Secularis, cum titulo Vicarii foranei totius Abbatiæ, quæ plura habet ſub ſe beneficia; ejus fuſiorem deſcriptionem vide in Synodo Farfæ anni 1685. pag. 1058. ſita eſt in Diœceſi Reatina, à qua civitate duodecim paſſuum mill. diſtat, versùs Meridiem, & ab unita Farfenſi Abbatia decem, & ſeptem mill. paſſuum, Orientem æſtivum versùs.

Recanati, ſive Recineti, vulgò *Recanati*, Abbatia ſatis dives, nunc in Commendam dari ſolita, ut teſtatur Petrus Bongiovanni, in Recineti deſcriptione, quæ civitas eſt Marchiæ Anconitanæ, in colle ſita, prope *Muſone* fluv. quinque paſſuum millibus Laureto diſtans, Occaſum hyemalem versùs.

II. Abbatia titulo S. Mariæ de Platea, vulgò *di Piazza*, Ordin. ſive Congregationis Sylveſtrinorum, ſub Regula S. Benedicti; ita Syllabus MS. Abbatiarum hujus Congregationis.

III. Abbatia, ſive Monaſterium monialium tit. S. Mariæ Magdalenæ, Recanatenſis Diœc. quod anno 1249. Matthæus Epiſcopus ab omni canonica ſubjectione exolvit, Diœceſanaque lege, indictâ penſione cærei unius libræ quotannis in S. Flaviani martyris, & Cathedralis Eccleſiæ Patroni feſto; ut refert Ughellus tomo 1. pag. 130.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Refugio, quod, per privilegium datum anno 1237. Gregorius IX. Papa confirmat Rogerio Tricaricenſi Epiſcopo; apud Ughellum to. 7. pag. 198. in Regni Neapolitani provincia, Baſilicatâ nuncupatâ.

Abbatia S. Nicolai de Regali, ſeu Ragali; vide ſuprà litterâ M. verbo Mazara.

Regium Lepidi, vulgò *Reggio*, ſui Ducatûs Caput, civitas ſuprà *la Tarve* fluvium. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Petri, & S. Proſperi ejuſdem civitatis Epiſcopi, & tutelaris, Eccleſiam ædificare exorſus eſt Thomas Epiſcopus, qui ſedere cœpit anno 701. reædificavit Tauzus Antiſtes, ibique Præpoſito, & octo Canonicis inſtitutis, in eam corpus S. Proſperi tranſtulit anno 993. quæ poſtea à Comitiſſa Mathilda aucta, & munificè dotata, in nobilem Ord. S. Benedicti Abbatiam erecta eſt; ut refert Ughellus tomo 3. pag. 299. in ſuburbio civitatis; de ea Cod. Taxar. Cam. Apoſt. ubi in duabus collocatur Diœceſibus, in ſua, & perperam in Mediolanenſi. Hujus Abbatiæ Hiſtoriam ſcripſit Petrus Gazadius, fuit tandem intra civitatem reſtructa, vocabatur vulgò S. Proſperi inferioris;

Abbatum ſeriem, quorum primus, qui reperiri potuit, Landulphus anno 1000. habes in Ughel. tomo 5. paginâ 1580. Unita eſt Congregationi Caſinenſi, ſive S. Juſtinæ de Padua, ſub titulo S. Petri de Regio per Sixtum IV. Papam anno 1481.

II. Abbatia tit. S. Marię de Gratiis, in civitate Regii Lepidi, Canonicorum Regularium Ordin. S. Auguſtini Lateranenſium; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſt. quam anno 1466. ædificavit Philippus Zobolus, S. Proſperi Abbas Commendatarius; apud Gabrielem Pennottum Hiſt. Tripartitæ lib. 3. cap. 30. & libro 2. cap. 22. loquitur de quadam ſui Ord. Abbatia, apud Regium Lepidi, cujus Sancti titularis nomen ignorari fatetur, & loco prius citato, fundationis Bullam Pauli II. Papæ, datam anno 1467. refert, & ſubjungit monaſter. à Pio V. Papa Abbatiali dignitate fuiſſe ornatum.

III. Abbatia titulo S. Apollonii, in Ducatu, & Diœc. Regii Lepidi, à Beatrice, & Mathilda ejus filia Comitiſſis excitata; ut refert Ughell. to. 5. pag. 1558.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Thomæ, quod Lucius II. Pont. Max. Bullâ datâ ann. 1144. confirmat Alberoni Regino Lepidi Epiſcopo; vide Ughellum tomo 5. pag. 1606.

V. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Raphaëlis, quod Reginenſi Lepidi Epiſcopo Alberoni confirmat Lucius II. Summ. Pontif. anno 1144. Bullam refert Ughell. to. 5. pag. 1606.

VI. Abbatia apud Regium titulo S. Marci Canonicorum Regularium Ordin. S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, quibus, ſub Alexandro VI. Papa conceſſa eſt anno 1497. ut habetur in Syllabo MS. Abbatiarum ejuſd. Congregationis.

Regii ulterioris Calabriæ, Abbatia, ſive Monaſterium S. Joannis, conſtructum à Joanne Calomeno Guillelmi Regis Siciliæ Camerario, & anno 1177. datum Abbatiæ Montis Regalis in Sicilia, ut, in ejus Privilegiorum Summa, refert Ludovic. Lellus numero 12. idem ſanè cum Cœnobio S. Joannis ex Ocaiva extra Reginæ civitatis mœnia poſito, de quo ad annum 1182. Ughellus to. 9. pag. 437. vulgò *Reggio* è regione Meſſanæ, in planicie, inter Luponem, & Calopinacum fluvios.

II. Abbatia tit. S. Fauſtini, Ord. S. Baſilii, Diœc. Rheginenſis, ut aſſeritur in veteri Cod. Tax. Cameralis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Renati, Ordin. S. Benedicti, quod ſitum eſt inter Antonianum, & Pizzum Corvarium, cum omnibus pertinentiis ſuis; cujus mentio fit in Chronico Caſinenſi, ante ann. 884. lib. 1. cap. 45. In veteri Codice Taxæ Cameralis, ſicut, & in Codice Taxarum Cam. Apoſt. ponitur in Diœc. Surrentina, & ſic eſt Campaniæ Felicis, ſive Terræ Laboris, prope terminos Principatûs citerioris.

Abbatia S. Petri de Reſina; vide ſuprà verbo de Raſina.

Abbatia titulo S. Benedicti de Reſona, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis civitatum Biſinianenſis, & S. Angeli Lombardorum unitarum, ut refertur in Codice Taxarum D. Paſſionæi; in Calabria eſt citeriori.

Abbatia titulo S. Reparatæ, Ord. ſive

ſive Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœç. Faventinæ, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, in Æmilia, ſive Romandiola, ſicut Faventia civitas.

Abbatia titulo S. Pauli de Rezuolo, Ord. ſeu Congregat. Vallis Umbroſæ, Diœc. Florentinæ; ut fert Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Ughellus illam vocat S. Pauli de Reſvello, dicitque Diœceſis eſſe Feſulanæ. Eadem eſt hauddubiè, quæ Abbatia de Razolo, aut Raſolo, de qua fit mentio in Bulla Alexandri III. Papæ datâ anno 1176. quam vide apud eundem Ughel. to. 2. pag. 284. ejus Abbas fuerat B. Therentius, qui obiit anno 1095. ut obſervat Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi part. 2. pag. 121. ſita eſt in Etruriæ Statu Florentino; de ea ſub voce de Razolo Aſcanius Tamburinius de Jure Abbatum pagin. 12. columnâ 2.

Abbatia titulo S. Mariæ de Rheno, Ord. Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini Congregationis, ab ipſa Rhenanæ nuncupatæ, ſive S. Salvatoris de Bononia, Diœc. Bononienſis, in quam ſub Innocentio II. Summo Pontifice anno Sal. 1136. introducti ſunt prælaudati Canonici; ita Syllabus MS. Abbatiarum ejuſdem Congreg. Ipſi unitum eſt monaſter. S. Ambroſii prope Eugubium; ut teſtatur Sylveſt. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 4. pag. 324. fuit olim deſtructa, ſed poſtmodum reparata; dicta de Rheno, quia apud *Reno* fluv. poſita.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Euſtaſii in caſtello Ribzæ, quod, circa annum 1080. Nubilo Comes de caſtro Vipera, obtulit Cœnobio Caſinenſi; ut narratur in Chron. Caſinen. lib. 3. cap. 61.

Abbatia titulo S. Franciſcæ *alla Riccardina*, Ord. ſive Congreg. Montis Oliveti, Diœceſis, & territorii Bononienſis; fundata per nationem Bononienſem ann. 1620. primuſque Abbas inſtitutus D. Sixtus de Bononia; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 202.

Abbatia S. Andreæ de Ricciano; vide ſuprà litt. G. de Gricciano.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Rieſe, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Anconitanæ, fundata ante annum 1443. in Marchia Anconitana, inter Anconam, & Senogalliam, ut teſtatur Gaſpar Jongelinus, in ejuſdem Ord. Abbatiis Italiæ num. 5.

Abbatia titulo S. Mariæ de Riolo; vide ſuprà S. Mariæ de Oriolo.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Claudii, aliàs de Ripa Avia, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Anglonenſis; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. Idem forſan, quod S. Juſti. In Regni Neapolitani provincia, Baſilicata dictâ.

Abbatia titulo SS. Petri, & Andreæ de Ripalta, nobilis Abbatia, Ordin. Ciſtercienſis, & Diœc. Taurinenſis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. fuit primitus Canonicorum Regular. Ord. S. Auguſtini Præpoſitura, quorum primus anno 1137. Præpoſitus Petrus; fuit ab Innocentio IV. in Abbatiam erecta, & monachis Ciſtercien. tradita, quorum primus Abbas Bartholomæus anno 1250. vulgò *Rivalta*, inter Taurinum, & Alpes, à Sabaudiæ Comitibus, & maximè ab Amedæo III. fundata, & dotata; hodie

ſemidiruta jacet, cum paucis monachis, & Seculari Abbate Commendatario; ut obſervat Ughellus tomo 4. pag. 1464. ſeptem paſſuum millibus Taurino diſtat, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Ripalta, Ord. Ciſterciensis, aliàs Ord. S. Benedicti, Diœc. Derthonensis; de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicę; hujus Abbatis mentio fit in litteris Honorii IV. Papæ, quo ſedit ab an. 1285. ad annum 1287. vide Ughellum to. 4. pag. 865. In Codice Taxar. D. Paſſionæi aſſeritur unita Congreg. Caſinen. ſive Sanctæ Juſtinæ de Padua per Paulum III. Papam, Pontificat. anno 5. Sal. 1539. unde conſtat Ord. eſſe S. Benedicti, vulgò *Rivalta* tribus paſſuum millibus *Tortona* diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia de Ripalta, ſive de Charitate, Diœc. Civitatensis, ſive Marſici veteris in Regno Neapolitano, cui unitum eſt monaſterium monialium Sanctæ Catharinæ Lucerinæ civitatis; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. poſt unionem Sedis Civitatenſis, cum Sede S. Severi, hujuſce dicitur Diœc. ab Ughello tomo 8. pag. 507. in Commendam dari ſolita, Ord. eſt Ciſterciensis, fundata ann. 1179. undecimo Kalend. Auguſti; ut aſſerit Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis; ſed perperam illam aſſignat Diœc. Tarentinæ. *Ripalta* undecim mill. paſs. à S. Severo diſtat, versùs Aquilonem in Capitanata, quæ non potuit ob diſtantiam fuiſſe Diœceſis Marſici veteris.

Abbatia tit. S. Angeli de Ripario, Ord. S. Benedicti, Diœc. Anglonensis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis. *Sant' Angelo*, oppidum ſuper montem ſitum, in cujus declivi vicus eſt Raparamonte dictus, in Regni Neapolitani provincia, Baſilicata dictâ; à Turſienſi civitate, quæ Anglonenſi ſucceſſit, viginti, & uno paſſuum mill. diſſita, versùs Occaſum.

Abbatia titulo S. Bartholomæi de Ripolis, Ordin. ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Florentinæ, de ea Codex Taxarum Cam. Apoſt. altero ferè milliario Florentiâ diſtans, quam ad annum 710. pro monialibus ædificavit quidam Andonaldus Dynaſta, & opibus auxerunt ejus hæredes, ſed diſciplinâ regulari tandem extinctâ, data eſt monachis Vallumbroſanis. Moniales Ord. erant S. Benedicti, & ab authoritate Diœceſani exemptę, niſi quòd Abbatiſſa ab Epiſcopo Benedicenda erat; donationis inſtrumentum factum anno 790. edidit Ughellus tomo 2. pagin. 29. à prælaudatis monachis tenetur ſub titulo Abbatiæ, nunc ordinaria Sedes eſt Abbatis Generalis totius Congregationis; ut aſſerit Aſcan. Tamburinius de Jure Abbatum pag. 135.

Abbatia titulo S. Mariæ de Rivana, aliàs de Valle Viſis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Materanæ, de qua Cod. Taxarum Cam. Apoſtolicæ in Regni Neapolitani provincia, Terrâ Hydruntinâ *d'Otranto* nominatâ.

Abbatia tit. S. Mariæ de Rivera, Ord. ſive Congregat. Montis Oliveti, Diœc. Patavinæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. vulgò *Riviera* oppidum in montium Euganæorum loco plano, ubi monaſterium egregium monachorum Olivetanorum, ſub tit. Abbatiali, ut refert Angelus Portenari

la

la Felicità di Padova lib. 2. capit. 11. pag. 79. Patavium venerunt Olivetani anno 1348. hinc ad S. Mariam de Riviera tranſierunt, ad *Brenta* fluv. ſitam: fundator aſſeritur Gualterius Manfredi; de ea Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 25.

Abbatia, ſive Monaſterium de Rivo Cæſaris, Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Florentinæ, quam cum aliis à juriſdictione Epiſcopi eximit Innocentius IV. Papa, Bullâ datâ Pontific. anno 10. Salutis 1253. apud Aſcan. Tamburinium de Jure Abbatum pag. 152. In Bulla Alexandri III. anno 1176. corruptè *de Bujo Cæſaris*, apud Ughellum tomo 2. pag. 284.

Abbatia Rivi Frigidi, quam villam Mãfredus Salutiarum Marchio Agneti Amitæ ſuæ, pro erectione monaſtermonialium Ord. Ciſtercienſis, dono dedit circa ann. 1221. ut notat Ughell. tom. 4. pag. 536. ſita eſt in valle Padi; primum lapidem anno 1220. ædificationi ſuppoſuerat Jacobus II. Taurinas Epiſcopus. Ibid. pag. 1472. in Diœceſi Salutiarum, moniales anno circiter 1590. Salutias reduxit Antonius Picoth. ita Ughellus to. 1. pag. * 143.

Abbatia titulo S. Mariæ de Rivo Sacro, Ord. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ, in Codice Taxarum D. Paſſionæi additur, ſive de Aqua Cumina *Rio Sacro*, & *Aqua Cumina*, vici ad invicem milliario diſſiti, ad fontes torrentis *Fiaſtra*, in Piceno, ſive Marchia Anconitana; novem circiter millib. paſſuum à civitate Camerino diſtantes; Orientem hyemalem versùs; erat etiam ſub tit. S. Salvatoris, ut legitur in veteri Cod. Taxę Cameralis.

Abbatia titulo S. Stephani de Rivo ad mare, debet Adriaticum intelligi, cujus Abbati Alberto anno 1141. ſupplicanti, quaſdam Eccleſias concedit Robertus Theatinus Epiſcopus; vide Ughellum tom. 6. pag. 874. unde colligitur Diœc. fuiſſe Theatinæ, & in Aprutio citeriori.

Abbatia titulo S. Mariæ de Rivo Pulli, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Vicenſis; ſic in vetuſto Codice Taxæ Cameralis, ubi alio in loco litterâ R. legitur Rivi Pulli, Ord. S. Benedicti, Diœc. Vicentinæ.

Abbatia titulo S. Mariæ Roccadiæ, ſive de Rocca Dei, Ord. Ciſtercienſis, aliàs S. Benedicti, ſic Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Diœc. Syracuſanæ; de ea Rocchus Pirrus in Notitia Syracuſanæ Eccleſiæ, & lib. 4. de Abbatiis Siciliæ, ubi paſſim aliquos ejus nominat Abbates Commendatarios; illam Ordinis Ciſtercienſis eſſe aſſerit Sylveſter Maruli, & ipſe Ciſtercienſis Abbas, in Oceano omnium Religionum mundi lib. 2. pag. 152.

Abbatia titulo S. Mariæ de Rocca Amatoris, *Roccamadore* in Sicilia, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Meſſanenſis, fundata anno 1197. de ea Carolus de Viſch; in Indice Abbatiarum ejuſdem Ord. Ughellus tomo 9. pag. 816. ac Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 109. & 121. ejus Abbas fuit D. Sylveſter Maruli, qui an. 1613. Hiſtoriam ſcripſit, cujus titulus eſt *Mare Oceano di tutte le Religioni del mondo*, ubi lib. 2. pagin. 148. aſſerit fuiſſe fundatam per Bartholomæum de Luce Paternionis Comitem, & amplo proventu ditatam. Meſſanâ diſtat decem circiter paſſuum millib. versùs Me-

Meridiem, in regione, ſive valle *di Demona* non longè à mari;

Abbatia titulo S. Angeli de Rocca, Ord. S. Benedicti, Diœc. Senogallien. in Ducatu Urbini, in Marchia Anconitana; de qua in lib. 2. Martini V. Papæ anno circiter 1418. de ea Cod. Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Domini de Rocca Caſſiani, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Feſulanæ; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſt. forte *S. Caſſiano*, novem mill. paſſuum Florentiâ diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Angeli in Roccha Contrata, Diœc. Serven. aliàs Nucerinæ Diœc. ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. & Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo, Nuceria civitas eſt Umbriæ, in cujus Diœc. eſt Roccha Contrada, anno 1606. Lellus Taſtius Abbas erat S. Angeli de Rocca Contrada, ut conſtat ex MSS. Alterianæ Bibliothecæ columnâ 13. litt. D. nu. 4. in Diœceſi Novarienſi; de ea, ut in Diœceſi Nucerina vetus Codex Taxæ Cameralis; ſita eſt in Marchia Anconitana decem, & ſeptem millib. paſſ. à Nuceria, versùs quilonem.

Abbatia olim, ſive Monaſterium Rocchæ Glorioſæ, monialium Diœc. Policaſtrenſis, quod direptum ſuſtulerunt Turcæ; ut aſſerit Ughell. tom. 7. pag. 759. *Rocca Glorioſa* oppidum in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dictà, ſeptem paſſ. mill. à Policaſtro diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Mariæ della Rocca *di monte Rotaro*, Diœc. Beneventanæ, cujus Abbas jure gaudebat Mitræ, & baculi Paſtoralis, & de eo mentio fit in Synodo Beneventana habitâ anno 1374. per Ugonem II. Beneventanum Archiepiſcopum; ut obſervatur à Pompeo Sarnelli pag. 132. ſita erat in Principatu ulteriori.

Abbatia tit. S. Nili de Rocca Nova, Ord. S. Benedicti, Diœc. Anglonenſis, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Sic in Regni Neapolitani provincia, Baſilicatâ dictâ, vetus Codex Taxæ Cameralis, ſic legit, S. Nili de Roccha Nova, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Cathavien. in qua dictione clara eſt corruptio.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Pancratii, in Fortalicio Rocchæ de Scilio, de quo ſæpiùs Rocchus Pirrus in ſuis Annalibus ad annum 1450. ut ipſemet refert in lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 144. *Sciglio* oppidum ulterioris Calabriæ è regione Fari Meſſanenſis, maritimum.

Abbatia tit. S. Mariæ de Rocella, quam Rogerius Comes Siciliæ, & Calabriæ dat in dotem Epiſcopi Latini Squillacenſis Eccleſiæ, an. Sal. 1096. ut ex inſtrumento dotationis conſtat apud Ughellum tomo 9. pag. 592. & anno 1110. eadem dotatio confirmatur per Rogerium hujuſce Rogerii filium; vide ibidem pag. 596. *Rocella* oppidum maritimum Calabriæ ulterioris, ad mare Jonium, non longè ab oſtiis fluvii *Amuſa*, decem paſſ. mill. ab Hieracenſi civitate, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Nicolai de Rodegno, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Brixienſis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. dicitur etiam S. Nicolai de Rodengo, pertinuit primitùs ad monachos Cluniacenſes: Urbanus III.

Pa-

Papa, Bullâ datâ anno 1187. illi aliquas conceſſit Eccleſias; fuit an. 1445. data in Commendam ſub Prioratûs titulo, poſtea per Eugenium IV. Papam ann. ſeq. 1446. in eam introducti fuere monachi Congregationis Montis Oliveti; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 87.

Rodia, vulgò *Rodi*, Abbatia titulo S. Mariæ della Libera, quæ nunc eſt; Simplex beneficium liberę collationis, in Diœc. Sipontina; ut refert Pompejus Sarnelli, in Deſcriptione Diœceſis Sipontinæ pag. 437. habet adhuc ſuum Priorem, & Camerarium pag. 444. *Rodi* antiqua Sipontinorum Colonia, nunc terra, ſeu vicus, cum Baronatûs titulo; viginti quatuor paſſuum millibus Manfredoniâ diſtans, versùs Septentrionem, non longè ab Adriatico mari.

Abbatia tit. S. Bartholomæi, extra oppidum Rodigium *Rovigo*, Ordinis S. Benedicti, vulgò Montis Oliveti nuncupata, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. Diœceſis Adrienſis, in provincia Ravennatenſi; erat primitùs Præpoſitura Benedictinorum Humiliatorum nuncupatorum an. 1372. poſita in Commendam, anno deinde 1474. ſuppreſsâ Præpoſiturâ, & jus cedente Commendatario Bartholomęo Roverello Cardinale, data eſt per Sixtum IV. Papam monachis Congreg. Montis Oliveti, & an. 1476. ei unita Abbatia S. Petri in Maone de Baltonio; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 100. A prælaudato Cardinali fundatam, & dotatam aſſerit. Anton. Libanori in *Ferrara d'oro* pagin. 120. *Rovigo* civitas, ad quam Sedes Epiſcopalis Adriæ translata, Caput Poleſinæ *di Rovigo* dictæ, ſuper *Adigeto* fluvium.

Abbatia de Roſſeno, ſeu de Sturia, vide ſuprà litt. I. verbo SS. Jacobi, & Chriſtophori.

Roma, urbs per excellentiam dicta, non ſolùm Italiæ, ſed totius Orbis terræ Caput, quondam Reſpublica, poſtea ſub Imperatoribus, nunc Summorum Eccleſiæ Pontificum Sedes, olim in Latio cum ſuburbio Vaticani in Etruria, Tyberi fluvio *il Tevere* interfluente, nunc in *Campagna di Roma*. Ibi plures Abbatiæ olim, quarum, aut nulla, aut pauca ſuperſunt veſtigia. Ibi quoque plurimæ nunc extantes.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Adriani, & Laurentii, quod penè effundatum S. Adrianus Papa, qui ſedere cœpit anno 772. reſtituit, prædiiſque aſſignatis, monachis injunxit, ut cum aliis divinas laudes cantarent in Eccleſia S. Mariæ Majoris; ut obſervat Anaſtaſius Bibliothecarius in ejus Vita; de hoc S. Adriani monaſt. idem adhuc meminit in Vita Leonis Papæ IV. ad an. circiter 850.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Agapiti, apud titulum Eudoxiæ, nunc extinctum, cujus mentio fit ab Anaſtaſio Bibliothecario in Leone III. Papa, qui ſedit anno 795. ita Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 334.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Agathæ, quod Gregorius II. Papa, qui ſedere cœpit anno 714. in domo paterna prædiis dotavit, ad monachorum uſum, & commoditatem, ut in ejus vita refert Anaſtaſius Bibliothecarius erat olim unitum templo

S. Chri-

S. Chriſogoni, ſitumque trans-Tyberim, nunc ſub cura eſt Clericorum Doctrinæ Chriſtianæ; ut aſſerit Floravantes Martinellus Roma Sacra paginâ 51.

IV. Abbatia tit. S. Agathæ Virg. quæ eſt in capite Suburræ, cujus Abbas undecimus erat inter viginti, qui aſſiſtebant Summ. Pontif. celebranti; ut obſervat Onuphrius Panvinius lib. de ſeptem Urbis Eccleſiis pagin. 142. Eſt Antiquitate illuſtris, ad radices montis Quirinalis; erat olim Gothorum Eccleſia à S. Gregorio Magno Papa S. Agathæ, & S. Sebaſtiano conſecrata, à Cardinalibus Barberinis reſtaurata. Diaconia eſt Cardinalis ſub cura monachorum Congreg. Montis Virginis, ut dicit Floravantes Martinellus Roma Sacra pagin. 51. de hac S. Agathæ Abbatia mentio fit in Bulla Pauli V. datâ anno 1611. vide Bullar. tomo 3. pag. 241.

V. Abbatia tit. S. Agnetis extra muros Urbis, viâ Numentanâ, primitùs monaſterium erat monial. Ordin. S. Benedicti, in quod circa ann. 950. Agapetus II. Papa novam Cluniacenſium monachorum Congregationem introduxit, in quo diutiſſimè permanſerunt, ut obſervat Onuphrius Panvinius lib. de ſeptem Urbis Ecclebis pagin. 78. fuiſſe antea monialium Ord. S. Benedicti conſtat ex donatione illis facta, cujus initium refert Ughell. tom. 3. in Appendice pag. 1070. fuiſſe poſtmodum adhuc monialium probatur ex Ciaconii tomo 2. pag. 140. ubi Lucia Abbatiſſa erat, & Theodora Prioriſſa ann. 1256. Sixtus IV. Papa, qui ſedit ann. 1471. hoc monaſterium monialium Ordin. S. Benedicti junxit Eccleſiæ Sancti Petri ad Vincula, vide apud Ciaconium to. 3. pag. 14. Denique Innocentius VIII. Papa, an. 1489. monaſt. in Abbatiam erexit, & Canonicos Regulares Ordin. S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ introduxit, ubi etiam hodie vivunt ſub Abbate; ut refert Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib. 2. cap. 52. & Index MS. Abbatiarum ejuſdem Congreg. & Floravantes Martinellus Roma Sacra paginâ 53.

VI. Abbatia titulo S. Alexii, & S. Bonifacii de Urbe, Ordin. Præmonſtratenſis, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ. Hanc Eccleſiam Benedictus VIII. Papa, qui ſedit anno 975. Sergio Damaſceno Epiſcopo incolendam tradidit, in qua ipſe monachos collegit, & obſervantiam monaſticam reſtituit, ut notat Auguſt. Oldoinus apud Ciaconium pagin. 736. in fine, ante obitum S. Alexii dicata erat Eccleſia Sancto Bonifacio mart. ſita eſt in monte Aventino, an. 1073. ejus Abbas erat Gebizzo Cardinalis ibidem pag. 865. & tunc Ordin. S. Benedicti, cujus Abbas ordine quartus erat inter viginti Abbates, qui Summ. Pontifici celebranti conſueverant aſſiſtere, ibique ſervabatur corpus Sancti Bonifacii martyris; ut refert Onuphrius Panvinius lib. de ſeptem Urbis Eccleſiis pagin. 142. Cœnobium adjectum eſt, ſeu potiùs ejus bona Vaticanę Eccleſię, ita idem Oldoinus in Ciaconio to. 2. pag. 708. Canonicis Præmonſtratenſibus data eſt à Gregorio IX. Papa, qui ſedere cœpit anno 1227. ipſam nunc incolunt monachi Ordinis Sancti Hieronymi, de ea Bibliotheca Præmonſtratenſis, in Circaria Italiæ.

Ab-

VII. Abbatia, ſive Monaſter. tit. S. Anaſtaſii, in quo vivebant monachi Græci, cuique plurima bona dedit Benedictus III. Papa, qui ſedere cœpit anno 855. de ea in Codice Taxarum Cameræ Apoſt. hæc S. Anaſtaſii Abbatia numeratur inter Abbatias Urbis, ſub Alexand. III. Papa; in libro Petri Mallii; vide Muſeum Italicum to. 2. pag. 161.

VIII. Abbatia titulo S. Andreæ *Barbara* dicta, prope S. Mariam ad Præſepe, ſive Majorem; à Greg. II. Papa, qui ab anno 714. uſque ad annum 731. vixit, reparata, ut in ejus vita refert Anaſtaſius Biblioth. tunc ad eam deſolationem deductum erat monaſterium, ut ne unus monachus relictus eſſet, aliunde accitos hic Papa reſtituit, ut unà cum monachis Gerontocomii, in Baſilica S. Mariæ diu, noctuque Deo divinas canerent Laudes; ut ſcribit Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Eccleſiis Urbis pag. 241.

IX. Prope Urbem, Abbatia tit. S. Anaſtaſii, aliàs trium Fontium ad aquas Salvias, primitùs Ord. S. Benedicti; ad quam ab Oriente allatæ ſunt S. mart. Anaſtaſii monachi reliquiæ. Anno 805. Leo III. Papa, & Carolus Magnus Imperat. multa oppida huic Cœnobio dederunt, quorum diplomata evulgavit Ughell. to. 1. pag. 65. Huc introducti ſunt circa ann. 1140. Ciſtercienſes monachi, hujus Abbatiæ poſſeſſiones recenſet, & confirmat Alexander IV. Papa anno 1255. cujus Bullam ibid. habes pag. 67. Ab Onuphrio Panvinio libro de ſeptem Urbis Eccleſiis, dicitur titulo SS. Vincentii, & Anaſtaſii Eccleſia, quam, & monaſterium primus conſtruxit Honorius Papa, circa ann. 625. in Maſſa, quæ juris erat monaſterii S. Pauli; à fundamentis reſtituit prælaudatus Leo III. Papa. Monachorum Ciſtercienſium primus Abbas fuit Petrus Bernardus Piſanus, S. Bernardi Clarævallenſis Abbatis diſcipulus, qui poſtea evaſit Papa Eugenius III. ſolet dari in Commendam S. Rom. Eccleſiæ Cardinali.

X. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Andreæ, in Clivo Scauri, à S. Gregorio Magno Papa ædificatum, cujus ipſe factus monachus, regimen accepit, dicatum etiam erat ſub tit. S. Lucæ, aut S. Luciæ, ejus primus Abbas aſſeritur Valentinus, aliàs Valentius, aut Valentio. Baronius credit ibi primùm obſervatam Regulam S. Equitii, ſub S. Benedicti Regula fuiſſe aſſerunt Joannes Diaconus, & Amalarius; conſtructum fuit ante annum 570. Hinc deſumptus fuit S. Auguſtinus Anglorum Apoſtolus, cum ſociis ſuis, poſiti ſunt ibi poſtea monachi Græci, & titulum fundatoris ſui accepit S. Gregorii; ejus Abbas olim erat ex viginti Abbatibus, qui aſſiſtebant Summ. Pontifici celebranti, & ordine ſecundus, ut refert Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 142. & addit ibi aſſervari brachium S. Andreæ Apoſtoli. Jam à Camaldulenſibus monachis incolitur, ſub Regula S. Benedicti, quibus hæc Abbatia data eſt anno 1573. ut aſſerit Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ, tomo 2. pag. 33.

XI. Abbatia, ſive Monaſterium tit. SS. Andreæ, & Sabæ, in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ vocatur SS. Thomæ, & Sabæ, Ord. S. Benedicti, aliquando tit. ſolius S. Sabæ, dicitur

citur quoque S. Sabæ Cellæ Novæ, ſive in Cella Nova, celeberrima olim Abbatia circa an. 770. de qua Ughell. tomo 1. pag. 300. & pag. 1098. Ejus Abbas ordine ſextus erat è viginti Abbatibus, qui aſſiſtebant Summ. Pontifici celebranti, ut obſervat Onuphrius Panvinius lib. de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 142. additque, ubi eſt corpus S. Tiburtii mart. de ea ſic Floravantes Martinellus Roma Sacra paginâ 295. In Aventino juxta portam S. Pauli, fuit primò monachorum Græcorum monaſterium, poſt Cluniacenſium ſub Lucio II. Papa, qui ſedit ann. 1144. & Ciſtercienſium ſub Julio II. his verbis refragatur Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Eccleſiis Urbis pag. 216. ubi ait Pius IV. Papa an. 1563. Ciſtercienſes è S. Sabæ monaſt. pulſos, in monaſt. S. Crucis in Hieruſalem introduxit. Greg. XIII. Papa Pontific. anno 8. Sal. 1573. illud conceſſit Collegio Alumnorum Germanicorum S. Apollinaris.

Abbatia tit. SS. Andreæ, & Georgii de Urbe, Ord. S. Benedicti, ita Cod. Taxarum Cam. Apoſt. ſed legendum S. Andreæ, & Gregorii, ut habet Pax Jordanus in Abbatiarum Catalogo. Vide ſuprà num. X.

XII. Abbatia altera, ſive Monaſterium titulo S. Andreæ, non longè à primo diſſitum, in quo vivebant Sanctimoniales.

Abbatia titulo S. Annæ de Funari. Vide infrà verbo S. Mariæ in Julia num. XLIII.

XIII. Abbatia, ſive Monaſterium domûs Arſicii, tempore ſexti Concilii. Vide Ciaconium tomo 1. paginâ 467.

XIV. Abbatia, ſeu Monaſterium titulo S. Aureæ, cujus Eccleſia nunc S. Spiritus Neapolitanorum appellatur, monialium erat, quæ fuerunt ad S. Sixtum tranſlatæ, ſitum in regione Arenulæ, ſive Areolæ, in via Julia; ut aſſerit Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 307. & 346.

XV. Abbatia, ſeu Monaſterium à S. Hilario Papa factum ad Balneum, ſedit ann. 461. vide Ciaconium paginâ 316. litt. B. Idem eſt, quod idem S. Hilarius fecit monaſterium titulo S. Stephani, in Baptiſterio Lateranenſi; ut refert Joannes Diaconus in Appendice ordinis Romani; in Muſeo Italico pagin. 571. Balneum hìc ſumitur pro Baptiſterio.

XVI. Abbatia, ſive Monaſter. titulo S. Baſilii, cujus mentionem facit Cencius Cardinalis ad annum circiter 1160. in ordine Romano. Vide Muſeum Italicum pag. 206.

XVII. Abbatia, ſive Monaſter. Biberaticæ, ut habetur in ordine Romano Cardinalis Cencii, anno circiter 1160. ita Muſeum Italicum to. 2. pag. 206. pag. 192. recenſetur Eccleſia S. Sylveſtri in Biberatica, & alia S. Laurentii Biberaticæ pag. 193. via erat Biberatica dicta, & regio, in qua Martinellus Roma Sacra pag. 16. reperit monaſter. S. Andreæ retro Baſilicam XII. Apoſtolorum, ex Anaſtaſio Bibliothecario, cui monaſt. Leo III. Papa dona contulit; forſan monaſter. S. Andreæ prope S. Marcellum, cujus moniales nutriebant Agnos ſine macula, ut fert Ordo Romanus editus Coloniæ anno 1561. pag. 65.

XVIII. Abbatia, ſive Cœnobium, Eccleſiæ S. Bibianæ vicinum, cujus

cujus redditus Eugenius III. Papa anno circiter 1150. attribuit Eccleſiæ, quam reſtauravit S. Mariæ Majoris; ita Auguſtinus Oldoinus pagin. 1038. in Ciaconio; de eo Ordo Romanus à Cencio Cardinali anno circiter 1160. editus, apud Muſeum Italicum to.2. pagin. 206. Prope Palatium Ilcinii à Simplicio Papa dedicatum, ſedebat ann. 467. Ab Honorio II. cum Abbatia,ſeu monialium Cœnobio refectum, & conſecratum, atque ab Urban.VIII. Papa ad præſentem formam reſtitutum; cujus Abbatiſſa fuit quædam Euphroſina, & ann.1435. Abbatiſſa erat Viviana de Salvectis. Vide Floravantem Martinellum Roma Sacra paginâ 82. nunc juris eſt Sanctę Marię Majoris.

XIX. Abbatia tit. S. Blaſii juxta Palatium Trajani, cujus Abbas ordine decimus erat inter viginti Abbates, qui aſſiſtere ſolebant Summ. Pontifici celebranti, ut refert Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 142. extabat ante annum 1160.

XX. Abbatia titulo S. Blaſii de Cantu Securo, aliàs *de la Pagnova*, ſive *Pagnotta*, Ordinis Ciſtercienſis, de ea ſic Codex Cam. Apoſt. S. Blaſii Ordin. S. Benedicti, ut obſervat Pax Jordanus in ſuò Abbatiarum Catalogo, vocabatur etiam de Paneta, eo quod in die feſto S. Blaſii panes Clero diſtribuebantur, ſita inter Tyberim, & Pontem S. Petri. in via, quæ olim Florida, nunc Julia vocatur; ut refert Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 81. ejus Abbas erat ordine decimus quartus inter viginti, qui Summ. Pontifici celebranti aſſiſtebant, ut obſervat Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Eccleſiis Urbis pag. 142. nunc Parochia eſt juris Baſilicæ S. Petri.

XXI. Abbatia, ſive Monaſter. Boëtii, ſeu Boëtianum, primitùs à monachis Syris inhabitatum, quod monachis Romanis dedit circa annum 677. Domnus Summ. Pontifex. Vide tomo 6. Conciliorum pag. 570. Iſti Syri Neſtorianâ hęreſi infecti erant eapropter fuerunt ejecti. Vide Ciaconium pag. 467. litt. B.

XXII. Abbatia, ſive Monaſter. quod in propria domo ædificavit, & pluribus bonis dotavit Bonifacius IV. Sum. Pont. ita Baronius in Annalibus ad annum 614. fuerat monachus Abbatiæ S. Sebaſtiani extra Urbem; domus illa Paterna erat Romæ, & ipſe Romæ, & ipſe Romanus. Hinc videtur utrumque monaſter. fuiſſe ſub Regula S. Benedicti, vide Ciaconium pag. 427.

Romæ monaſteridm titulo S. Bonifatii martyris, cujus mentio fit in Chronico Caſinenſi lib. 2. cap. 17. ad finem decimi ſeculi, videtur idem cum Abbatia S. Alexii, de qua ſuprà num. 6.

XXIII. Abbatia, ſive Monaſt. juxta Eccleſiam S. Cæciliæ, ad quam hujus Sanctæ corpus tranſtulit S. Paſchalis II. Papa, qui ſedit ab an. 817. ad annum 824. ibi monachos Ordin. S. Benedicti in domo à ſe conſtructa inſtituit. Nunc. à Sanctimonialibus poſſidetur Ord. ejuſdem S. Benedicti Congregationis Camalduden. quæ in eam introductæ ſunt anno 1527. quarum anno 1538. Abbatiſſa erat quædam Maura; ut dicit Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 84.

XXIV. Abbatia titulo S. Cæſarii

In Palatio, cui monaſterio plura dona fecit Leo Papa IV. qui ſedebat anno 847. ut refert Anaſtaſius in ejus vita, ab Auguſtino Oldoino citatus, apud Giaconium pag. 619. Abbas hujus monaſt. primus erat è viginti Abbatibus, qui aſſiſtebant Summ. Pontifici celebranti, ut obſervat Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Eccleſiis Urbis pag. 142. Eugenius III. Papa anno 1145. in Baſilica Lateranenſi intra Oratorium S. Cæſarii eligitur, ut dicit Ciaconius, Baronius verò dicit in Eccleſia monaſt. S. Cæſarii; hinc conſtat intelligi debere de Lateranenſi Palatio.

XXV. Abbatia, ſive Monaſter. titulo S. Cæſarii, monachorum, diverſum à præcedenti monaſt. S. Cæſarii in Palatio, ut conſtat ex Ordine Romano Cardinalis Cencii anno circiter 1160. apud Muſeum Italicum, tomo 2. pag. 206. S. Cæſarei monaſt. in regione Campi Martii legitur in Taxa Leonis X. Papæ; ut obſervat Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 350.

XXV. Abbatia in Campo Martio titulo SS. martyris, & Pontificis Stephani, & Sylveſtri, cujus Eccleſia fuit à S. Paulo Papa, qui ſedit an. 757. conſtructa, prædiis, & redditibus locupletata, in qua primùm monachos poſuit Græcos, quibus ſucceſſere Benedictini; vide tom. 6. Conciliorum pag. 1689. pro tertio titulari additur S. Dionyſius Papa, in Bulla Agapiti II. datâ anno 954. apud Ughellum to. 1. pag. 1102. vocata fuit etiam aliquando ad Duos Hortos, nunc verò vocatur S. Sylveſtri ad Caput, hoc eſt S. Joannis Baptiſtæ ibi aſſervatum. Condidit prælaudatus S. Paulus in propria domo. Abbas erat ordine octavus è viginti, qui Summ. Pontifici ſolebant aſſiſtere, ut obſervat Onuphrius Panvinius in lib. de ſeptem Urbis Eccleſiis, ubi ſic ſcribit octavus Abbas S. Sylveſtri inter Duos Hortos, quod monaſterium ædificavit Papa Dionyſius, cujus corpus ibidem requieſcit; *hæc ille*. Honorius IV. Papa anno circiter 1286. huc introduxit moniales, quæ Jacobum Columnam Cardinalem agnoſcunt profundatore, Abbatia nunc eſt monialium Ordin. S. Claræ; vide infrà verbo S. Dionyſii.

XXVI. In Campo Martio, Abbatia titulo S. Mariæ, monialium, Ordinis S. Benedicti. Anno 750. è Conſtantinopoli venerunt moniales, cum Abbatiſſa Ordin. S. Baſilii, quæ ſecum corpus S. Gregorii Nazianzeni aſportantes, manſerunt primò in Eccleſia S. Mariæ in Minerva, poſtea in hac campi Martii Eccleſia, ubi Regulam S. Benedicti recepere, unde dictæ ſunt aliquando S. Mariæ in Minerva, & ſimul Sanctæ Mariæ in campo Martio; poſtea S. Mariæ in campo Martio, & S. Gregorii Nazianzeni; hujus monaſter. Chronica vide apud Floravantem Martinellum Roma Sacra pag. 189. Ipſi Cœleſtinus III. Papa Bullam dedit ann. 1194. hujus Abbatiæ curam, & adminiſtrationem Congregationi Caſinenſi committit Gregorius XIII. Papa, Bullâ datâ anno 1573. Vide Bullarium Caſinenſe tomo 2. pag. 484.

Abbatia Canelicum dicta. Vide infrà titulo S. Sergii num. LXXXI.

Abbatia, ſive Monaſterium Sanctæ Catharinæ monial. in Vaticano;

Vi-

Vide infrà S. Stephani in Gallæ Patriciæ ſolo num. LXXVII.

XXVII. Abbatia tit. S. Clementis, cujus monachus, & Abbas erat anno circiter 1100. Leonas Cardin. ut refert Ciaconius pag. 922. non caret dubio an non intelligatur de Abbatia S. Clementis in Peſcara. Ann. 5. Nicolai Papæ V. Sal. 1451. data fuit pro quodam cenſu ſententia in favorem fratrum Sancti Clementis contra Abbatiſſam monaſterii SS. Cyriaci, & Joannis, quam vide originalem in Archivio S. Pancratii monachi hujus monaſt. dicuntur Ordin. S. Ambroſii, ſecundùm inſtituta S. Auguſtini viventes, cujus monaſterio Eccleſiam S. Paſtoris de Urbe in via Majori unit Eugenius IV. Papa, Bullâ datâ Pontific. anno 3. Salutis 1434. quam vide in eodem Archivio, ſicut, & donationes aliquas in favorem ejuſdem monaſterii factas.

XXVIII. Abbatia tit. S. Mariæ Corſarum; hoc monaſterium ſitum erat juxta Baſilicam B. Sixti martyris fuerat penitùs deſolatum, ſed illud Leo IV. Papa, qui ſedebat anno 847. reſtitutis prædiis, & bonis reparavit, & in eo moniales collocavit, ut in ejus vita refert Anaſtaſius Bibliothecarius ab Auguſtino Oldoino citatus, in Ciaconio pag. 619. erat etiam ſub titulo S. Cæſarei, unde dubium oritur, ne ſit idem cum monaſt. SS. Simmittrii, & Cæſarii, de quo infrà; familia Corſa tunc erat Romæ admodum potens. Vide Floravantem Martinellum Roma Sacra pag. 350. & pag. 371.

XXIX. Abbatia, & Eccleſia tit. SS. Coſmæ, & Damiani ad micam auream dicta, cui diploma conceſſit Joannes Papa XVII. anno 1005. & cujus Abbas erat B. Gregorius S. Benedicti monachus, Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis, & S. Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius, vide Ughellum to. 1. pag. 72. hæc ipſa Abbatia SS. Coſmæ, & Damiani in vico aureo trans-Tyberim, cujus Abbas erat ordine ultimus è viginti Abbatibus, qui aſſiſtere conſueverant Summ. Pontifici celebranti; ut refert Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pagin. 143. dicitur etiam ad micam auream, loquitur etiam eodem lib. pag. 66. idem Onuphrius de altera Eccleſia titulo S. Joannis de mica aurea; nunc vulgò vocatur *San Coſimato*, aut *Coſimato*, quam ab ann. 1475. ſub Abbatiſſa incolunt moniales Ordinis S. Claræ; ut obſervat Franciſcus Gonzaga in Hiſtoria Seraphica parte 2. pag. 190.

XXX. Abbatia, ſive Monaſter. titulo S. Crucis in Jeruſalem, ubi pars eſt Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, hanc Eccleſiam priſcis temporibus incoluerunt Clerici, poſtmodum monachi. Benedictus VII. Papa (is ſedit anno 975.) ut ex ejus Elogio marmoreo paraſtatæ affixo intelligitur, Baſilicam hanc, & monaſterium renovavit, monachos ad paucos redactos, in ea reſtituit. Ampliavit S. Leo IX. Papa (ſedit anno 1049.) Chronici Caſinenſis lib. 2. cap. 81. hæc verba ſunt. *Monaſterium Sanctæ Jeruſalem, quod Suxorianum appellatur, intra Romanam urbem ſitum, quod Leo IX. Caſinenſi Abbati (Richerio Divino Officio deſtitutum) contradidit, cum omnibus pertinentiis ſuis, & privilegium exinde illi faciens, ſacrationem tantummodo ſibi Abbatis ejuſdem loci,*

quem

quem tamen Caſinenſis Abbas eligeret reſervavit. Alexander II. Papa (qui ſedebat anno 1061.) Caſinenſibus abſtulit, & in ea Canonicos Regulares Congregationis S. Fridiani Lucenſis collocavit, qui eam uſque ad Clementis VI. Papæ tempora annum videlicet 1342. tenuerunt. Ex hac Canonicor. Congreg. prodiit Lucius II. Papa, ſedit anno 1144. is, cùm hujus Eccleſiæ presbyter eſſet Cardinalis titularis, totam ipſam, & Canonicorum clauſtra à fundamentis erexit. Cæterùm, Canonicis Regularibus deficientibus, Urbanus V. Papa anno Pontificatûs 8. Salutis 1369. Patribus Carthuſianis donavit, quibus ad Eccleſiam S. Mariæ Angelorum in Thermis Diocletiani translatis, Pius IV. Papa anno 1563. hanc Baſilicam Congreg. Lombardiæ Ordin. Ciſtercienſis, ex S. Sabæ monaſt. pulſæ conceſſit. Vide Onuphrium Panvinium libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 216.

XXXI. Abbatia, ſive Monaſter. quod an. circiter 946. pro monialibus Ord. S. Benedicti, tempore Agapiti II. Papæ, & Othonis Imperatoris, nobiliſſimæ ſorores Alberti, ſive Alberici Conſulis Maroza, Stephania, & Theodora, cum Eccleſia ſub titulo S. Stephani conſtruxerunt, paulò poſt in hanc delatum caput, cum brachio S. Cyriaci mart. fuit S. Cyriaci titulo donata, fuit quoque S. Cyriaci, S. Nicolai, & S. Benedicti nuncupata, tam propter Eccleſiam S. Nicolai intra monaſterii ſepta conditam, tum propter Regulam S. Benedicti. Data eſt à Calliſto II. Papa Bulla in ejus favorem anno 1124. quæ enumerat Eccleſias ad eam pertinentes; anno 1084. Gregorius VII. dedit huic monaſterio S. Cyriaci Eccleſiam Sancti Joannis in Sylva majori ſitam, ſeptimo ab urbe milliario, prope Tibur civitatem, ubi anno 1135. Maria Abbatiſſa turrim ædificavit. Aliqua ſub ſe monaſt. habebat filialia, quorum Superiores Rectrices appellabantur, unum maximè tit. S. Cyriaci in *Geronrod* in Saxonia an. 1233. ab ea tam in capite, quàm in membris dependentia. Sita erat in via Lata, prope Eccleſiam Collegiatam S. Mariæ. Tandem an. 1435. Eugenius Papa IV. per Bullam, titulum Abbatiale ſupprimit, & extinctis lentâ morte monialibus, omnes redditus præfatæ Eccleſiæ S. Mariæ in via Lata concedit, prohibens ne ullæ ampliùs reciperentur moniales; nullum nunc ejus reſtat veſtigium, hujus Abbatiæ Sancti Cyriaci Martyrologium ſæpiſſimè citat Baronius in ſuis Notis ad Martyrologium Romanum, cujus Necrologium edidit Floravantes Martinellus, quem conſule in Hiſt. S. Mariæ in via Lata, edita Romæ an. 1655. & in Roma Sacra pag. 355. anno adhuc 5. Nicolai Papæ V. Sal. 1451. data fuit pro quodam cenſu ſententia in favorem fratrum S. Clementis, contra Abbatiſſam monaſterii SS. Cyriaci, & Joannis, quæ originalis ſententia aſſervatur in Archivio S. Pancratii.

XXXII. Abbatia, ſive Monaſt. alterum S. Cyriaci; de eo ſane loquitur ad annum 990. Ughellus tomo 5. pag. 1540. monialium olim monaſter. ad Thermas Diocletianas, vocatur S. Cyriaci in Thermis. Hujus loci Cardinalis, & Abbas conſtitutus fuit anno 1122. in Concilio Lateranenſi, Oderiſius de Sangro. Vide Ciacon.

pag.

pag. 923. erat in propria domo S. Cyriaci martyris prope S. Suſannam, ut obſervat Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 355. ſitus probat à præcedenti planè diverſum.

Abbatia, ſive Monaſterium ſub tit. S. Dionyſii, quod ædificare cœpit Stephanus III. Papa, præventus morte anno 757. ſucceſſor ejus Paulus I. nobiliter illud conſummavit, & quoſdam Dei Servos natione Græcos illic collocavit, locumque ipſum ad SS. Martyres in Schola Græcorum appellari præcepit; ut teſtatur Ciaconius paginâ 534. Obſerva propter Iconoclaſtarum perſecutionem plures Abbates, ſive Archimandritas, & monachos Græcos ex Oriente in Occidentem transfugiſſe, & à Summis Pontificibus humaniſſimè fuiſſe receptos. Sita erat apud S. Sylveſtrum ad Caput; vide ſuprà in Campo Martio num. XXV.

XXXIII. Abbatia, ſive Monaſt. Dominæ Roſæ, de quo loquitur Cencius de Sabellis Cardinalis, in Ordine Romano à ſe compoſito, ſub Alexandro III. Papa anno circiter 1160. vide Muſeum Italicum tomo 2. pag. 191. & 206. Erat in regione Campitelli, ſive S. Mariæ Domnæ Roſæ, aliàs S. Maria de Roſa; quam Floravantes Martinellus putat eam eſſe, quæ nunc S. Catharina de Funariis Roma Sacra pag. 374. refert etiam pag. 391. Eccleſiam Sancti Salvatoris in Domna Roſa.

XXXIV. Abbatia tit. S. Eraſmi in Cœlio monte, ubi Adeodatus I. Pontif. Max. qui ſedit anno 670. monachus vixerat, qui eam ſtructuris, & cenſibus ampliſſimis ornavit, & auxit. Ibidem Abbate, & Congreg. monachorum locatis; ut ait Trithemius lib. 4. cap. 4. à Ciaconio citatus pagin. 463. Hanc Eccleſiam reſtruxit S. Benedictus II. Papa; ita idem Ciaconius pag. 480. in fine.

XXXV. Abbatia, ſive Monaſt. Eccleſiæ S. Eugeniæ, cui moniales, quæ Divinas ibi canerent Laudes, adjunxit Hadrianus I. Papa. Vide to. 6. Conciliorum pag. 1750. ſedit S. Hadrianus an. 772. ſita eſt in Cœlio monte. Jam antea Joannes VII. Papa, qui ſedit anno 705. Eccleſiam reparaverat. Hîc requieviſſe corpus prælaudatæ S. Eugeniæ teſtatur Anaſtaſius Bibliothecarius; nunc amplius non extat; ut obſervat Floravantes Martinellus pag. 356.

XXXVI. Abbatia tit. S. Euſebii de Urbe, in loco, quem vulgus *Cimbrum* appellat, & Marii Trophæa, prope caſtrum Aquæ Martiæ, in regione Montis Exquilini, in bivio Præneſtinæ, & Tiburtinæ viæ; hanc Eccleſiam, quæ Cardinalis eſt titulus, Nicolaus IV. Papa, qui ſedit an. 1288. S. Petro de Murrono Cœleſtinorum fundatori conceſſit, & Gregor. XIII. Palatium Cardinalis Titularis monachis attribuit, unde ampliata, & ſuperædificata Ecleſia, in ruinis Palatii Liciniani, cum monaſt. anno 1582. in ea requieſcunt corpora SS. Euſebii, Croſii, & Vincentii ante majus Altare, ut aſſerit D. Cœleſtinus Guicciardini in Relatione MS.

Abbatia, ſive Monaſterium Jeruſalem, ſeu Hieruſalem, dictum conſtitutum juxta magnam Eccleſiam Sancti Petri, ſic legitur in Bulla Joannis XIX. Papæ, Pontificatûs anno 3. data, Sal. 1026.

Ab-

Abbatia Sancti Gregorii in Clivo Scauri; vide ſuprà S. Andreæ in Clivo Scauri num. X.

XXXVII. Abbatia, ſive Monaſterium in Gerontocomio, prope Sanctam Mariam ad Præſepe, quam nunc S. Mariam Majorem vocant, à Gregorio II. Papa, qui ſedit anno 714. inſtitutum; ut refert Anaſtaſius in ejus vita; ita, ut hujus monaſterii monachi, unà cum monachis S. Andreæ in Baſilica S. Mariæ, diu noctuque Divinas Deo canerent Laudes; de hoc Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 241.

XXXVIII. Abbatia, ſive Monaſterium, quod Honorius Papa in domo ſua, prope Eccleſiam S. Joannis Lateranenſis ædificavit, in honorem SS. Andreæ, & Bartholomæi, prædiis dotavit, & Privilegiis, ut refert Card. Baronius ad annum 638. quod ab Hadriano Papa reſtructum; & reparatum, inſtituto Abbate, ut afferit Anaſtaſius in ejus vita, vocabatur ſimpliciter monaſter. Honorii. Cæterùm, quo in loco, vel in qua parte fuerit; quum hodie, aut dirutum, aut mutato nomine incognitum ſit, incompertum eſt; fortè erat ubi nunc domus eſt Hoſpitalis, ſic ſentit Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Eccleſiis Urbis pag. 168.

XXXIX. Abbatia, ſive Monaſt. titulo SS. Joannis, & Pauli, incerto Authore excitatum, ante centum, & mille annos plus minus, prope Baſilicam S. Petri, in ſiniſtro latere, cujus monachi, cum aliis apud S. Petrum Divinas Laudes per vices ſuas diu, noctuque cantabant; ut refert Onuphrius Panvinius lib. de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 47. fuit à S. Leone inſtitutum, in loco, ubi nunc eſt abſis S. Petri ad Septentrionem, ſeu Sacellum SS. Proceſſi, & Martiniani, fuitque una Canonica S. Petri; ut teſtatur Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 363.

XL. Abbatia, ſeu Monaſterium S. Joannis de Inſula, cujus mentionem facit Card. Cencius in Ordine Romano ſub Alexandro III. Papa, circa annum 1160. vide Muſeum Italicum tomo 2. pagin. 206. Inſula videlicet Lycaonia, vulgò nunc *di S. Bartholomeo* dicta.

XLI. Abbatia, ſive Monaſter. S. Joannis Portæ Latinæ, quod circa ann. 1160. recenſetur in Ordine Romano, ſcripto per Cardin. Cencium de Sabellis, ſub Alexandro III. Papa; vide Muſeum Italicum to. 2. pag. 206. extinctum nunc, & Eccleſia unita Capitulo Eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis.

XLII. Abbatia, ſive Monaſter. Juliæ, de quo Cencius Cardinalis de Sabellis loquitur, in Ordine Romano tempore Alexandri III. hoc eſt circà annum 1160. vide Muſeum Italicum tom. 2. pag. 206. forſan monaſterium S. Salvatoris in Julia, in regione Areolæ, quod erat inter Eccleſiam S. Caroli ad Catinarios, & monaſt. S. Annæ, ut refert Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 389.

XLIII. Abbatia S. Mariæ in Julia, monialium Servarum B. Mariæ nuncupatarum, Ordin. S. Benedicti, fundata an. circiter 1265. per B. Sanctucciam ejus primam Abbatiſſam: conſenſum dante Clemente IV. Papa, ut refert Lud. Jacobilli de SS. Umbriæ

to. 2.

to. 2. pag. 228. fuit poſtmodum ſub tit. S. Annæ, antiquitùs vocabatur S. Mariæ, & SS. Vincentii, & Anaſtaſii, ab an. 1280. uſque ad an. 1500. S. Mariæ in *Giulia*, & hinc uſque nunc S. Mariæ de Funari eratque membrum Eccleſiæ S. Mariæ in monte Aventino, Equitum Templariorum, ubi illorum moniales ab anno 1190. vixére uſque ad annum 1215. & anno 1263. data eſt prælaudatæ Sanctucciæ; quæ ibi objit an. 1302. ſita eſt in regione Arenulæ, ſive Areolæ; de ea Martinellus Roma Sacra pag. 60. circa ann. 1527. Abbatiſſa erat Scholaſtica Bartolacci pag. 196.

XLIV. Abbatia, ſive Monaſter. prope Lateranum, titulo S. Joannis Evangeliſtæ, ab Abbate Caſinenſi conſtructum ann. circiter 568. ex conceſſione S. Pelagii II. Papæ, & Mauritii Imp. Caſinenſes enim monachi, ob direptionem Caſini, Romam confugerant, cujus Abbas fuit quidam Valentinianus. Epitome Hiſt. Benedictinæ pagin. 100. titulares habebat SS. Joannem Evangeliſtam, & Joannem Baptiſtam, & S. Pancratium; illud reparavit Gregorius III. Papa, qui ſedebat anno 731. ac bonis prædiiſque ditavit, voluitque, ut in Eccleſia S. Salvatoris, ſive Conſtantiniana divinum perſolverent Officium; eadem Abbatia ſub ſolo S. Pancratii titulo, de qua infrà poſt num. LXII.

XLV. Abbatia, ſive Monaſter. ab Honorio Sum. Pontif. Romæ prope S. Laurentium conditum, de quo Epitome Hiſt. Benedictinæ quinto ſeculo pagin. 34. S. Hilarus Papa, qui ſedit ann. 461. monaſterium ad S. Laurentium fecit; ut refert Ciaconius pagina 461. litterâ B. Bullæ Joannis XIX. Papæ, Pontific. ann. 3. Salutis 1026. ſubſcribit Rodulphus Presbyter, & Abbas, ex monaſterio S. Laurentii; quod ponitur in clauſura. Vide Muſeum Italicum tomo 2. pag. 157.

XLVI. Abbatia tit. S. Laurentij extra muros urbis Romæ, quam incoluêre primùm clerici, poſtea cum Abbate monachi Ordin. S. Benedicti; deinde Agapitus II. Papa, circa annum 950. illam novæ Cluniacenſi Congregationi conceſſit, ex qua prodiit Paſchalis II. Papa monachus Sancti Benedicti, qui ſedit anno 1099. & antea Gregorius VII. an. 1073. Congregatione deficiente, Cardinalibus cœpit Commendari, Ann. 1431. hujus monaſt. Abbas erat Guillelmus de Pedemontio, & anno 1452. Abbas erat Laurentius Joannes Maffei; anno denique 1483. dicitur eſſe Ordinis S. Ambroſii, cujus tunc Generalis erat quidam Ludovicus de Petra Sancta: horum inſtrumenta ſervantur in Archivio S. Pancratii. Denique in eam introducti Canonici Regulares Ordin. S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, anno videlicet 1511. qui ſub Abbate Regulari eam hodie poſſident. De ea Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis cap. 6. ubi ejus Baſilicam deſcribit, erat quoque tit. S. Stephani, & S. Laurentii extra muros viâ Tiburtinâ. Vide Floravantes Martinellum Roma Sacra pag. 134.

XLVII. Apud Sanctum Laurentium Panis Pernæ, Abbatia, nunc monialium Ord. S. Claræ, quas Urbaniſtas appellant eductarum è monaſterio Sanctorum Coſmæ, & Da-

miani trans-Tyberim, concedente Leone X. Papâ anno 1517. quarum prima Abbatiſſa fuit ſoror Violante Sabellica; ut teſtatur Franciſcus Gonzaga Hiſt.Seraph. part.2.pag.191. Vetus olim erat virorum Abbatia, cujus Abbas erat ordine duodecimus, inter viginti Abbates, qui aſſiſtere conſueverant Pontifici Max. celebranti; ut refert Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag.142. locus eſt, ubi S. Laurentius mart. poſitus fuit ſuper Craticulam; Ibi erant Thermæ Olympiadis. Floravantes Martinellus Roma Sacra legendum contendit in Perperna, potius Perpennæ.

XLVIII. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Leonis; ut habet Ordo Romanus à Cencio de Sabellis Cardin. ſub Alexandro III. Summ. Pontifice anno circiter 1160. compoſitus vide Muſeum Italicum tomo 2. pag. 206. forſan idem monaſt. à S. Leone I. Papa conſtructum apud S.Petrum Apoſt. de quo Ciaconius tomo 1. pagin. 307. litt. C.

XLIX. Abbatia, ſive Monaſt. in Eccleſia S. Marci, quam Greg.IV. Papa, qui ſedebat anno 827. auxit, & ornavit, illique monaſterium adjunxit. Anaſtaſius Bibliothecarius illi Synchronus bona recenſet iſti Eccleſiæ ab hoc Summo Pontifice facta, de adjuncto tamen ſilet monaſterio.

L. Abbatia tit.S.Mariæ in Aventino, ubi eſt de corpore S. Sabini Epiſcopi, verba ſunt Onuphrii Panvinii libro de ſeptem Urbis Eccleſiis paginâ 142. cujus Abbas locum tertium tenebat inter viginti Abbates, qui ſolebant aſſiſtere Summo Pontifici celebranti; vide ibidem Extabat ante an. 1160. ſita erat in montis Aventini parte, quæ reſpicit Tyberim fluv. ſuprà locum vulgariter dictum *Marmo rata*; olim Bonæ Deæ, poſtea S. Joannis, tandem S. Mariæ; hodie Prioratus eſt Militum Hieroſolymitanorum; iſte verò S. Sabinus, ſive Savinus fuit Spoletanus Epiſcopus. Vide Floravantes Martinellum Roma Sacra paginâ 186.

LI. Abbatia S. Mariæ in Capitolio, ubi eſt Ara filii Dei, Ord. olim S. Benedicti, quam Innocentius IV. Papa, litteris datis Lugduni 6. Kal. Julii, Pontific. anno 7. Salutis 1249. tradi juſſit Fratribus Franciſcanis, inſtituti, quod vocant de Obſervantia. Litteras exſcripſit Lucas Wadinghus in Annalibus Seraphicis tomo 2. ad annum 1251. ejus Abbas erat ordine nonus inter viginti Abbates, qui aſſiſtere conſueverant Summo Pontifici celebranti; ut obſervat Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 142. Hoc Cœnobium hodie vulgò vocatur de *Ara Celi*; ubi etiam videtur vetus monachorum clauſtrum.

LII. Abbatia tit. S. Mariæ Novæ, quæ olim vocabatur S. Mariæ Antiquæ, & S. Mariæ in Dominica, de qua Ughellus tomo 4. pagin. 890. ſita eſt in Foro Romano, hodie *Campo Vaccino*, cujus Eccleſiam Canonicis Regularibus Congregationis Frigdianæ conceſſit Calliſtus II. Papa, qui ſedebat anno 1119. vide Ciaconium paginâ 833. In eam introducti ſunt monachi Congreg. Montis Oliveti, per Clementem VI. Papam, qui ſedebat anno 1342. fatiſcentem reparavit ejus Abbas Stephanus de Averſa an. 1611.

ibi

ibi ſub eleganti ſepulchro religiosè aſſervatur, & colitur corpus S. Franciſcæ Romanæ. Vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 21. & ſequentibus.

LIII. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Mariæ in Monaſterio, de quo Cencius de Sabellis Cardin. mentionem facit in Ordine Romano, quem nuncupavit Alexandro III. Summ. Pont. circa annum 1160. vide Muſeum Italicum tomo 2. pag. 206. Collegiata erat Eccleſia tempore Martini V. anno circiter 1420. qui eam monachis Sancti Petri ad Vincula, Ordin. tunc S. Hieronymi annexuit; Vide Ciaconium tomo 2. pag. 825. Erat hæc Abbatia juxta S. Petrum ad Vincula, dicta propter viciniam S. Mariæ ad Vincula anno 1015. cujus Abbas decimum locum tenebat inter Abbates, qui aſſiſtere tenebantur Summ. Pontif. celebranti, ut refert Onuphrius Panvinius lib. de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 142.

LIV. Abbatia S. Mariæ in Caſtro Aureo cujus Abbas aſſiſtere ſolebat Summ. Pontifici celebranti, & inter viginti Abbates aſſiſtentes locum tenebat decimum ſeptimum, ut obſervat Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 142. Extabat ante annum 1160. Pancirolus credit fuiſſe in monte Aureo; Floravantes Martinellus illam confundit cum Abbatia S. Mariæ de Roſa, in caſtello Aureo, ideſt in Circo Flaminio.

LV. Abbatiale Cœnobium tit. S. Mariæ Pacis, Ord. Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Congreg. Lateranenſis; ſic refert Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 2. cap. 26. ſita eſt in loco, ubi antea Parochialis Eccleſia erat tit. S. Andreæ de Aquarenariis, cum vicina Imagine miraculoſa B. Mariæ Virg. de Virtutibus dictæ. Ibi Sixtus IV. Papa novam Eccleſiam inchoavit, ſub tit. S. Mariæ Pacis, & anno 1483. Canonicis Regularibus è Laterana Baſilica pulſis, ſub titulo Præpoſituræ, conceſſit; inchoatam perfecit Innocentius VIII. Summ. Pont. & anno 1611. reſtruxit Gaſpar Rivaldus nobilis Romanus; hujus loci Abbas erat anno 1614. Domnus Joannes Chryſoſtomus Neapolitanus. Vide fuſiora apud eundem Pennottum lib. 3. capit. 33. tandem Alexander VII. Sum. Pont. anno circiter 1660. Sacram hanc ædem in elegantiſſimam formam reparavit.

LVI. Abbatia tit. S. Mariæ trans Tyberim, vulgò *Traſtevere*, in qua Gregorius IV. Papa, qui ſedebat anno 827. monachos Canonicos poſuit, ad perſolvendum Officium Divinum; verba ſunt Anaſtaſii Bibliothecarii in ejus Vita; Canonicos hoc eſt Regulares. Hujus monaſterii, quod Gregorius B. Cornelio Papæ dedicaverat, veſtigia diu ſuperfuerunt, ut aſſerit Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pagin. 65. in antiquis Codicibus MSS. vocatur monaſter. Sanctæ Mariæ, cujus fuit Abbas, ſub Nicolao Papa, Anaſtaſius quidam Bibliothecarius, ut teſtatur Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 247.

LVII. Abbatia, ſive Monaſter. tit. S. Martini, à Leone III. Summ. Pont. reſtructum, ſed ab anno 795. ad ann. 816. ſitum erat prope S. Petrum, à latere dextro Baſilicæ, vetuſtiſſimum, & cujus obſcura ſunt initia, in

illo vixerat Leo IV. Papa, qui illud reparavit. Cæterorum vicinorum monaſteriorum Princeps erat, & caput; ut aſſerit Onuphrius Panvinius lib. de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 46.

LVIII. Abbatia tit. S. Matthæi, cujus Abbas Joannes ſubſcripſit Synodo Lateranenſi, ſub Bonifacio VIII. Papa, anno Sal. 1015. Indictione 13. vide Ughellum tomo 3. in Appendice pag. 998. ſita eſt in Merulana, alias Mariana, in regione montium, eundo à Baſilica S. Mariæ Majoris ad Lateranum; eſt titulus Cardinalitius, erat olim fratrum, qui vocabantur Cruciferi, ſub cura eſt hodie fratrum Ord. Eremitarum S. Auguſtini. Eccleſia conſecrata fuit à Paſchale II. Papa anno 1110. vide Floravantes Martinellum Roma Sacra pag. 257.

LIX. Abbatia, ſive Monaſter. Maximæ, recenſetur à Cencio de Sabellis Cardinale in Ordine Romano, quem anno circiter 1160. Alex. III. Papæ dicavit; vide Muſæum Italicum tomo 2. pag. 206. Illud à fundamentis reædificare cœperunt moniales, Ord. S. Benedicti; dicitur S. Ambroſii de Maxima, aliquando S. Maria de Maxima, eratque olim Parochialis Eccleſia: Sita in regione S. Angeli propè Mattheiorum Palatium, & Forum Piſcarium, etiam olim tit. S. Stephani de Maxima. Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 54.

LX. Abbatia, ſive Monaſterium Mirandæ, enumeratur in Ordine Romano, quem anno circiter 1160. Alexandro III. Papæ dicavit Cencius de Sabellis Cardinalis; apud Muſæum Italicum tom. 2. pag. 191. & pag. 206. Eccleſia dicitur S. Laurentii in Miranda in Foro Boario, *Campo Vaccino*, apud Fauſtinæ porticum, quæ aliquando Collegiata fuit. Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 139.

LXI. Romæ Abbatia, ſeu Monaſterium, quod Palladium dicebatur Curię propinquum, infra domos Leonis, & Cencii Frangipanis, locus tutiſſimus, ubi anno 1118. Pontifex electus fuit Gelaſius II. vide Ciaconium pag. 929. erat ſub titulo SS. Sebaſtiani, & Zotici mart. & Pallaria dicebatur, retrò hortos S. Mariæ Novæ, versùs Amphiteatrum, quod Alexand. II. Papa, qui ſedit an. 1061. monachis Caſinatibus conceſſit, quos ab Abbatia S. Crucis in Hieruſalem expulerat, ut teſtatur Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 214. Platina vocat ad Palladium, Blondus à Victorello citatus, ſcribit ingentes ruinas loci ad Palladium, in parte Palatii ad Septentrionem, in Flavii Conſtantini arcum vergente, ſuo tempore extitiſſe, & locum corruptè dici Pallara, cæteraſque partes muri prædii Dominici Cardinalis Capranicenſis. Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 336. dicit eſſe Eccleſiam SS. Amantii, & Zotici, ſuprà montem Palatinum; in privilegio Alexandri II. ponitur ſub tit. SS. Martyrum Sebaſtiani, & Zozimi, datque Papa monachis poteſtatem eligendi Abbatem ſuum.

LXII. Abbatia titulo S. Mariæ in Pallara, ubi fuit ſagittatus S. Sebaſtianus, cujus Abbas unus erat, & decimus octavus ordine, inter viginti Abbates, qui aſſiſtebant Summi Pontifici celebranti, ut obſervat Onuphrius Panvinius lib. de ſeptem Urbis

Ec-

Eccleſiis pag. 142. erat in Palatino, prope arcum Titi; in regione montium, ut refert Floravantes Martinellus Roma Sacra pag. 231. & pag. 303. dicit S. Mariæ, & S. Zotici eſſe appellatam.

Romæ Abbatia titulo S. Pancratii mart. à S. Gregorio Magno Papa reſtituta, cui Maurum præfecit Abbatem, ut ipſe dicit lib. 3. ep. 28. & de ea præceptum ejus eſt an. 594. erat ſub tit. S. Joannis Baptiſtæ, S. Joannis Evangeliſtæ, & S. Pancratii, unde clarum eſt illud ipſum fuiſſe monaſt. de quo ſuprà egimus num. XLIV. in quo Caſinenſes monachi è Caſino direpto fugientes, per centum, & triginta annos vixerunt, ſed quando Canonicis ceſſerint ignotum fatetur Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 134. vide ſuprà loco citato.

LXIII. Abbatia tit. S. Pancratii trans-Tyberim, in Janiculo monte, viâ Aureliâ, cujus Abbas ſeptimum obtinebat locum, inter viginti Abbates, qui Summo Pontifici celebranti conſueverant aſſiſtere, ut refert Onuphrius Panvinius in libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pagin. 142. reperitur etiam ſub titulo SS. Victoris, & Pancratii. Anno 1117. facta eſt quædam prædiorum commutatio, inter Abbatem SS. Pancratii, & Victoris extra muros, & Abbatem S. Andreæ ad Clivum Scauri. Similiter anno 1160. Alexander III. Papa, Bullâ datâ Pontificatûs anno 17. Salutis 1175. Dilecto filio Amabili, Abbati S. Pancratii trans-Tyberim, ejuſque fratribus, &c. ut Ordo monaſticus, qui ſecundùm Deum, & Regulam S. Benedicti, in eodem loco inſtitutus, &c. ubi enumerat loca ad monaſter. pertinentia, imprimis Eccleſiam S. Petri in Monte Aureo, &c. Monachis Benedictinis ſucceſſerunt moniales Ordin. ejuſdem S. Benedicti ſub tit. S. Dei genitricis Virg. Mariæ, & S. Pancratii de Urbe ſub B. Benedicti Regula, & inſtitutione Ciſtercienſium, eam Alexand. IV. Papa Bullâ datâ, Pontific. anno 3. Salutis 1257. Summo Pontifici, nullo mediante ſubjectam declarat, & ſub B. Petri ſuaque protectione ſuſcipit. Bulla eſt in Archivio S. Pancratii. Anno 1283. Abbatiſſa erat nomine Scholaſtica, & anno 1360. Benedicta Abbatiſſa monaſterii SS. Victoris, & Pancratii. Anno verò 1438. hoc monaſterium Margaritæ Abbatiſſa, de conſenſu monialium ſuarum, cedit fratribus S. Clementis de Urbe, Ord. S. Ambroſii ad nemus, pro Eccleſiâ S. Petri in monte Aureo; ceſſionis inſtrumentum videre potes in eodem Archivio; tunc data eſt in Commendam, & poſita eo ann. 1430. ſub cura fratrum S. Ambroſii ad nemus, quibus ſuppreſſis, remanente ſemper Commendatario Abbate, illam incolunt Carmelitæ Diſcalceati, ſub titulo Seminarii Miſſionariorum ejuſd. Ord. Titulus eſt Cardinalitius. Nota hunc locum dictum vulgò fuiſſe *Urbs Ravennatium*, dicebaturque Abbatia intra urbem Ravennatium. Introductionis Carmelitarum factæ an. 1662. vide Bullam Alexandri VII. Papæ, in Bullario tomo 6. pag. 1. ubi dicuntur fratres ſuppreſſi Ordinis SS. Barnabæ, & Ambroſii ad nemus.

LXIV. Abbatia titulo S. Pauli, extra muros urbis Romæ, viâ Oſtienſi, Ordinis S. Benedicti; cujus Eccleſia

una eſt ex quinque Baſilicis Patriarchalibus. Ex hac Abbatia erat Hildebrandus de Soana, qui poſtea Papa fuit Gregorius VII. Clericos primùm habuit ſub Præpoſito. Gregorius II. Papa, qui ſedit ann. 714. monaſteria, quæ erant circa Baſilicam S. Pauli Apoſtoli ad ſolitudinem redacta reparavit, monachos ordinavit, & poſt longum tempus, Congregationem ipſorum ibidem reſtituit. Circa annum 950. Agapiti Papæ II. tempore, Albericus quidam Octavius antiquos monachos hinc ejecit, & Congregat. monachorum Cluniacenſium introduxit. Martinus V. Papa, anno 1425. Abbatiam hanc univit Congregationi Sanctæ Juſtinæ de Padua; amplam ejus deſcriptionem habes apud Onuphrium Panvinium libro de ſeptem Urbis Eccleſiis.

LXV. Abbatia, ſive Monaſter. monialium, prope Eccleſiam S. Petri, in quo vixit S. Galla Symmachi Conſulis filia; ut teſtatur S. Gregorius Papa Dialog. cap. 13.

LXVI. Abbatia titulo S. Petri ad Vincula, in Eſquiliis, erat primitùs Collegiata Canonicorum, quorum numerum ad ſex reduxit Bonif. IX. Papa, Bullâ datâ, Pontific. anno 1. Salutis 1389. deinde Joannes XXIII. Papa, per Bullam datam Romæ, apud S. Petrum Pontific. anno 2. Sal. 1413. dat monachis Ord. S. Hieronymi, ſub Regula S. Auguſtini viventibus, de conſenſu Canonicorum, & locum erigit in monaſterium, cujus poſſeſſionem prelaudati monachi anno ſequenti acceperunt, Bullam videre potes in Archivio S. Pancratii; hanc poſtmodum Eccleſiam Innoc. VIII. Papa, inſtante Juliano de Ruvere Cardinale, qui fuit poſtea Julius II. loci Protectore, univit Congregationi Canonicor. Regularium S. Salvatoris de Bononia dictæ anno 1489. nunc per Abbatem regitur; ut refert Gabriel Penottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 2. cap. 52. & Catalogus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis. Titulus eſt Cardinalitius.

LXVII. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Petri in monte Aureo, vulgò in *Montorio*, quod Sixtus IV. Papa litteris datis anno 1472. fratribus Minoribus conceſſit; vide Ciaconium tomo 3. pag. 33. Sanctuarium eſt Paſſione S. Petri celeberrimum; Monialium erat Ordinis Ciſtercienſis, quæ ex Abbatia S. Mariæ Virginis, & S. Pancratii de Urbe huc commigraverant; nam anno 1438. Margarita Abbatiſſa, de conſenſu monialium ſuarum, ſuum S. Pancratii monaſter. cedit fratribus S. Clementis de Urbe, Ordinis S. Ambroſii ad nemus, & commutat cum Eccleſia S. Petri in monte Aureo; ceſſionis inſtrumentum videri poteſt in Archivio S. Pancratii de Urbe.

LXVIII. Abbatia tit. S. Praxedis in capite Suburræ, quam Eccleſiam reædificavit S. Paſchalis I. Papa, ibique monachos Græcos conſtituit, & illis domos, atque prædia conceſſit, nunc titulus eſt Cardinalitius, & Parochia, cui deſerviunt Religioſi Congregationis Vallis Umbroſæ, à quingentis, & amplius annis, antiquum monachorum clauſtrum, ſub Gregorio VII. Papa, ut ex antiquâ inſcriptione liquet, fabricavit Benedictus Presbyter Cardinalis hujus tituli, ut

refert

refert Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pagin. 259. in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ attribuitur Ordini Præmonſtratenſi. De Abbate S. Praxedis, ad an. 1305. mentio fit ab Oldoino, apud Ciaconium tomo 2. pag. 370.

LXIX. Abbatia tit. SS. Priſcæ, & Aquilæ, ubi eſt pars Corporum earum, cujus Abbas quintus erat ordine, inter viginti Abbates, qui aſſiſtebant Summ. Pontifici celebranti, ut refert Onuphrius Panvinius lib. de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 142. extabat, & ſita eſt in monte Aventino, versùs Orientem, in colle, qui Herculis domus dicebatur, poſt SS. Aquilæ, & Priſcæ, ſive Priſcillæ, deinde SS. Trinitatis dedicata Eccleſia, in qua etiam Baptiſterium perpetui fontis conſecratum, poſtremò Sanctæ Priſcæ Virginis, & mart. nuncupata, ubi Corpus ejus ab Euthychiano Papa depoſitum requieſcit; antiquiſſimus eſt Cardinalis titulus, hodie ſub cura eſt fratrum Eremitarum S. Auguſtini Congregat. Lombardiæ; ut refert Floravantes Martinellus Roma Sacra pagin. 288. ferunt S. Petrum ibidem S. Priſcam prælaudatam baptizaſſe.

LXX. Abbatia tit. SS. Quatuor Coronatorum, Ordin. ſive Congreg. Camaldulenſis, ubi anno 1521. Laurentius Pucius, hujus tituli Presbyter Cardinalis, Cœnobium hujuſce Ordinis conſtituit; ſub annuo Abbate, & à Leone X. Papa, ſui Pontificatûs anno 10. Salutis 1523. confirmari curavit, verùm ſubſequente truci peſtilentià Abbas, & monachi loco cedere ſunt coacti, veruntamen Abbatem titularem quotannis de more inſtituunt, ut aſſerit Auguſtinus Florentinus in Hiſtoria Camaldulenſi lib. 3. cap. 18.

LXXI. Abbatia, ſive Monaſter. Renati, tempore Sexti Concilii, quod Græci incolebant monachi, in Bulla Gregorii IX. Papæ, qui ſedebat anno 1227. vocatur Eccleſia S. Luciæ de Renatis, aliàs de Serenatis, ut habet Anaſtaſius Bibliothecarius, de eo Floravantes Martinellus in Roma Sacra.

Abbatia Romæ titulo S. Sabæ Cellæ Novæ, ſive in Cella Nova. Vide ſuprà SS. Andreæ, & Sabæ num. XI.

LXXII. Abbatia, ſive Monaſt. prope Cœmeterium S. Sebaſtiani ad Catacumbas, quod reparavit Nicolaus I. Papa, qui ſedit an. 858. ibique Abbatem, & monachos inſtituit; non eſt alia ab Eccleſia Patriarchali S. Sebaſtiani extra muros, in qua erant olim religioſi Ord. S. Benedicti, quæ anno 1170. data fuit Ciſtercienſibus, eam poſſederunt, poſtea Fullienſes Galli, hodie reformati Ciſtercienſes; fuit primitùs per Clericos culta, hujus Cœnobii monachus erat Bonifac. IV. factus Papa ann. 607. ut obſervat Ciaconius pag. 427. ſub titulo etiam fuit SS. Fabiani, & Sebaſtiani. Hanc cum redditibus ſuis Alexander III. Papa conceſſit Joanni Diacono Cardinali, Priori, & fratribus Canonicis Regularibus Diaconiæ S. Mariæ Novæ, deinde eorum conſenſu Ciſtercien. Congregationi; ut aſſerit Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 100.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Sebaſtiani, & Zoſimi martyris, quod Pallaria dicebatur; vide ſuprà verbo Palladium num. LXI.

LXXIII. Abbatia, ſive Monaſt.

tit.

tit. S. Stephani, vulgò *Cata Barbara Patricia* vocatum, à S. Adriano I. Papa, qui ſedebat anno 772. reparatum, Abbate reſtituto, & monachis, quibus injunxit in Eccleſia S. Petri, cum aliis religioſis divinas laudes decantare; ut narrat Anaſtaſius in ejus vita; hujus Abbas fuit ante Pontificatum S. Paſchalis I. vocabatur etiam S. Stephanus Major, ſitumque erat in ſiniſtro latere Baſilicæ S. Petri, ut obſervat Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 47. Auguſtinus Oldoinus in Ciaconio pag. 556. litt. C. Floravantes Martinellus in Roma Sacra pag. 402. dicit fuiſſe retrò apſidem S. Petri in Vaticano, ad Occaſum, & idem cum eo, quod Cata Galla Patricià dictum.

LXXIV. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Stephani Minoris, à S. Adriano Papa I. qui ſedebat anno 772. conditum, prope, & à dextro latere Baſilicæ S. Petri; cujus monachi, cum aliis ſucceſſivè per vices ſuas, diu noctuque in hac S. Petri Eccleſia divinas laudes pſallebant; ut refert Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 46.

LXXV. Abbatia prope Eccleſiam Sanctorum Stephani, Laurentii, & Chryſogoni, à Gregorio III. Papa, ſedebat anno 731. ædificata, & à Cardinalis titularis S. Chryſogoni juriſdictione exempta, à ipſomet Papa, prædiis donata, alienatiſque bonis locupletata. Vide Conciliorum tom. 6. pag. 1466. in ea prælaudatus Pontifex Abbatem, & monachos collocavit, & addidit fundos, quibus viverent, ut Ciaconius refert pag. 513. litt. B. Ordinis erat S. Benedicti, & in ea monachus fuit Stephanus IV. Papa; vide ibid. pag. 539. ſita eſt trans-Tyberim ſub titulo ſolius S. Chryſogoni, regiturque à Patribus Carmelitis Congregationis Lombardiæ, & adhuc titulus eſt Cardinalitius.

LXXVI. Romæ duo Monaſteria, unum S. Stephano dicatum, alterum S. Laurentio vicina, quæ univit S. Adrianus Papa I. qui ſedebat anno 772. & monachis illorum, divinum officium in Eccleſia S. Marci decantare præcepit; ut refert Anaſtaſius in ejus vita.

Abbatia SS. Stephani, & Sylveſtri, vide ſuprà verbo in Campo Martio, num. XXV.

LXXVII. Abbatia, ſive Cœnobium, & Baſilica tit. S. Stephani primi mart. quæ collocavit Leo III. Papa, qui ſedebat anno 796. in Gallæ Patriciæ ſolo, unde ſtructura hæc *Cata Galla* nomen adepta eſt; ita Auguſtin. Oldoinus in Ciaconio pagin. 573. de monaſterio S. Stephani primi mart. juxta Eccleſiam B. Petri Principis Apoſtol. ſub Leone III. Anaſtaſius ab Oldoino citatus pag. 583. Floravantes Martinellus in Roma Sacra paginâ 87. loquitur de Cœnobio S. Catharinæ in Vaticano, olim monialium nobilium de Cavallerottis, Ordinis S. Benedicti, cujus monialis fuit Sancta Galla Patricia, ibique deceſſit, nunc Oratorium eſt Archiconfraternitatis SS. Sacramenti Baſilicæ Vaticanæ; vocabatur etiam S. Benedicti in Vaticano. Ita idem pag. 348.

LXXVIII. Eccleſia Romæ tit. Sanctorum Stephani, & Caſſiani, quam Leo IV. Papa, qui ſedit an. 847. reparavit, & amplis redditibus dotavit,

tavit, ibique Græcos poſuit monachos, qui in vicina S. Laurentii Eccleſia, divinum peragerent officium; ut refert Anaſtaſius in ejus vita, ab Oldoino citatus, apud Ciaconium pag. 619.

LXXIX. Romæ Abbatia titulo S. Stephani *del Cacco*, Ordinis, ſive Congregationis monachorum Sylveſtrinorum nuncupatorum; erat primitus Eccleſia Parochialis, ſicut, & nunc, ſed ſub Clericorum regimine, in quam introducti ſunt Sylveſtrini ann. circiter 1550. ita Index MS. Abbatiarum ejuſdem Congregat. ſita eſt non longè ab Eccleſia S. Mariæ ad Minervam, in loco, ubi traditur fuiſſe veteris Cacci domum, aut Fanum.

LXXX. Abbatia titulo S. Stephani Rotundi, ſic à ſtructuræ forma dicti, quæ attributa hodie eſt Collegio Germanico ad S. Apollinarem poſito.

LXXXI. Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Sergii, Sanctimonialium, quod reparavit S. Paſchalis Papa I. qui ſedit anno 817. & prope, ſed in clauſtro ſeparato, monachos poſuit, qui in Eccleſia S. Joannis Laterani divinum perſolvebant officium; Anaſtaſius ab Auguſtino Oldoino citatus, in Ciaconio pag. 585. illum vocat SS. Sergii, & Bacchi, prope formam aquæductus Patriarchii Lateranenſis poſitum, ſive SS. Sergii, & Bacchi, qui appellantur Callinici; hoc eſt egregii bellantes, ſeu victores; unde corruptè dictum eſt Canelicum, ſitum Romæ, regione quartà in Suburra; Bullar. Caſinen. tomo 1. pag. 6.

LXXXII. Abbatia Romæ titulo S. Severini, tempore Sancti Gregorii Magni Papæ, de qua ipſe lib. 2. epiſtolâ 19. & lib. 10. epiſt. 40.

LXXXIII. Romæ Abbatia, ſive Monaſt. S. Simmitrio, & S. Cæſario dicatum, quod, in Patrimonii ſui prædio, ædificavit Leo IV. Papa, qui ſedit anno 847. ibique Sanctimoniales inſtituit, quibus quædam bona contulit, ut teſtatur Anaſtaſius ab Oldoino citatus in Ciaconio pag. 619. iſtæ moniales ſucceſſu temporis fuerunt aliis monialibus unitæ, dicitur etiam tantùm S. Cæſareus in Turre, Diaconia eſt Cardinalis, & fortè eadem cum Abbatia Corſarum, de qua ſuprà numero XXVIII.

LXXXIV. Romæ Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Sylveſtri Cilicum, ad aquas Salvias, à Græcis monachis habitatum to. 6. Conciliorum pag. 1750.

LXXXV. Eccleſia tit. SS. Sylveſtri, & Martini in Monte, Sergius II. Papa, qui ſedit an. 844. ad hujus Baſilicæ latus, ſtruxit in honorem SS. Petri, & Pauli monaſterium cum Abbate, ut refert Ciaconius pagin. 606. in fine; hanc reparavit Leo IV. Papa, qui ſedit an. 847. ibique ad celebrandum officium divinum monaſterium inſtituit, ubi ipſe prius monaſticam profeſſus fuerat vitam, Ordinis erat Sancti Benedicti; hodie ſub vocabulo S. Martini *dei Monti* Parochia, & titulus Cardinalitius, cui deſerviunt Patres Carmelitæ.

Abbatia tit. S. Sylveſtri in Capite, ſive ad Caput. Vide ſuprà nu. XXV. & poſt num. XXXII. verbo Sancti Dionyſii.

LXXXVI. Romæ apud Thermas Agrippinas, Oratorium, & mo-

nachi fundati, & locupletati, per Joannem S. Romanæ Eccleſiæ Card. ſub S. Pelagio II. Papa, fundatoris teſtamentum mutavit S. Gregorius Papa, & ibi virgines ſacras ſub regimine religioſæ fœminæ Bonæ Abbatiſſæ inſtituit. Vide Auguſtin. Oldoinum in Ciaconio pag. 401.

LXXXVII. Romæ Monaſter. Tempoli, ut refert Cencius de Sabellis Cardinalis, in Ordine Romano à ſe ſcripto, tempore Alexandri III. Papæ, anno circiter 1160. vide Muſeum Italicum tomo 2. pag. 206.

LXXXVIII. Abbatia tit. S. Thomæ, juxta formam Claudiam, ideſt aquæ Claudiæ formam, aliàs S. Thomæ in Formis; cujus Abbas ordine decimus tertius erat, inter viginti Abbates, qui Summ. Pontifici celebranti conſueverant aſſiſtere; ut obſervat Onuphrius Panvinius in libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 142. fuit poſtmodum data fratribus Ordinis SS. Trinitatis redemptionis Captivorum, deinde Cardinali in Commendam; nunc eſt Baſilicæ S. Petri in Vaticano unita.

LXXXIX. Abbatia tit. SS. Trinitatis Scotorum, cujus Abbas inter viginti Abbates, qui aſſiſtebant Summo Pontifici celebranti, quinto decimum habebat locum, ut obſervat Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pagin. 142. ſita erat in regione Arenulæ, & olim Eccleſia erat S. Benedicto dicata, & à familia Scottorum ſic dicta, nunc eſt convaleſcentium; ut aſſerit Floravantes Martinellus in Roma Sacra pag. 313.

XC. Viâ Flaminiâ non longè à Ponte Milvio extra muros, Abbatia tit. S. Valentini, cujus Baſilicam olim, prope Cœmeterium. S. Julii Papæ, conſtruxerat Theodorus Papa, ut refert Ciaconius, & poſt illum Auguſt. Oldoinus pag. 451. & 452. S. Valentini Abbas è viginti Abbatibus, qui Summo Pontifici celebranti aſſiſtere conſueverant, erat ordine ſextus decimus, ut obſervat Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis Eccleſiis pag. 142. ſita erat, ubi nunc eſt vinea Auguſtiniana, ad monaſterium S. Auguſtini de Urbe pertinens, ſed nunc ejus nullum reſtat veſtigium. Verùm hoc ipſo momento, quo iſta ſcribimus, medio ſcilicet Januario anno 1693. aliqua nobis apparuere veſtigia, dum enim novi ædificii conſtruitur murus, reperta ſunt plura antiquæ Eccleſiæ indicia, ſepulchra videlicet, ſepulchrorumque inſcriptiones, plurima defunctorum oſſa, & Chriſtiani Cœmeterii irrefragabile argumentum, Concha ſepulchralis lapidis Parii egregiè ſculpta, undoſis mæandris, cubitali Crucis ſigno ſuperſculpto, cum tribus craniis, pluribuſque mortuorum oſſibus; lapis quoque marmoreus, cum Cruce bicubitali deſuper inſculpta, duorum prominentiæ digitorum marmoreum legile ad miſſas, & ærea campanula ad elevationem hoſtiæ, quæ ipſe oculatus vidi ſcrutator exactiſſimus.

XCI. Romæ Monaſterium de Villa; ita Ordo Romanus tempore Alexandri III. Papæ ann. circit. 1160. Authore Cencio de Sabellis Cardinale apud Muſeum Italicum to. 2. pag. 191.

XCII. Romæ Abbatia tit. Sanctorum Vincentii, & Anaſtaſii, ad aquas Trivii, vulgò *Trevi*, ut teſtatur

Co-

Codex Taxarum D. Paſſionæi.

XCIII. Romæ in Exquilino, Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Viti in Macello, ubi fuit olim macellum vetus, ex quo, in Pſeudo-Pontificem aſſumptus fuit Philippus Presbyter, tempore Stephani IV. Papæ, qui ſedit anno 768. ut aſſerit Floravantes Martinellus in Roma Sacra pag. 318. fuit ibi poſtea monaſter. monialium, quæ ad S. Suſannam fuerunt tranſlatæ.

XCIV. Romæ Abbatia, ſive Monaſterium ſub tit. S. Urbani Papæ, & mart. monialium, quod ann. 1264. fieri fecit Urbanus IV. Papa, in campo Caroli Leonis, in regione montium; extincto hoc primo monialium inſtituto, unitum eſt Baſilicæ S. Laurentii extra muros, ſed anno 1600. Clemens VIII. Papa ad preces Cardinalis Baronii, illud conceſſit puellis, quæ vulgò ſperſæ S. Euphemiæ dicuntur, ad erigendum ibi ordinem monialium S. Claræ Obſervantiæ Capuccinarum, ut refert Floravantes Martinellus in Roma Sacra pag. 319.

XCV. Romæ Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Marthæ, primitùs ſub titulo Domûs Piæ, pro mulieribus culpabilis antea vitæ, à Paulo III. Papa, qui ſedit ab anno 1534. ad annum 1549. erectum poſtea pro Abbatiſſa, & monialibus, in quo denique tantummodo recipiuntur Virgines, nuncque valde floret. Vide Bullam Gregorii XIV. datam anno 1591. in Bullario tomo 2. pagin. 536. ſita eſt è regione Collegii Romani.

Abbatia titulo S. Silani de Romaniano, vulgò *de Romagnano*, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Novarienſis, quam Innocentius II. Papa Litifredo Novariæ Epiſcopo confirmat, per Bullam datam an. 1133. Vide Ughell. tomo 4. pag. 963. de ea etiam Codex Taxarum Cam. Apoſt. fundator creditur Boſo Comes, qui Româ corpus S. Silani mart. filii S. Felicitatis, aſportavit, fuit data in Commendam Abbati Seculari; tandem deſierunt eſſe monachi, nunc quatuor reſtant Presbyteri, cum Parocho, ut refert Carolus Novarienſis Epiſcopus in ſua Novaria pag. 103. & 104. *Romagnano* oppidum ad Seſiam fluvium, duodecim mill. paſſuum diſtans, Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia de Romans, ad lacum Comenſem; ita Hiſtor. Francorum to. 1. pag. 852. Ipſa hauddubiè Romaniana Abbatia, quam, S. Carolo Borromæo nepoti ſuo dedit Angelus Medices Cardinalis avunculus; vide Ciaconium tomo 3. pag. 891. forte *Romaccio*.

Abbatia titulo S. Romuli, cujus Commendatarius Abbas erat, anno circiter 1449. Bartholomæus de Rimbertinis Florentinus; videtur ſita in Agro Florentino.

Abbatia titulo S. Benedicti, prope muros Caſtelli de *Ronco freddo*, Ord. ſeu Congregationis Montis Oliveti, Diœc. Ariminenſis. Ibi priùs monaſt. erat monialium, ſub tit. S. Bartholomæi, quibus intra muros loci recluſis, Eccleſia cum monaſterio data eſt monachis Olivetanis, anno 1589. de licentia Sum. Pontificis, mutato titulo S. Bartholomæi, in titulum S. Benedicti; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 199. *Ronco freddo* oppidum in Romandiola, apud *Pluſa* fluvium, decem paſſuum mill.

Arimino diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Roquera, Diœc. Neocaſtrenſis, recenſetur in Veteri Codice Taxæ Cameralis; ut *Nicaſtro* in Calabria ulteriori.

Abbatia S. Mariæ de Roſa, ſive Roſata, aliàs Cœnobium de Roſa, vide infrà verbo Senæ.

Abbatia titulo S. Petri de Roſacio, ſive Roſaccenſis, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Aquilejenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Conſiſtorialis, & in Commendam dari ſolita, quam Maynardus Comes Noritianus extruxit, & dotavit, in oppido Roſacio, anno circiter 1170. in Privilegio Alexandri III. Papæ, de anno 1177. vocatur Roſiacenſis; vide Ughellum tomo 4. pag. 1362. & to. 5. pag. 25. & 58. Ejus Abbas erat an. circit. 1422. quidam Petrus; vide apud Ciaconium tom. 2. pag. 817. Eugenius IV. Papa, in ſua Bulla, data anno 1434. hanc Abbatiam de Roſaccio recenſet inter Abbatias Congreg. S. Juſtinæ unitas, ut habetur in Bullario Caſinenſi to. 1. pag. 59. *Roſazzo* oppidum in territorio Fori-Julii, *Friuli*, ad *Corno* fluv. decem, & ſeptem paſſuum millibus ab Aquileja civitate, versùs Septentrionem, & novem paſſuum mill. ab Utino, versùs Orientem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Roſano, recenſetur in Bulla Anaſtaſii IV. Papæ, datâ anno 1153. inter monaſteria ad Epiſcopum Feſulanum pertinentia; vide Ughellum tomo 2. pag. 316.

Abbatia S. Victoris de Roſaria; vide ſuprà litterâ P. verbo Plebs Roſaria.

Abbatia ſub titulo S. Mariæ *di Roſarno*, Ordin. S. Baſilii in Calabria, ut ad annum 1613. teſtatur Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pagin. 68. *Roſarno* oppidum ulterioris Calabriæ, non longè ab oſtiis fluv. *Metramo*, videtur Diœc. Miletenſis. Vide infrà verbo Rovico.

Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Mariæ de Roſcillis, quod Petro Epiſcopo Signino confirmat, & ſub protectione S. Petri ſuſcipit Lucius III. Papa, Bullâ datâ anno 1182. apud Ughellum tomo 3. in Appendice pag. 1067. Codex Taxarum D. Paſſionæi ſic habet, S. Mariæ de Roſellis, aliàs Roſito, Ord. S. Benedicti, taxata die 20. Maji anno 1613. in Latio, ſive *Campagna di Roma*.

Abbatia S. Joannis *del Roſello*; vide infrà litt. V. S. Joannis de Viride.

Abbatia titulo S. Mariæ de Roſeto, aliàs de Roſito, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Teleſinæ, in Campania Felice, ſive terra Laboris, de qua loquuntur omnes Codices Cameræ Apoſt. dicitur etiam de Roſito, & in Teleſia civitate collocatur. V. inf. p. 386.

Roſſanum, vel Roſcianum, civitas mediterranea Calabriæ citerioris, ſuper ſaxum poſita, tertio à mari ſinûs Tarentini milliario, titulo Principatûs inſignis, Archiepiſcopalis. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Mariæ *del Hitria*, cujus anno circiter 1060. Abbas erat quidam Lucas, à Rogerio II. Calabriæ, & Siciliæ Rege I. evocatus, ad fundationem, ſive inſtitutionem Abbatiæ S. Salvatoris in Lingua Phari, apud Meſſanam; hinc collige fuiſſe Ordinis S. Baſilii, quam tandem perdidere Baſiliani, ut aſſerit Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum

num mundi, edito anno 1613. lib. 1. pag. 65. & 67.

II. Abbatia tit. S. Joannis de Roſſano, Ordinis S. Benedicti, cujus monachus, & Abbas erat Iſach, factus anno 1365. Roſſanenſis Archiepiſcopus; vide Ughellum tomo 9. in hujus Eccleſiæ Archiepiſcopis.

III. Abbatia, ſive Monaſterium Ordin. S. Baſilii, in quo monachalem habitum ſumpſit S. Bartholomeus Abbas, factus poſtea S. Nili Abbatis diſcipulus, circa ann. 970. Vide Hieronymum Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 4. cap. 30. fol. 294. ſitum erat prope Roſſanum.

IV. Prope Roſſanum Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ, monialium Ord. S. Baſilii, quod conſtruxerat Euphraſius totius Italiæ Judex Regius, ab Imperatore conſtitutus, in quo Sanctus Nilus Abbatiſſam inſtituit B. Theodoram Virg. de Roſſano, quæ antea Abbatiſſa erat loci Arenoſo nuncupati; ſic refert Hieronymus Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 4. cap. 32. fol. 297.

Abbatia tit. S. Petri de Rota, Ord. ſive Congreg. Camaldulenſis, Diœc. Aretinæ, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. dicitur etiam S. Petri de Rotis, de cujus Abbate loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis, ad annum 1433. in ſuo Hodœporico, & in ejus vita Auguſtinus Florentinus to. 1. Hiſtor. Camaldulen. in fine; fuit perpetuò unita menſæ Epiſcopali Montis Politiani per Pium IV. Papam, Bullâ datâ anno 1561. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi; in Etruriæ Dominio Florentino.

Abbatia titulo S. Mariæ de Rotis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. unita fuit per Clementem VII. Papam anno 1529. Capitulo Eccleſiæ B. Mariæ de Platea terræ Matelicæ, ejuſdem Diœc. ut habetur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Mariæ de Rovico, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Miletenſis in Calabria ulteriori, de qua in Regiſtro Clementis VII. circa annum 1525. de ea adhuc anno 1624. ſic in Codice Taxar. D. Paſſionæi; eadem eſt cum Abbatia de Roſarno, de qua ſuprà, ſic enim loquitur Hieronymus Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 1. fol. 7. Monaſterium ſub titulo S. Mariæ *del Rovito* in vicinia *di Roſarno*, versùs Taurianum, & lib. 2. pag. 112. non longè à Roſarno, in diſtantia duorum milliariorum videtur monaſt. Ord. S. Baſilii dictum S. Maria *del Rovito*, in quo nunc ſunt ejuſdem inſtituti monachi.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Rubia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Alatrinæ, in Campania provincia maritima, ſic de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. vocatur S. Salvatoris de Rubbia, in Codice Taxar. D. Paſſionæi; eſt ſicut Alatrum in veteri Latio, ſive in *Campagna di Roma*.

Abbatia de Rubiliano, Ordin. ſeu potiùs Congregationis Florenſis; ſub Regula S. Benedicti, Diœc. Stabienſis, & ditionis, in loco aperto regionis ſita; cujus Abbati, & Conventui ſcribit Gregorius IX. Papa, eorum Abbatiæ uniens Abbatiam S. Mariæ de Stella, Diœc. Amalphitanæ, anno 1233. hoc Cœnobium ſuprà montem Myrteti fundatum fuit, circa annum 1200. ut teſtatur Ughellus tomo 7. pagin. 293. & 295.

& 295. *Torre di Roviglìano* vicus, in parva inſula, non longè ab oſtiis Sarni fluvii, adjacens Regni Neapolitani provinciæ, Principatus citerior dictæ.

Abbatia titulo S. Luciæ de Ruſeno, ſive de Roſeno, aliàs de Fuſerio, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Bononienſis, quæ unita fuit Abbatiæ Sanctorum Naboris, & Felicis, per litteras Calliſti II. Papæ, Pontificatûs annò 2. Salutis 1120. de ea ſic Codex Cameræ Apoſtolicæ *Rocca di Roſſeno*, circiter decem, & ſeptem millibus paſſuum Bononiâ diſtat, versùs Meridiem, paulò ad Occaſum, & à Roſeno Abbatia milliario diſtat, versùs Auſtrum.

Abbatia titulo S. Mariæ Virginis de Rupe Caſalis, Ordinis S. Auguſtini, Diœc. Caſalenſis, de qua fit mentio tempore Alexandri VI. Papæ, qui ſedit anno 1492. de ea Codex Taxarum D. Paſſionæi; in territorio Montisferrati.

Abbatia S. Ruphilli. Vide ſuprà litterâ F. verbo Forum Popilii.

Abbatia Sancti Rutili in Umbria, quinque circiter mill. paſs. ab oppido Nurſia, versùs Aquilonem. Vide Anton. Maginum in Mappis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Ruvera, vel Rivera, aliàs de Publica, Ordin. S. Benedicti, ante tempus Pii II. qui ſedit anno 1458. Diœceſis Camerinenſis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ dicitur fuiſſe unitam Capitulo Eccleſiæ Montis Alti; ſic Codex Taxarum D. Paſſionæi; ſita eſt in Umbria.

Abbatia titulo S. Archangeli de Ruvigliano, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Surrentinæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ, & Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo.

Abbatia, ſive Monaſterium vetus titulo S. Mariæ *del Ruvo*, Ordinis S. Baſilii, in Calabria ulteriori, inter Poliſtinam oppidum, & *Anoia*, cujus adhuc extare veſtigia, aſſerit Hieronymus Maraſioti *Croniche di Calabria* lib. 2. cap. 14. fol. 117.

S

ABBATIA tit. S. Crucis de Saballo, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Senogallienſis, de qua lib. 1. Comm. Alexandri VI. Papæ, qui ſedit anno 1492. fol. 134. ſita eſt in Ducatu Urbini in Marchia Anconitana, ut refertur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia tit. S. Sabinæ, quæ extabat ante annum 1450. vide Ughell. to. 1. pag. 563.

Abbatia titulo S. Pauli de Sabina, Diœceſis, & territorii Sabinenſis, olim monialium, cujus anno 1284. Abbatiſſa erat Perna, quæ cum ſociabus, propter motus bellorum, in Caputaquenſem Diœceſim tranſire coacta eſt, & per Salernum tranſiens in

Ec-

Eccleſia S. Nicolai de Palma manſit; ut afferit Ughellus tomo 7. pag. 608. & 610. *S. Polo* vicus tribus circiter paſſuum mill. Tibure *Tivoli* diſtans, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Benedicti, Diœc. Sabinenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. & vetus Codex Taxæ Cameralis; erat in Latii territorio *la Sabina* dicto.

Abbatia, ſive Monaſter. Sacrum S. Sabinini, quod Nicolao Caſtellanetenſi Epiſcopo confirmat Rogerius Siciliæ, & Italiæ Rex, anno Sal. 1133. privilegium vide apud Ughell. to. 9. pag. 205. videtur, ut Caſtellaneta, ſitum in terra Hydruntina.

Abbatia titulo S. Nicolai de Sabinico, cujus anno 1577. Abbas erat Ubertus Pappafava, qui poſtea factus Adrienſis Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 3. pag. 406.

Abbatia titulo SS. Trinitatis de Sacargia, aliàs Sachargia, Diœc. Turritanæ, in Sardinia, de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. cujus Abbas jus habet Mitræ, ut afferit Salvator Vitalis Marenſis, in Apparatu ad annales inſulæ Sardiniæ pag. 22. de *Scargia* legit Pax Jordanus, in ſuo Abbatiarum Catalogo, qui cum Codicibus Taxarum illam collocant in Diœceſi Plonatenſi, Ord. eſt, ſive Congregat. Camaldulenſis, cui, cum Eccleſia, illam conceſſit Azo Archiepiſcopus Turritanus; ut dicitur in Hiſt. Camaldulenſi lib. 2. cap. 3.

In Regali civitate Sacca, inſulæ Siciliæ, quæ olim Thermæ Seluntiorum, Abbatia titulo S. Nicolai de Latina, Diœc. Agrigentinæ, ad radices montis, non longè à mari Africano, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; de hac tamen ſilet Rocchus Pirrus; quadraginta paſſuum millib. Agrigento diſtat, versùs Occaſum, in regione, ſeu valle *di Mazara*.

Abbatia, ſive Monaſterium *del Sacco* nuncupatum, titulo omnium Sanctorum in civitate Caſtelli. Vide infrà litt. T. verbo Tiphernum.

Abbatia tit. S. Martini Sacri montis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Januen. de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. & vetus Codex Taxæ Cameralis *San Martino*, novem paſſuum millibus Genuâ diſtat, versùs Boream.

Abbatia titulo S. Mariæ de Sacco longo, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Patavinæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. *Sacco longo* vicus territorii Patavini, quinque mill. paſſuum Paduâ diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia titulo S. Mariæ de Sagittario, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Anglonenſis, in Comitatu Claromontenſi, juxta Claromontis oppidum, in Regni Neapolitani provincia Baſilicata dicta; fundata anno 1200. in qua floruerunt plures viri ſanctitate illuſtres, præcipuè B. Joannes de Caramola Toloſanus. Conſiſtorialis eſt, atque in Commendam dari ſolita; de ea Ughel. tomo 7. pagin. 107. 123. & 140. filia eſt Caſæ Marii, fundatam anno 1202. aſſerit Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordin. de ea Hieronym. Maraſioti *Croniche di Calabria* lib. 2. pag. 122.

Abbatia Sanctæ Mariæ Sagonenſis, Ord. Canonicor. Regular. de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, *Sagona* vetus civitas Corſicæ inſulæ, ad Occiduam inſulæ plagam, cui ſola reſtant rudera.

Ab-

Abbatia tit. S. Petri in Sala, Diœc. Imolenſis, quam, ut conſtat ex Chronico Vaticani, ad annum 1126. Honorius II. Papa dedit Epiſcopo Imolenſi, & Eugenius III. illi confirmat, per Bullam datam anno 1151. vide Ughellum tomo 3. pag. 676. ſita eſt in Romandiola.

Abbatia de Sala dicta, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Senenſis, in Tuſcia, fundata eſt anno 1189. ut refert Carolus de Viſch in Catalogo Abbatiarum ejuſdem Ordinis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Salarano, Diœceſis Miletenſis, in Calabria ulteriori, de qua Cod. Tax. Cameral.

Abbatia de Salarola, monialium Ord. S. Benedicti, non longè ab Eſtenſi urbe, in qua anno 1220. Beatrix Azonis III. Marchionis Eſtenſis *d'Eſte* filia, à loci Abbatiſſa monachalem habitum ſumpſit, quæ ſanctitate clara Gemolæ obiit an. 1226. cujus corpus Paduam ad S. Sophiæ Cœnobium anno 1578. translatum eſt. Vide Angelum Portenari *della felicità di Padoa* lib. 9. capit. 40. Diœc. eſt Patavinæ, moniales verò Abbatiæ de Salarola unitæ ſunt monialibus S. Matthiæ de Padua.

Salernum, vulgò *Salerno*, civitas Archiepiſcopalis, Academia, & Metropolis, in Regno Neapolitano, Caput provinciæ, Principatus citerior dictæ, maritima, ad ſinum ab ipſa Salernitanum appellatum. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Benedicti apud Salernum, anno 993. Angelarius Caſinenſis Abbas hoc Cœnobium à Saracenis vaſtatum reſtruxit, & primus Abbas fuit S. Aliphanus Patricius Salernitanus, Caſinenſi monaſter. ſubditum erat, de quo ad annum 1038. Petrus Diaconus, in Chronico lib. 2. cap. 69. ſub nomine Cellæ loquitur, ſed Leo Oſtienſis dicit Abbatiam, & Abbatem non verò Præpoſitum; extat etiam nunc hæc Abbatia, ſic enim Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ. S. Benedicti Salernitana, Ord. S. Benedicti, in ſupradicto Chronico lib. 3. cap. 14. vocatur Abbatia, & Superior Abbas. Apud Ughellum tomo 7. paginâ 506. ad ann. 990. vocatur Monaſterium S. Benedicti, & S. Mariæ, eſt Abbatia conſiſtorialis, & in Commendam dari ſolita, ibidem pagin. 486. & pag. 526. Data denique fuit monachis Congregationis Montis Oliveti, & donatio confirmata per Bullam Clementis VIII. Papæ anno 1591. ut aſſerit Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 193.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Laurentii intra civitatem, in latere montis conſtructum, quod Giſulphus Princeps Salernitanus, ſibi jure hæreditario adquiſitum, Caſinen. monaſt. ex integro obtulit; ut refert Chronicon Caſinenſe lib. 3. cap. 14. circa annum 1060.

III. Abbatia Salerni, tit. S. Petri de Curſina, Conſiſtorialis, & in Commendam dari ſolita, ut obſervat Ughellus tomo 7. pagin. 486. videtur eadem cum Abbatia titulo tantùm S. Petri, quæ Salerni anno 958. pro monachis condita eſt, ſubtus, & prope fiſtulam, cujus Leo Abbas erat; vide ibidem pag. 563.

IV. Abbatia S. Maximi intus Civitatem à Gauferio, Guaimarii Principis patre, anno circit. 880. condita, quamque, cum ſuo Abbate ordinato ab ipſis, aut ab eorum hæredibus ordinando,

nando, liberam fecit Petrus Salernitanus Epiſcopus; diploma vide apud Ughellum tomo 7. pag. 500.

V. Abbatia S. Sophiæ Salerni, cui Dominus Muſcanus Venerabilis Abbas præeſt; verba ſunt inſtrumenti facti anno 1085. apud Ughellum to. 7. pagin. 551. Et ipſa Eccleſia S. Sophiæ intra hanc civitatem Salernum olim monaſterium fuit, & ob vetuſtatem in ruinam itum eſſe; verba ſunt alterius inſtrumenti dati anno 1100. ibidem pag. 557.

VI. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Nicolai de Palma, vulgò *de la Palma*, in Salernitana civitate, quod anno 1085. B. Leo II. Cavenſis monaſterii Abbas, ſubtus aquam, quæ dicitur *de la Palma*, & Lucius Vicecomes inſtituerunt, ac monachis ex Cavenſi evocatis commiſerunt. Hæc domus ad hoſpitandum commodata eſt Pernæ Abbatiſſæ S. Pauli Sabinæ, propter bella ad Caputaquenſem civitatem, cum ſuis monialibus properanti; ut refert Ughellus to. 7. pag. 553. & 610. non videtur diverſa ab Abbatia S. Nicolai *de la fontana*, de qua ad annum 1238. ibidem pag. 596.

VII. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Viti, quod conſtructum eſt juxta Salernum, prope littus maris; verba ſunt privilegii Alexandri II. Papæ, qui anno 1067. illud confirmat Sancto Alphano Salernitano Archiepiſcopo; vide apud Ughellum tomo 7. pag. 537.

VIII. Abbatia titulo S. Jacobi de Salerno, Congregationis Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti, quam, propè, & extra mœnia civitatis, Carolus Calabriæ Dux anno 1332. fundare, ac dotare cœpit, ſed ob immaturam ejus mortem, debile voluntatis, ac munificentiæ illius remanſit monumentum. Varias ſubinde, tum à prædonibus, tum à piratis perpeſſa calamitates, ita ut illam deſerere ſæpiùs cogitarint monachi, quam tamen, ut potuit, reſtituit, & redditibus auxit D. Jacobus Urſus à Neapoli Abbas, dum illam moderabatur circa annum 1620. ita teſtatur D. Cœleſtin. Guicciardinus in Indice MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

IX. Abbatia titulo S. Leonardi in cacumine montis, in loco Liciniano dicto, ubi anno 1175. conſtructa eſt Eccleſia, extra civitatem Salernitanam, ubi piorum Salernitanorum eleemoſynis conſtructum eſt Cœnobium, pro monachis Ciſtercienſis, Ordinis, quod Leonardo primo Abbati, privilegio conceſſo anno 1193. Nicolaus Salernitanus Archiepiſcopus pluribus gratiis, donis, ac juribus nobilitavit; ut refert Ughellus tomo 7. pag. 582. conſiſtorialis eſt, & in Commendam dari ſolita, cujus penè deſolatæ miſerabiles ruinæ, ac veſtigia adhuc viſuntur, redditus vero ditiſſimi, à Sixto V. Papa Sacro Sacello ad Præſepe Domini in Liberiana Baſilica Romæ, ab ipſo extructo, ſunt adjuncti; vide ibidem pag. 585. dicebatur etiam S. Leonardi *della Strada*; de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ.

X. Abbatia S. Mariæ, quæ conſtructa eſt foris civitatem Salerni, in Conſanis finibus, ubi ad Ilicem dicitur, cujus ann. 1160. Abbas erat quidam Joannes, ut conſtat apud Ughell. tomo 7. pagin. 574. Ord. erat S. Benedicti.

XI. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Clementis, quod conſtructum eſt foris in ſuburbio civitatis Salerni, prope portam, quæ Rotenſis dicitur; Ordinis S. Benedicti; hoc cum omnibus ad ſe pertinentibus, eidem quæ ſuprà Abbatiæ S. Mariæ ad Ilicem pertinebat, anno 1160. ut probat inſtrumentum apud Ughellum tomo 7. pag. 575.

XII. Abbatia titulo S. Georgii, monialium Salerni, quæ conſtructa eſt intus civitatem, prope Judaicam, Archiepiſcopio pertinens, & ei ſubjecta, extitiſſe videtur ante ann. 1075. vocabatur vulgò S. Georgii Puellarum, vide Ughellum to. 7. pag. 568. Ordinis erat S. Benedicti, & pag. 593. ad annum 1207. monaſt. dicitur conſtructum extra civitatem, inter veteres muros, unde clarum eſt anguſtiorem civitatem factam.

XIII. Salerni Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Magdalenæ, monialium; extabat ante ann. 1272. ut teſtatur Ughellus tomo 7. pag. 599. & 613.

XIV. Abbatia titulo S. Mariæ Puellarum, Ord. S. Benedicti Salerni, cui anno 1163. Abbatiſſa data eſt Algayta, ex Abbatia S. Georgii deſumpta, conſtructa erat intra civitatem, ſuper plateam, quæ exit per portam civitatis, quæ Rotenſis dicitur, rei geſtæ monumentum vide apud Ughel. tomo 7. pag. 567. & ſeqq.

XV. Abbatia titulo S. Mariæ de Gratia, Diœc. Salernitanæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. forſan ea cujus anno 1124. Abbas erat Dauferius Archidiaconus, & medicus; vide Ughellum tomo 7. pag. 561. de ea quoque Codex Taxarum D. Paſſionęi, ad annum 1517. ſub Leone X. Sum. Pont. fortè S. Mariæ Novæ, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Salernitanæ, de qua vetus Codex Cam. Apoſt.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini in Salinis, de quo circa annum 1135. mentio fit in Chronico Caſinenſi lib. 4. cap. 106.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini in Saltu, quod Honor. II. Papa, Bullâ datâ an. 1125. confirmat Petro Feretrano Epiſcopo, & in protectionem Romanæ Sedis ſuſcipit; vide Ughell. tomo 3. pag. 933. S. Martinus oppidum inſigne Feretranæ, ſive Leopolitanæ Diœceſis, in Urbini Ducatu.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris, juxta fluvium Auſumo poſitum, quod quidam Otmundus dederat Adamo Epiſcopo Aſculi civitatis in Piceno, qui ſedit anno 983. ut colligitur ex diplomate Conradi Imp. dato anno 1037. ubi illud etiam confirmat Aſculano Epiſcopo; vide apud Ughell. tomo 1. pag. 496. & pag. 501. ubi in diplomate Henrici Imperatoris legitur; juxta fluvium Aſum.

Abbatia titulo S. Salvatoris, Ord. Ciſtercien. Diœc. Saſſenenſis, vulgò *Sarſina* in Romandiola ſub Archiepiſcopo Ravennatis, de qua Gaſpar Jongelinus libro de Abbatiis Italiæ ejuſd. Ordin. nu. 59. forſan *Voltore* ad fontes fluvioli cognominis, decem paſs. mill. Bertinorio diſtans, & duodecim Saſſenâ verſus Occaſum, ut pro *Voltore* in Antonio Magino legi debeat, *San Salvatore*.

Abbatia tit. S. Salvatoris Majoris; vide ſuprà litt. R. verbo Reate nu. VI.

Ab-

Abbatia, ſive Monaſterium de Salvino, fuit pro monachis Ordin. S. Benedicti conditum, anno circiter 970. in territorio Fulginii in Umbria, prope Caſtellum *di capo d'acqua*, *& la Rocca di Caleſtro*, locum poſtmodum deſeruere monachi, ut refert Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. paginâ 298. Illud Innocentius II. Papa Fulginen. Epiſcopo tanquam ſuæ Diœceſis poſſeſſionem confirmat, per Bullam datam an. 1138. vide apud Ughel. tomo 1. pag. 745.

Abbatia tit. S. Dominicæ de Salvo, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Reginenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; in Calabria ulteriori.

Abbatia S. Salurini, aliàs Sylveſtrinorum, Ord. Camaldulenſis, verba ſunt Codicis Taxarum Cam. Apoſtol. quæ corrupta fuiſſe videntur in Diœc. Spoletana, in Umbria.

Abbatia, ſeu Monaſterium titulo S. Angeli de Salute, de quo fit mentio ad annum 1389. apud Ughell. tom. 1. pag. 1112. videturque fuiſſe Diœceſis Neritonenſis, in Terra Hydruntina.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Antonii, monialium Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Salutiarum, in finibus Draconerii, quas anno circiter 1590. Salutias reduxit Antonius Picoth Salutienſis Epiſcopus; ut refert Ughellus tomo 1. pagin. * 143. Salutiæ, vulgò *Saluzzo* Epiſcopalis civitas, in Pedemontio, ſuper *Veraita* fluvium, ad Alpium Cotiarum radices.

II. Apud Salutias Abbatia, ſive Monaſterium ſub tit. S. Mariæ Virg. Annunciatæ, monialium Ord. Ciſtercienſis, de quo Ughellus tomo 4. paginâ 405.

Abbatia titulo S. Michaëlis de Salvenoro, aliàs Salvenere, Ord. S. Benedicti, poſt Congreg. Vallis Umbroſæ, cujus Abbas jus Mitræ poſſidet, ut refert Salvator Vitalis in Apparatu ad annales Sardiniæ, eamque Turritanæ Diœc. aſſignat, Codex Taxar. Cam. Apoſt. illam reponit ſub Diœceſi Plonatenſi in eadem Sardinia, mentio fit de Salvenero in Bulla Alexandri III. Papæ, datâ anno 1176. tanquam tunc Ordinis Vallis Umbroſæ; vide Ughel. to. 2. pag. 284. fuit taxata 19. Aprilis ann. 1601. ut aſſerit Codex Taxarum D. Paſſionæi; de ejus Abbate, veſte Prælatitiâ utente, loquitur Tamburinius de Jure Abbatum pag. 327. columnâ 2.

Abbatia, aliàs Monaſterium Abbatiale titulo S. Apollinaris de Sambucina, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Aſſiſienſis, in Umbria, condita, & fundata eſt ann. 1072. per Mevanium doctorem, & judicem, prope fluvium *Sambro*, & caſtellum *del Colle*, primus ejus Abbas fuit ipſe fundator; fuerat olim Congregationis Saxi Vivi nuncupatæ, ut aſſerit Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 284.

Abbatia titulo S. Martinæ de Sambuccina, Ord. Ciſtercienſis, fundata 4. Idus Maii anno 1157. ut refert Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis; Ughellus verò illam reponit in Diœc. Biſinianenſi, in Calabria citeriori, & apud eund. Ughell. tomo 7. pag. 1298. in quodam inſtrumento dicitur Conventus Matinæ, dictus Sambucinæ, & monachi Matinenſes, & illorum Abbas Matinenſis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo

olim S. Catharinæ de Sambuceto, vulgò *Sambucheto*, Ordin. S. Benedicti, monialium, Diœc. Spoletanæ in Umbria, quod anno circiter 720. ædificavit Adelaſia S. Faroaldi ſecundi Spoleti Ducis uxor, & ibidem anno circiter 740. ſanctè deceſſit; dictum poſtea Sanctæ Mariæ de Conſolatione, de Abbatia Ferentilli, quia monachæ ſub obedientia, & directione erant Abbatis S. Petri de Ferentillo, uſque ad annum 1490. quo ſubditæ ſunt Capitulo S. Joannis Lateranenſis de Urbe, ſicut poſt Joannem Baptiſtam Piergilii narrat Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 507.

Abbatia titulo S. Samuelis in Calabria, cujus monachus, & Abbas erat quidam Julius, anno 1580. factus Luceriæ Saracenorum Epiſcopus; ut obſervat Ughellus tomo 8. pag. 465.

Abbatia S. Mariæ de Loco Sano; vide ſuprà verbo Beneventum numero XIII.

Abbatia Sanæ vallis de Folina, ſive de villa Folina, Comitatus vallis Mareni, Ordin. Ciſtercienſis, Diœceſis Cenetenſis; fundatur anno 1146. tertio Kalendas Junii, Abbate, & monachis è Cerretto Laudenſis Ducatûs adductis; ut aſſerit Ughellus tomo 5. pag. 207. Datur in Commendam, ſub titulo eſt S. Mariæ, in Codice Taxar. Cam. Apoſtol. *La Fulina* vicus ſeptem paſſuum millibus Cenetā diſtans, versùs Occaſum, paulò ad Meridiem, in Marchia Tarviſina.

Abbatia titulo S. Petri de Sanza, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Caputaquenſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dictâ.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Procopii de Sao, Puellarum, quod Angelo Barenſi Archiepiſcopo confirmat Lucius II. Papa, Bullâ datâ, Pontificatûs anno 1. Salutis 1144. quam habes apud Ughellum to. 7. pag. 877. Hinc collige fuiſſe in territorio Barenſi in Apulia.

Abbatia S. Michaëlis loci Saravallis; vide infrà verbo de Summa ripa.

Abbatia, ſive Monaſterium in Sardinia inſula, ſub titulo S. Viti monialium, de quo loquitur S. Gregorius Papa lib. 1. epiſt. 56.

Abbatia titulo S. Mariæ de Satura, Diœc. Miletenſis, in Calabria ulteriori, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis in fine.

Abbatia titulo S. Georgii, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Saonenſis, hoc eſt Savonenſis; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. de ejus Eccleſia fit mentio in Bulla Cœleſtini II. Papæ, datâ anno 1192. vide Ughellum tomo 4. paginâ 1009. in Liguria, ſive Statu Januenſi.

Abbatia titulo S. Martini de Savorariis, Ord. S. Baſilii, Diœc. Gallipolitanæ; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; in Regni Neapolitani provincia, Terra Hydruntina *d'Otranto* dictâ.

Abbatia tit. S. Benedicti de Savignaco, Diœc. Ariminenſis, de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo legit S. Benedicti de Savignano, unita monaſterio S. Georgii in Alga. Codex Taxar. D. Paſſionæi aſſerit Ordin. eſſe S. Benedicti. *Savignano* oppidum Romandiolæ, ad *Pluſa* fluv. decem paſſ. mill. Arimino diſtans, versùs Occaſũ.

Ab-

Abbatia titulo S.Petri de Saviliano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Taurinenſis, quam an. 1027. Abellonius, & Amaltruda conjux extruxerunt, & pluribus bonis locupletârunt. Donationis inſtrumentum vide apud Ughell. tom.4. pag. 1441. eandem arbitror cum ea, quæ in Codice Taxarum Cam. Apoſt. dicitur S. Mariæ de Savilhaco; Hæc S. Petri Abbatia unita fuit Congregat. S. Juſtinæ de Padua, per Pium II. Papam ann. Salutis 1459. in Statu Pedemontii ſuper *Maira* fluvium vigintitribus paſſuum mill. Taurino diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia Savinianum dicta, Ordin. ſive Congreg. Camaldulenſis, de cujus Abbate loquitur ad ann. 1433. Ambroſius Camaldulen. Generalis in ſuo Hodœporico pag. 5.

Abbatia tit. S. Mariæ de la Ferrara in Savignano, Diœc. Beneventanæ, cujus Abbas potiebatur uſu Mitræ, & Baculi Paſtoralis, cujus mentio fit in Synodo Beneventana, quam an. 1374. celebravit Ugo II. Beneventanus Archiepiſcopus, ut obſervatur à Pompeo Sarnelli pag. 132. ſita erat in Principatu citeriori.

Abbatia Savinionis, Ord. S. Benedicti, quæ Eccleſiæ Laudenſi data fuit, eâ lege, quòd conſervaretur, & ibi eſſent monachi, cum poteſtate ſuum Abbatem eligendi; hæc unio confirmata fuit per Marinum Summ. Pont. ann. 883. ad petitionem Gerardi Epiſcopi, conſentiente Adalberto monaſterii Abbate, ibique notantur prædia aſſignata pro ſorte monachorum; vide Ughellum tomo 4. pag. 896. illam Savanonienſem appellat to. 1. pag. 852. eadem videtur, quæ apud eundem tomo 4. pag. 904. & 908. Lavianoni & Summiani vocatur, & Epiſcopo Laudenſi aſſerta; fortè *Savognago*, ſex paſſuum mill. Laudâ diſtans, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia de Saxo, titulo S. Joannis Decollati, Ord. Camaldulenſis, Diœceſis Aretinæ, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. fuit priùs Ordin. Ciſtercienſis, ſed anno Sal. 1221. data fuit Camaldulenſibus, ſive unita monaſt. S. Salvatoris Camalduli, per Honorium III. Summ. Pont. ut fert Hiſtor. Camaldulen lib. 2. cap. 32. de ea, & ejus Abbate mentio fit in Ughell. to.9. pagin. 824. ad annum 1319. Concilio Piſano anno 1409. aderat Abbas de Saxo, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Aretinæ.

Saxo Ferratum oppidum, in finibus Piceni, & Umbriæ, ad Sentinum fluv. ab antiqua Sentina urbe exciſa nomen adeptum, in Umbria, & Nucerinæ Diœceſis.

I. Abbatia, ſive Monaſterium Saxoferratenſe, Ord. S. Benedicti, & Nucerinæ Diœceſis; cujus ann. 1012. monachus erat Romanus Nucerinus Epiſcopus, apud Ughellum tomo 1. pag. 1118. ubi vocatur Cœnobium Sitriæ, ſive Citriæ conditum eſt per Sanctum Romualdum, ad radices montis Sitriæ, huic unitum eſt monaſterium S. Gaudentii, Diœc. Senogallienſis, per litteras Sixti IV. Pontific. anno 2. Sal. 1483. ut aſſeritur in Cod. Taxar. Cam. Apoſt. ultimus Abbas Clauſtralis Pandolphus gentis de *Atti* Saxoferrati Dynaſtæ; ab ann. 1453. nullus ibi monachus, ſed Abbas Commendatarius mittit Sacerdotem Secularem, pro Capellano; vide Lud. Jacobilli to. 3. pag. 365.

pag. 365. Abbatia S. Mariæ de Sitria data fuit in Commendam anno 1451. & Congreg. eſt Camaldulen. ut aſſerit idem Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 2. pag. 30. duobus milliariis ab Abbatia S. Crucis fontis Avellanæ.

II. Abbatia titulo SS. Crucifixi, Congregationis Sylveſtrinorum, ſub Reg. S. Benedicti; ita Catalogus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

III. Abbatia monialium Ordinis Sanctæ Claræ, de ejus Abbatiſſa ad annum 1303. meminit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 177.

IV. Quartâ milliarii parte ab oppido Saxiferrati, Abbatia tit. S. Crucis de Comitibus dicta, vulgò *de' Conti* Saxoferratenſis; fuit anno circit. 1215. condita, & dotata, ex ruderibus Sentinæ civitatis, per Dominos familiæ *de Atti*, Comites de *Tripozzo*, & Saxoferrati, &c. unde nomen monaſter. fuit adeptum de Comitibus. Veſte albâ induebantur monachi, ad imitationem Camaldulenſium; facta eſt caput Congregationis particularis, ab Ordin. S. Benedicti diverſa, dicta Sanctæ Crucis de Comitibus Saxiferrati, plura ſub ſe habens monaſteria, in Umbria, & Marchia Anconitana, quæ ab Innocentio IV. Papa confirmata eſt anno 1251. & ſub S. Sedis protectione recepta, atque ab Epiſcopali juriſdictione exempta; plurima inſuper illi bona conceſſerunt prælaudati Saxoferratenſes Dynaſtæ; anno 1260. fuit poſtmodum anno 1285. Abbatiæ S. Romualdi vallis Caſtri unita, & ab Innocentio VI. Papa anno 1353. corpori Ordinis Camaldulenſis adjuncta. Anno 1448. per Nicolaum V. data eſt in Commendam Pandolpho de *Atti* Comitum Saxoferrati. Anno 1477. reſtituti ſunt Abbates Camaldulenſes, & monachi, per Commendatarium nutriendi, quorum primus Petrus Paulus de Olivis Saxoferratenſis. Anno iterum 1484. ab Innocentio VIII. Papa Secularibus Clericis data fuit in in Commendam. Clemens VII. anno 1524. dedit illam in Commendam domeſtico ſuo Saporito Saporiti, & ſequentes Commendatarii alimenta dabant Abbati clauſtrali, & ſex monachis. Gregorius XIII. anno 1578. amandatis monachis, inſtituit ibi quatuor Sacerdotes Seculares. Tandem Paul. V. an. 1612. reſtituit Abbatem, & ſex monachos quos ſuſtentare tenetur Commendatarius. Hæc, & plura vide apud Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 366. in ea monaſticam veſtem recepit B. Gerardus anno 1289. idem Author pag. 50.

Abbatia titulo S. Benedicti de Saxolaterone, aliàs de Saxolaturano, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Cluſinæ. Extat Bulla Eugenii III. Papæ, datâ anno 1153. qua Athonem Abbatem ejus, & monaſterium ſub protectione Sancti Petri ſuſcipit, quam vide apud Ughellum tomo 2. pag. 728. Unitum fuit poſtmodum monaſt. S. Salvatoris montis Amiati; hodie nec ejus reliquiæ extant. Saxumlateranum oppidum, in monte ſitum, & in Senenſi territorio, quod nunc Latronis mons ab incolis vocitatur, de hoc monaſt. S. Benedicti mentio fit in Bulla Alexandri II. Papæ anno 1068.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Angeli de Saxo, aliàs de Saxoſimone, Ord. S. Benedicti, Diœc. Feretranæ, quod Pius II. Papa, Pontificatus

anno 5.

anno 5. Salutis 1463. univit Abbatiæ S. Mariæ de Mutino, ſive Mutinis, de qua ſuprà verbo Mutina, & ſic ab illa omnino diverſum, ut bene obſervat D. Paſſionæus in ſuo Abbatiarum Codice. In Urbini Ducatu, in Codice veteri Taxæ Cameral. dicitur Sancti Angeli de Symone. *Saſſo di Simone* vicus octo paſs. mill. à Feretrana civitate diſtans, versùs Meridiem 3. paſs. mill. à S. Maria de Mutino.

Abbatia titulo S. Petri de Saxo de Villa, Ord. S. Benedicti, Diœc. Triventinæ; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ; ſicut Triventum, in Regni Neapolitani Comitatu Moliſii.

Abbatia titulo S. Crucis Saxivivi, Ord. S. Benedicti, in Diœc. & territorio Fulginatenſi in Umbria. Hanc anno 1080. conſtruxit Mainardus Caſinenſis monachus, licentiam dante Bonfilio Fulginatenſi Præſule, opibus aucta eſt à Trincia gente Fulginate, & monachorum ſanctitate, ut multorum monaſt. ejuſdem inſtituti caput extiterit, ſic teſtatur Ughellus tomo 1. paginâ 742. ibi mons Saxovivus, apud quem ann. 1556. translata, & condita fuerunt SS. Carpophori, & Abundii Martyrum corpora, tertio à Fulginio milliario, ut idem refert paginâ 755. Annuente Benedicto XII. Sum. Pont. huc introducti ſunt Ciſtercienſes monachi, qui poſtea, Commendatariis Cœnobium occupantibus, demigrare ſunt coacti. Idem paginâ 756. Huc à Marco Barbo Cardin. Abbate Commendatario, anno 1486. introductos monachos Congreg. Montis Oliveti, refert Ciaconius tomo 2. pag. 1106. de ejus Abbatibus vide Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 3. pag. 307. de ea loquitur Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 115. Fulginio eſt ad Orientem.

Abbatia titulo S. Mariæ *delle Scabelle*, Diœc. Neo-Caſtrenſis in Calabria ulteriori, ſolita dari in Commendam, de qua Ughellus tomo 9. paginâ 556.

Abbatia titulo S. Mariæ de Scafato, Ordin. Ciſtercien. Diœc. Nolanæ, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis. In Campania Felice, ſive Terra Laboris.

Scala civitas in qua tres Abbatiæ; vide ſuprà litt. M. verbo in montibus Scalenſibus.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Cataldi nobilium virginum, ſub Reg. S. Benedicti in Scalenſi civitate, ab aliquot annis à Scalenſibus conſtructum, ut refert Ughell. to. 7. pag. 443. *Scala* civitas, in Regni Neapolitani provincia, Principatus citerior dictâ.

Abbatia, ſive Monaſterium in extremis Scalenſis territorii partibus, titulo S. Helenæ, monialium Ordinis Ciſtercienſis, quod unitum eſt Cœnobio Sanctimonialium S. Nicolai de Campo, Amalphitanæ civitatis; ut aſſerit Ughell. tomo 7. pag. 244.

Abbatia titulo S. Mariæ *de la Scala*, ſive de Scalis, extra muros Terræ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Catanienſis, cujus Abbatum ordinationem confirmavit Calliſtus III. Papa, qui ſedebat anno 1455. de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia titulo S. Angeli de Scalis, Diœc. Beneventanæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ; forſan monaſt. S. Angeli, quod, cum cellis ſuis anno 1140. confirmatur Abbatiæ

S. So-

S. Sophiæ Beneventanæ, apud Ughell. tomo 8. pagin. 690. in veteri Codice Taxæ Cameralis, ſic intitulatur S. Sylveſtri de Caſtro S. Angeli de Scala, Ordin. S. Benedicti. *S. Angelo della Scala* in Principatu ulteriori decem circiter millib. paſs. Benevento diſtat, versùs Meridiem, ejus Abbas unus è duodecim erat, qui gaudebant jure Mitræ, & Baculi Paſtoralis, ut refertur à Pompeo Sarnelli pag. 132.

Abbatia titulo S. Annæ *delle Scale*, in Sicilia, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Montis Regalis, ut refert Lud. Lellus in Summa Privilegiorum Montis Regalis pag. 9. de ea ſub Prioratûs titulo mentio fit annis 1281. & 1485. vocatur etiam S. Annæ de Portella, ſive de Scalis, cujus an. 1458. Abbas erat Joannes Burgius Panormitanus Archiepiſcopus; apud Ughellum tomo 7. pag. 1167.

Abbatia tit. S. Martini de Scalis, longiuſculè à civitate Panhormi diſſita, Diœc. tamen Montis Regalis, poſtea Diœc. Panhormi; olim monaſt. pro fœminis à S. Gregorio Papa conſtructum, & dotatum, quod ferè effundatum reſtruxit an. 1347. Fr. Angelus de Sinicio Cataniensis, rem promovente Manuele Spinulâ Montis Regalis Archiepiſcopo; bona ſua largiente nobili viro Salerno. Ordin. eſt S. Benedicti; de ejus reædificatione libellus, authore Ludov. Arcâ extat impreſſus Romæ apud Aloyſium Zanettum anno Sal. 1596. In Abbatiam erectum eſt per Clementem VI. Papam, Pontific. anno 7. Salutis 1348. impreſſum ſimiliter habetur Privilegium datum huic Abbatiæ à prælaudato Manuele Archiepiſc. ann. 1348. Ejus Abbas ann. 1360. ædificavit monaſterium S. Benedicti de Burgetto, ſuæ Abbatiæ futuris temporibus ſubditum, diſtat Abbatia S. Martini Panhormo quatuor paſſuum millibus, & à Monte Regali duobus, in valle montibus cincta, unita fuit Congregationi Sanctę Juſtinę de Padua per Julium II. Papam ann. 1506. fuſiſſimè de ea ſcripſit Rocchus Pirrus de Abbatiis Siciliæ lib. 4. pag. 163.

Abbatia tit. S. Caſſiani de Scalari, ſive de Scalario, aliàs montis Scholaris, Ordinis, ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Feſulanæ; reperitur in Bulla Alexand. III. Papæ datâ anno 1176. in favorem hujuſce Congreg. de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. & ad annum 1184. mentio fit de Abbate Montis Scholaris nomine Benedicto.

Abbatia titulo S. Benedicti de Scaloquio, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Caſtellanenſis, hoc eſt Venetiarum, ut vult Codex Taxarum Cam. Apoſt. unita Congreg. S. Juſtinæ de Padua; vetus Codex Taxæ Cameralis illam extra Italiam collocat in Diœc. Strigonienſi. Collocat illam in Diœceſi civitatis Tipherni, Codex Taxarum D. Paſſionæi, dicitque aliàs vocari *Scalocchio*; vide infrà verbo Scolatio.

Abbatia titulo S. Mariæ de Scantio, Ordin. Ciſtercienſis, Diœceſis Bergomenſis, cujus Eccleſiam conſecravit Cyprianus Bergomi Epiſc. ann. 1318. ut afferit Ughellus, & ipſe Ciſtercienſis tomo 4. pag. 680. de ea tamen ſilet Carolus de Viſch in Syllabo Abbatiar. ejuſdem Ordinis.

Abbatia S. Mariæ de Scanzana; vide ſuprà litt. P. verbo Padia.

Ab-

Abbatia titulo S. Michaëlis in vico Scaricalaſino, Ordin. ſive Congregat. Montis Oliveti in territorio Bononienſi, ad Alpes; hic vicus viginti mill. paſſuum Bononiâ diſtat, versùs Meridiem, apud fontes fluvii *Sevanæ*; fundata eſt anno 1529. per famoſum rei militaris Principem Ramazottum de Ramazottis; fuitque poſtmodum pluribus donata Eccleſiis; ann. 1592. Abbas erat D. Ludovicus de Bononia; vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 175.

Abbatia, ſive Cœnobium nemoris, prope oppidum Scarpariæ, ad quartum decimum à civitate Florentiâ lapidem ann. Chriſti 600. pro monachis Græcis, Ord. S. Baſilii à gente Ubaldina conſtructum, quod, anno 1212. à Joanne Epiſcopo Florentino, datum eſt Sancto Franciſco, & fratribus ejus; ut afferit Lucas Wadinghus in Annalibus Seraphicis tomo 1. & poſt eum Ughellus tomo 2. pag. 137.

Abbatia *Schiodio* nuncupata, vix altero milliario à Maceratenſi civitate diſſita, versùs Orientem, in Marchia Anconitana, ut teſtatur Antonius Maginus in Mappis.

Abbatia tit. S. Mariæ de Schola, aliàs de Solcha, ſive Scolea, Ordinis, ſeu Congregationis Montis Oliveti, Diœceſis Ariminenſis; ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo; Carolus Guillelmi filius, in agris ſuis ad clivum collis Scolea dicti, Eccleſiam, & monaſterium ſub titulo S. Mariæ Annunciatæ, ſive S. Mariæ Novæ de Scolea, conſtruxit, prope Ariminum, ibique fratres Eremitas Ordin. S. Pauli inſtituit, ſed his paulò poſt in Germaniam patriam ſuam amandatis, ſubſtituti ſunt monachi Olivetani an. 1410. Illiſque datæ ſunt Abbatiæ S. Georgii, & S. Laurentii in Monte. Vide Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 73.

Abbatia tit. S. Mariæ *de la Scerta*, aliàs *de la Streta*, Ord. S. Benedicti, Diœc. Foroſempronienſis; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ ſita in Caſtro S. Baſilii, forſan eadem cum monaſt. de Aſtreta, quod Honor. III. ann. 1224. ſub S. Sedis Romanæ protectione ſuſcipit. Vide Ughell. to. 3. pag. 912. in Codice Taxarum D. Paſſionæi, juncto articulo *de Laſtreto*.

Abbatia de Scholario, vide litt. M. S. Salvatoris de Milis.

Abbatia de Scolatio, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tipherni, aliàs civitatis Caſtelli, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtol. dicitur etiam Schalochienſis Abbatia, cujus Abbas anno 1473. locum fratribus Ord. S. Franciſci prope Tiphernum, pro Conventu ædificando, conceſſit, ut refert Franciſcus Gonzalez in Hiſtor. Seraphica parte 1. pagin. 161. In Codice Taxarum D. Paſſionæi ponitur ſub titulo S. Benedicti de Scaloquio, ſeu Scalocchio, qui vicus eſt à civitate Caſtelli octo paſſuum mill. versùs Septentrionem; vide ſuprà Scaloquio; dicitur unita per Eugenium Papam Congreg. S. Juſtinæ.

Abbatia titulo S. Joannis in Scorcione, quam Anaſtaſius IV. Papa dicit eſſe intra terminos Aprutinæ Diœc. ut ex ejus Bulla conſtat, datâ an. 1153. vide Ughellum tomo 1. pag. 396. De ea ita Chronicon Caſinen. lib. 2. c. 26. Tento de Aprutio obtulit huic monaſt. Caſinenſi Eccleſiam S. Joannis in loco, qui dicitur Scorzone, quam videlicet

ipſe propriis rebus ditatum Sanctimonialium monaſterium fecerat; hæc oblatio facta eſt anno 1000.

Abbatia titulo S. Donati, Ordinis S. Benedicti, in Diœc. Mediolanenſi, in loco, qui dicitur *Scogialo*, ſive in caſtello Scozola, quod ſexto Kalendas appellatur, à Lnitardo, ſeu Luitprando Papienſi Epiſcopo fundata (qui obiit anno 864.) & prædivite cenſu aucta, ita ut perpetuis temporibus ſub Papienſium Antiſtitum juriſdictione remaneret; vide Ughellum tom. 1. pag. * 13. & pag. 21. ſitum monaſter. aſſeritur in Scovilla, hinc collige eandem eſſe Abbatiam, quæ in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ vocatur S. Donati de Sexto, Ord. S. Benedicti, ſub Diœc. Papienſi, & unita Hoſpitali magno Mediolanenſi per Paulum III. Papam anno 1535.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Scriptino, quod Epiſcopo Feretrano confirmat, & in S. Sedis protectionem recipit Honor. II. Papa, Bullà datâ anno 1125. ut refert Ughel. tomo 3. pagin. 933. videtur fuiſſe in Ducatu Urbini, ubi Sedes eſt Feretrana.

Abbatia titulo S. Gregorii de Scupolo, aliàs de Sculpo, Ord. S. Benedicti, Diœc. Catharenſis in Dalmatia, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt.

Abbatia tit. S. Laurentii de Scuta, aliàs de Stricto, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Caputaquenſis, de qua Cod. Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; eadem ſanè cum Abbatia S. Laurentii Commendata, quæ extabat ante an. 1144. ut conſtat apud Ughell. to. 7. pag. 664. & 665. in Regni Neapolitani, Principatu citeriori.

Abbatia titulo S. Stephani de Secedio, monialium Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Aquenſis in Lombardia, quæ anno 1511. ſponte cedentibus monialibus, unita fuit per Julium II. Papam Præpoſituræ S. Mariæ de Caſtello Alexandriæ, Ord. Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Congregationis Lateranenſis, ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. c. 32. pag. 698.

Abbatia titulo S. Juſti de Secuſia, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Taurinenſis, quam Manfredus Secuſiæ Marchio, & Berta conjux an. circit. 1028. extruxerunt, quamque anno 1147. Amedeus Sabaudiæ Comes plurimis opibus auxit, donationis inſtrumentum vide apud Ughellum tomo 4. paginâ 1461. Hanc Innocentius IV. Papa anno 1251. ſub Sanctæ Sedis protectione ſuſcepit; ibidem pag. 1474. monachis anno 1580. aliò translatis, ibi collocati ſunt Præpoſitus, & Canonici Abbatiæ S. Stephani civitatis Vercellenſis, ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ, ejus Congregationis Canonicorum Lateranen. lib. 3. cap. 43. pagin. 747. & cap. 46. pag. 755. vulgò *Suſa*, in Sabaudia, ad *Dora* fluv. viginti ſex millib. paſſuum Taurino diſtans, Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia de Segeto, Ordin. Ciſtercienſis, cujus Abbati commiſſionem informandi contra Placentinum Epiſcopum dat Innocentius IV. Papa, per Bullam datam an. Salutis 1243. Pontificatûs anno 1. ut refert Ughell. to. 3. pag. 279.

Abbatia *del Seggio*; vide ſuprà litterâ L. verbo Lucedii.

Ab-

Abbatia tit. S. Annæ Terræ Seitæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Brunduſinæ, in Regni Neapolitani provincia Terra Hydruntina *d'Otranto* dictâ; expedita fuit anno 1589. ut teſtatur Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Hæliæ Novi, & S. Philareti extra muros terræ Seminariæ, Ord. S. Baſilii, Diœc. Miletenſis in Calabria ulteriori, de qua Cod. Taxarum Cameræ Apoſt. *Seminara*, cujus fundator fuit S. Philaretus Panormitanus, qui ibidem deceſſit, die 6. Aprilis anno 1020. & ab illo locus, vulgò dictus eſt *S. Filareto*, ut obſervat Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 129. & ante ipſum Sylv. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag.68. conſervantur ibidem ejuſdem S. Philareti, & S. Heliæ reliquiæ; hoc monaſterium dicitur unitum religioni Hieroſolymitanæ Equitum militiæ, per Pium II. Papam, Pontific. ann.5. Salutis 1463. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi; diſtat *Mileto* viginti circiter paſs. mill. versùs Meridiem de S. Philareti monaſterio mentio fit in Bulla Gregorii XIII. datâ anno 1579. vide Bullar. tomo 2. pag. 326. appellabatur olim monaſterium S. Nazarii, ante quam ſub titulo S. Philareti collocaretur; in eo monachalem induit veſtem S. Nilus Abbas, ut refert Hieronym. Maraſioti *Croniche di Calabria* lib. 4. folio 290. & lib. 1. pag. 70.

II. Abbatia titulo S. Andreæ de Seminaria, ejuſdem Miletenſis Diœc. ita vetus Cod. Tax. Cameral. in fine.

III. Abbatia titulo S. Hippolyti de Seminaria, de qua idem vetus Codex Taxæ Cameralis.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium non longè ab urbe *di Seminara* titulo S. Mercurii, in quo S. Nilus Abbas, Ordinis S. Baſilii, veſte monachali S. Stephanum de Roſſano induit anno circiter 940. ut refert Paulus Gualtieri de *SS. Calabriæ* lib. 1. pag. 176.

Abbatia S. Joannis de Laura Seminaria. Vide ſuprà litt. L. S. Joannis de Labra.

Senæ, olim Sena, & Sæna, vulgò *Siena*, civitas Archiepiſcopalis, & Academia Hetruriæ, agri ſui Senenſis caput ſuper colles poſita. Ibi.

I. Senis Abbatia Arcûs nuncupata, quia prope portam arcûs veteris caſtri poſita erat, Ord. ſive Congreg. Camaldulenſis, initium habuit anno 1181. datâ Camaldulenſibus Capellâ S. Chriſtinæ Virg. ubi in honorem S. Muſtiolæ Virg. & mart. Eccleſiam conſtruxere, ſub Gonteraimo Epiſcopo; huc anno 1259. confugerunt Prior, & triginta duo monachi, Eremi ad vivum, cui Eremo vnita fuit Abbatia Arcûs per Calliſtum III. Papam, Bullâ datâ Kalendas Auguſti, Pontificatûs anno 1. Sal. 1455. Vide Hiſtor. Camaldulen. parte 2. lib. 2. c.15. per Abbatem regitur annuum.

II. Abbatia titulo S. Donati de Senis, cujus Abbas erat in Concilio Piſano anno 1409. ut refert Ughellus tomo 2. pag. 564.

III. Senis Abbatia titulo S. Benedicti, Ordinis, ſeu Congreg. Montis Oliveti, quam à fundamentis erexit Bonavent. Valcherinus Senenſis Patritius, huic anno 1443. Eugenius IV. Papa conceſſit Abbatiam S. Mariæ de Cicillo; extabat ante annum 1330. bellis penè dirutam reſtauravit D.Pius

Nuti Senenſis anno 1580. de ea loquitur Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 5.

IV. Senis Abbatia titulo S. Georgii de Lapi, monialium Ord. Camaldulenſis, extra portam Ovilis civitatis, ad tertium lapidem, cujus Abbatiſſæ Joannæ, anno 1437. Ambroſius Generalis Ordinis poteſtatem fecit manendi ibi dum viveret, cum una ſocia, Cœnobiumque univit Abbatiæ S. Mariæ de Roſa, prope Senas. Vide Hiſt. Camaldulenſium part. 2. lib. 3. c. 20. fuit poſtea ſimplex ſacerdotium.

V. Prope Senas Abbatia titulo S. Mariæ Roſæ, Ordinis Camaldulen. fuit primitùs conſtructum Cœnobium ultra fluvium Treſſæ in colle Calignani, in prædio Vanucii civis Senenſis. Roſa dictum, quia quotannis Prior tenebatur in feſto S. Romualdi ferre ad Sacrum Eremum tres libras ceræ, cum Roſa argentea. Initium habuit anno circiter 1324. reſtructum poſtea fuit ann. 1346. prope mœnia civitatis, ad portam Laterini, ad jactum fermè ſagittæ, in colle valde amœno, qui etiam ab amœnitate nomen Roſę retinuit; hujus loci Abbas erat ann. 1563. Paulus Miniatis. Unita fuit ſub titulo S. Mariæ de Roſa, ſeu Roſatæ Congregationi Camaldulenſi per Bullam Julii III. Papæ, qui ſedebat an. 1550. ut habetur in Codice Taxar. D. Paſſionæi, unde colligitur fuiſſe antea alterius Ordin. de ea Ughellus tomo 2. pag. 638. Vide Hiſtor. Camaldulen. part. 2. lib. 3. cap. 20. data eſt in Commendam anno circiter 1507., ſed in bello Senenſi fuit funditus everſa.

Prope Senas Abbatia tit. S. Eugenii; vide ſuprà litt. P. verbo Philodianus.

VI. Senis Abbatia tit. S. Mariæ Angelorum, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Congreg. S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, ipſis data ſub Eugenio IV. Sum. Pont. anno 1442. ut habetur in Indice MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

VII. Senis extra muros Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Novellæ, monialium, quod unitum fuit Abbatiæ S. Galgani, Volaterranæ Diœc. ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia titulo S. Salvatoris de Senario, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Sarſenatenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; ſita erat, ut *Sarſinas*, in provincia Romandiolæ.

Abbatia titulo S. Senatoris, quam Rogerius Comes Siciliæ, & Calabriæ donat, in dotationem latini Epiſcopi Eccleſiæ Squillacenſis, in ulteriori Calabria anno Sal. 1096. Donationis inſtrumentum edidit Ughellus tomo 9. pag. 592.

Abbatia tit. S. Salvatoris in Plano Sennæ, ſub Montone, quod an. 1154. Buliganus Epiſcopus Firmanus confirmat Abbati, & monachis S. Sabini, & anno 1209. eiſdem Adonulphus ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus; vide Ughellum tomo 3. pag. 756. & 776.

Abbatia tit. S. Joannis ad Sennum, quam Honorius II. Papa anno 1126. dat Epiſcopo Imolenſi. Eique confirmat anno 1151. Eugenius II. per Bullam ſuam, in qua vocatur S. Joannis in Senno. Vide Ughellum tomo 2. pagin. 676. forte ad Senum *Sano* fluv. in Romandiola, ſicut Imola.

Abbatia S. Venerei de Separano, prope

prope caſtellum Bolanum *Bolano*, quam anno 1447. Eugenius IV. Papa univit Abbatiæ S. Venerei de Tyro, ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 80. *Ceparana* vicus in finibus Liguriæ ad *Magra* fluvium, quinque paſſuum millibus à Sarzana civitate, versùs Meridiem.

In veteri civitate Sepina, Abbatia, ſive Monaſterium S. Genitricis Virginiſque Mariæ, quod Abbatiæ S. Sophiæ Beneventi confirmat Paſchal. II. Papa, Pontificatûs anno 3. Sal. 1102. & anno 1119. illud idem illi concedit Robertus Bovianenſis Comes; vide Ughell. tomo 8. pag. 345. & pag. 685. Sæpinum Epiſcopalis olim civitas, nunc vulgò *Supino* in Regni Neapolitani Comitatu Moliſii; octo circiter mill. paſſuum Boviano diſtans, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia titulo S. Salvatoris ad Septimum, ſeu de Septimo dicta, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Florentinæ, ſeptimo à civitate milliario, Ordinis primitùs S. Benedicti, à Gregorio IX. Summ. Pontif. anno 1236. huc introducti Ciſtercienſes. Ejus Hiſtoriam, quam Septimianam vocat, ſcripſit Nicolaus Baccetius Abbas Ciſtercien. Illam Lotharius Comes, de Comitibus Albertis, ditiſſimo cenſu dotatam conſtruxit, opibus auxit Comes Guillelmus; vide plura apud Ughell. to. 2. pag. 45. qui pag. 54. dicit ab Ugone Etruriæ excitatam, & pag. 149. refert Bullam Gregorii IX. datam an. 1237. quâ Ciſtercienſibus confirmat omnia bona, & privilegia, quibus ante eorum introductionem, gaudebat Abbatia.

Abbatia titulo S. Mariæ de Serena, Ordinis, ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœc. Volaterranæ, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. cui concordat vetus Codex Taxæ Cameralis. Sita eſt in Etruria. Mathilda Comitiſſa Ugonem Abbatem de Serena reſtituit in poſſeſſionem medietatis caſtelli, & curtis de Cumulo; vide li. 3. pag. 166. *le Memorie di Mathilda* Authore Franciſco Maria Florentini.

Abbatia titulo SS. Sergii, & Bacchi, Ordinis S. Baſilii, Diœceſis Tropejenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; ſita eſt, ſicut Tropæa, in Calabria ulteriori.

Abbatia titulo S. Mariæ de Sergio, aliàs de Sergo, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Ampurienſis in Sardinia, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. ubi dicitur unita Eccleſię Ampurienſi, & in eodem Codice dicitur unita Eccleſiæ Turritanæ, ſub hoc verbo, unio verò facta eſt per Eugenium IV. Papam, qui ſedit anno 1431. in veteri Codice Taxæ Cameralis vocatur Sancta Maria de Serico.

Extra muros Sermonetæ Abbatia tit. S. Stephani, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Terracinenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; illam primitùs incoluere monachi Græci, conceſſa eſt poſtea Equitibus Templi, quibus extinctis, ſub Abbate manſit Commendatario, orbata monachis uſque ad annum circiter 1600. quo introducti ſunt Strictioris Obſervantiæ Ciſtercienſes, qui, ob dotis tenuitatem, abire coacti, tandem anno 163?. ſunt reverſi. Codex Taxar. D. Paſſionæi vocat S. Stephani de Malviſciolo, additque hoc monaſt. fuiſſe ſuppreſsum, & erectum in Prioratum per Clementem

tem VII. Papam, Pontificat. anno I. Salutis 1524. oppidum eſt Campaniæ Romanæ, & Gentis Cajetanæ. Vide Carolum Morotium in Ciſtercio reflореſcente part. 4. pagin. 204. diſtat quatuor mill. paſſuum Anagnià, verſùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Mariæ, & S. Blaſii de Sernano, Ord. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis; de qua Codex Taxar. Cameræ Apoſt. *Sarnano* caſtrum Umbriæ, ſuper montem, duodecim paſſ. millibus Camerino diſtans, verſùs Orientem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Magdalenæ Terræ Serræ Comitum, quod Epiſcopali Eccleſiæ Senogallienſi fuit unitum, ut teſtatur Codex Taxarum Cam. Apoſt.

Abbatia titulo S. Mariæ de Serapotamo, Diœc. Catacenſis in Calabria ulteriori, quæ fuit unita menſæ Epiſcopali, ut aſſerit Ughellus tomo 9. pag. 484.

Abbatia, ſive Monaſterium vulgò *di Serperi* dictum, Ordinis S. Baſilii, in quo anno 994. obiit S. Stephanus, S. Nili Abbatis diſcipulus, ut refert Paulus Gualtieri *de SS. Calabriæ* lib. 1. pagin. 182. & Hieronymus Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 4. folio 292. vocat *Serpere* in Campania Cajetanæ civitatis, ubi cum 60. monachis vixit S. Nilus.

Abbatia titulo S. Luciæ *de la Serra, di San Quirico*, Congregationis Sylveſtrinorum, ſub Regula S. Benedicti, Diœceſis Camerinenſis in Marchia Anconitana. Ita Syllabus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis. *San Quirico* viginti millibus paſſuum Camerino diſtat, verſùs Aquilonem.

Abbatia Serracchia nuncupata, Diœc. ut veroſimile eſt S. Severinæ in Calabria citeriori, quinque circiter paſſuum millibus à civitate S. Severinæ diſſita, Occidentem æſtivum verſùs.

Abbatia de Seſto, & de Seſtri; vide infrà de Sexto.

Abbatia tit. SS. Trinitatis de S. Severo, Congregationis Cœleſtinorum, Ord. S. Benedicti, in Dauniis, quia latifundia Abbatiæ S. Joannis in Plano latiſſimè in Apulia excurrebant, & in locis ab invicem diſſitis, difficillimum erat ea excolere; hæc fuit erecta Abbatia anno 1328. illique attributa illa latifundiorum pars, quæ oppido S. Severi, in Epiſcopatum poſtea erecto, viciniora erant, annuâ penſione trium curruum frumenti Abbatiæ S. Joannis in Plano ſolvendorum impoſitâ; vulgò *S. Severo*, aliàs *San Siviero* in Regni Neapolitani provincia Capitanata dictâ, quarto à Gargano monte milliario.

II. Abbatia titulo S. Mariæ de Sancto Severo, de qua mentio fit in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Severini, quod cum omnibus pertinentiis ſuis Honorius II. Papa Bullâ datâ ann. 1125. confirmat Petro Epiſcopo Feretrano, & in protectionem recipit Sanctæ Sedis Apoſtolicæ; vide Ughellum tomo 3. pag. 994. fuiſſe videtur in Urbini Ducatu.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Severini, Ordinis S Benedicti, de quo ad annum circit. 884. Chronicon Caſinenſe lib. 1. cap. 45.

Abbatia titulo S. Andreæ de Sexto, aliàs de Seſto, nunc vulgò *Seſtri*, Ord.

Ci-

Ciſtercienſis, & Diœc. Januenſis in Liguria, maritima, & ſexto à civitate Januenſi milliario, fundata ann. 1131. nonis Auguſti, ut aſſeritur à Carolo de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis, cujus Abbas, & monachi anno 1218. declarati ſunt impoſterum exempti ab omnibus oneribus civitatis Alexandriæ, ſi credimus Hieronymo Ghilini in Annalibus Alexandriæ hoc anno nu. 1. In ea floruit S. Albertus ab Innocentio IV. Papa in Sanctorum numerum relatus, quæ deinde data eſt in Commendam, cujuſque Cœnobium, Eccleſiâ poſtmodum penitùs dejectâ, ut refert Ughellus to. 4. pag. 1172. tandem per Bullam Pii II. Papæ, Pontific. anno 1. Salutis 1458. Eccleſię Savonenſis menſæ Epiſcopali fuit unita, ut referunt Codices Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia Donati de Sexto Kalendas vide ſuprà de Scogialo, ſive Scozola.

Abbatia Sextenſis, aliàs de Sexto, ad jus B. Petri, & ad diſpoſitionem ſpecialitèr ſpectans, pro qua, & ejus Abbate legitimo, contra intruſum Schiſmaticum, protegendo, propter loci vicinitatem Canonicis Piſanis duas litteras ſcripſit Alexand. III. Papa, qui ſedit ab an. 1159. ad an. 1181. quas vide apud Ughellum tomo 2. pagin. 473. videtur eadem cum Abbatia SS. Salvatoris, & Salmiani *del Seſto sù Luccheſe*, cujus Abbas Commendatarius erat Arnolphinus Lucenſis anno 1513. quo unita eſt Abbatiæ Sancti Pontiani de Luca; ut refert Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 43. fundata eſt per Salmianum anno 668. diſtatque decem mill. paſſuum à Luca civitate Orientem hyemalem versùs, ad lacum de *Seſto* dictum; hanc S. Salvatoris de Seſto reſtauravit Guilla, ſive Willa, Oberti Marchionis uxor, & majoris Bonifacii Marchionis filia, anno circiter 990. anno 1210. in ejus favorem diploma dedit Otto IV. Imp. ut refert Franciſcus Maria Fiorentini in libro cui titulus eſt *Memorie di Matilda* lib. 3. pag. 43. & 49.

Abbatia titulo S. Mariæ de Sexto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Concordienſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. ſicut, & vetus Codex Taxæ Cameralis; vulgò *Seſto* in provincia Foro-Julienſi, ſuper *Regona* fluvium, ad ejus ripam dextram, & Occiduam, ſex circiter paſſuum mill. à Concordia versùs Aquilonem.

Abbatia titulo S. Mariæ de Sexto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Aquilejenſis, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſtol. & in Codice D. Paſſionæi. Conſiſtorialis eſt, & in Commendam dari ſolita, cui privilegia, & juriſdictiones data ſunt, de conſenſu Regis Deſiderii, & ab Imperatorib. Lothario, Berengario, Othone, & Ludovico confirmata, quorum diplomata vide apud Ughellum tom. 5. pag. 25. & 42. oppidum vocatur Sextium, & in privilegio Alexandri III. Papæ an. 1177. appellatur Abbatia Sextenienſis, ſita eſt in Foro-Julienſi territorio, de ea Antonius Sabellicus lib. 1. de vetuſtate Aquilejæ.

Abbatia tit. S. Juſtinæ de Sezedio, aliàs de Sexeda, corruptè de Caſadio, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Aquenſis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. & Ughellus tomo 4. pag. 465. in territorio *di Sezè* in agro Alexandrino, cujus ann. 1427. Abbas erat Antonius

Lan-

Lanzavecchia, ut ad hunc annum refert Hieronymus Ghilini in Annalibus Alexandriæ.

Abbatia, ſive Monaſterium Sicinenſe, Diœceſis Nucerinæ, extabat ante annum 1288. ut refert Ughellus tomo 3. pag. 961. ubi notat hujus loci Abbatem Sigiſmundum, tunc factum fuiſſe Senogallienſem Epiſcopum; ibi agitur de Nuceria Umbriæ.

Abbatia titulo S. Mariæ de Sicone, cujus ante annum 1293. Abbas erat Joannes de Vetere, qui factus eſt Marſicenſis Epiſcopus, in Terra Laboris, ut obſervat Ughellus tom. 7. pag. 712.

Abbatia titulo S. Benigni, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Signinæ, ſic habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ in Latio, ſive Campania *di Roma*.

Abbatia titulo S. Petri de Silchi, aliàs de Solario, extra muros Salſanenſes, meliùs Saſſarienſes, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Turritanæ in Sardinia, cui ſucceſſit Saſſaritana civitas; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Legit Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo S. Petri de Salano, unitum Turritanæ Eccleſiæ.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ in Silice, extra caſtrum Vallis Montonii, monialium Ord. S. Benedicti, Diœceſis Signinæ, perpetuò unitum Abbatiæ Sublacenſi, ut refert Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Illud anno 1182. Lucius III. Papa, privilegio ſuo, confirmat Petro Epiſcopo Signino, & in protectione Sancti Petri recipit; vide Ughell. in Appendice tomo 3. pag. 1067. dirutum eſt; ſitum erat in Latio, ad vigeſimum ſeptimum lapidem, versùs Valmontonem, ut aſſerit Lucas Holſtenius in Italia Antiqua pag. 196.

Abbatia S. Angeli de Simone, aliàs Symone; vide ſuprà S. Angeli de Saxo.

Abbatia tit. S. Mariæ Sinaquenſis, aliàs Smiraquenſis, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Concordienſis; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. eadem fortè, quæ ibidem S. Mariæ de Cinago, diverſas facit Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo. Sinaquenſis verò dicitur unita Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Concordienſis, per Eugen. IV. Papam anno 1448. ita Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Lucæ de Sinopoli, Diœceſis Miletenſis in Calabria ulteriori, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis. *Sinopoli* caſtrum ſex paſſuum mill. ab Oppido civitate diſtans, versùs Meridiem, paulò ad Occaſum. Sanctus ille Lucas Abbas erat Ordin. S. Baſilii, & frater S. Fantini; illam deſeruere monachi, ut aſſerit Maraſioti lib. 1. pag. 72.

II. Prope Sinopolim Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Bartholomæi, Ordinis S. Baſilii, in vicino Caſali S. Euphæmia nuncupato, ut aſſerit Hieronym. Maraſioti *Croniche di Calabria* lib. 1. fol. 47. fuerat per Sanctum Bartholomæum Baſilianum monachum fundatum ſub tit. S. Barnabæ Apoſtoli, ſed, poſt fundatoris Canonizationem, ipſum pro titulari agnovit; ibidem pag. 72.

Sipontum, aliàs Sepus, & Sypus, colonia olim, & urbs Apuliæ Dauniæ, ad montis Gargani radices, ad Auſtrum, Archiepiſcopalis, cui, per terræ motum exciſæ, vicina ſucceſſit Manfredonia, Nova Sipontus dicta,

de

de qua ſuprà pag. 201. Diœc. tamen conſtantiſſimè Sipontina vocatur, in Capitanata. Ibi.

I. Olim Abbatia, ſive Monaſter. monialium, in civitate, de quo ad annum circit. 595. S. Gregorius Papa ſcribit ad Vitalianum hujus Sedis Epiſcopum epiſt. lib. 7. cap. 9. vide Pompejum Sarnelli *Croniche de' Veſcovi Sipontini* pag. 78.

II. Abbatia titulo S. Benedicti, Diœceſis Sipontinæ in Apulia, ſive in Capitanata, cujus Abbas erat anno 1484. Gregorius Satrianenſis Epiſcopus, vide Ughellum tomo 6. paginâ 1045. nunc eſt ſimplex beneficium collationis liberæ, ut obſervat Pompeo Sarnelli in Deſcriptione hujus Diœceſis pagin. 428. vide ſuprà pag. 202. verbo Manfredonia nu. III.

III. Abbatia olim titulo S. Chriſtophori, Diœceſis Sipontinæ, nunc retento Abbatiæ titulo ſimplex beneficium collationis liberæ, de quo Pompeo Sarnelli, in hujus Diœc. deſcriptione pag. 428. *S. Chriſtophoro* nunc adhuc terra eſt, ſive vicus, decem circiter paſſuum millib. à nova Siponto, ſeu Manfredoniâ diſtans, versùs Occidentem.

IV. Abbatia olim tit. S. Matthæi, in Diœc. Sipontina, quæ, conſervato Abbatiæ titulo evaſit ſimplex beneficium liberæ collationis; ut teſtatur Pompejus Sarnelli in Deſcriptione Diœc. Sipontinæ pag. 428. *S. Matteo*, nunc terra, ſive vicus tredecim paſs. mill. Manfredoniâ diſtans, Occidentem æſtivum versùs.

V. Abbatia vetus tit. S. Quirici, Diœceſis Sipontinæ, nunc ſimplex beneficium facta, ſervato tamen Abbatiæ titulo liberæ collationis, de qua vide Pompejum Sarnelli in Deſcriptione Diœc. Sipontinæ pagin. 428. *S. Chirico* vicus eſt, ſive terra tredecim paſſuum millibus Manfredoniâ civitate diſtans, versùs Solis Occaſum.

VI. Abbatia titulo S. Joſephi; vulgò *S. Gioſeppe*, Diœc. Sipontinæ, fundata anno 1678. die Junii 11. Jus Patronatus pertinet ad gentem, ſeu familiam de *Brencola*; ut refert Pompejus Sarnelli in ejuſdem Diœceſis Deſcriptione pag. 428.

Abbatia titulo Sanctæ Mariæ in Sithich, Ord. Ciſtercienſis, Diœceſis Aquilejenſis, ut aſſerit Cod. Taxarum Cam. Apoſt. quæ Siticenſis vocatur in privilegio dato per Alexandrum III. Papam Valrico Aquilejenſi Patriarchæ anno 1177. illam fundârunt, & dotârunt Patriarchæ Aquilejenſes in Carniola, ejus Abbas, & Princeps comitia Provincialia convenire, ſive congregare ſolet, ut refert Ughellus tomo 5. pag. 59. & 160. in Codice Taxarum D. Paſſionæi legitur S. Mariæ in Sithic, ſeu Sittingen.

Abbatia, ſive Monaſterium Siri, in Geruntina Diœceſi, à Joachimo Floris Abbate conditum, in Eccleſia Montis Marci, concedente circa annum 1198. Giberto Geruntino Epiſc. quod ſucceſſor Guillelmus deſtruxit, qui deceſſit anno circiter 1209. vide Ughellum tomo 9. pag. 703. ſita erat, ut *Gerentia* in Calabria citeriori.

Abbatia S. Nicolai de Siriis, vide ſuprà litt. G. de Geriis.

Abbatia S. Mariæ de Sitria; vide ſuprà verbo Saxoferratum num. I.

Abbatia S. Petri de Solario; vide ſuprà de Silchi.

Abbatia S. Michaëlis de Solarino; vide ſuprà litt. F. verbo de Fulgerino.

Abbatia titulo S. Spiritûs de Sompeno, Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Cajetanæ, unita Congreg. S. Juſtinæ de Padua, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. in veteri Codice Taxæ Cameralis, dicitur de Sompnorio; fortè non diverſa ab Abbatia Sancti Spiritûs de Cajeta, in Terra Laboris.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris de Sophena, Ordin. ſive Congregationis Vallis Umbroſæ; quæ recenſetur in Bulla Urbani II. data anno Pontific. 3. Salutis 1090. quam vide apud Aſcanium Tamburinium de Jure Abbatum pag. 24.

Abbatia titulo S. Sophiæ, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis S. Agathæ, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis in Regni Neapolitani provincia, Principatus ulterior dicta.

Prope Soram Abbatia tit. S. Dominici, Ord. S. Benedicti à prælaudato Sancto, ad preces Petri Raynerii Soræ Domini, conſtructa, altero tantùm ab urbe lapide, in honorem S. Dei genitricis, cui poſtea nomen ejuſdem S. Dominici eſt inditum, qui ibi ferè octogenarius obiit, & tumulatus eſt anno 1031. vide notas noſtras in Martyrologium Romanum pagin. 223. Chronicon Caſinen. lib. 2. cap. 60. & ejus notas. Ughellus to. 1. pag.* 156. aſſerit ab Honorio III. Papa, qui ſedebat anno 1216. in hanc domum Ciſtercienſes introductos, de ea Gaſpar Jongelinus in Abbatiis Ciſtercien. Italiæ, Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis aſſerit fundatam anno 1162. idibus Julii.

Abbatia titulo S. Mariæ de Soraco, aliàs de Storaco, ſive S. Mariæ Storacenſis, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Auximanæ *d'Oſimo* prope montem Filatranum. Ibi monaſticam vitam anno 1056. profeſſus eſt, atque poſtmodum Abbas effectus S. Bonfilius de Bonfiliis patria Auximanus, an. 1078. factus Fulginatenſis Epiſcopus, ut obſervat Ughellus tom. 1. pag. 739. nunc omnino deſtructam aſſerit Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 2. pagin. 288. in Marchia Anconitana; octo circit. paſſuum mill. ab Auximo, versùs Occidentem.

Abbatia titulo S. Mariæ de Soriano, Ordin. S. Baſilii in Calabria, de qua Sylveſter Maruli ad annum 1613. in Oceano omnium Religionum Mundi lib. 1. pag. 68.

Abbatia S. Soſti, Ordinis S. Baſilii, Diœc. S. Marci in Calabria citeriori, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. reperitur in Calabria ulteriori locus *Soſti* dictus, ſed longiùs à S. Marco; ejus Abbas Paulus fuit primus Abbas Commendatarius Abbatiæ S. Mariæ, & SS. Anaſtaſii, & Eliæ de Carbono, ut refertur in ejus Hiſtoria per Sanctorum ſcripta pag. 127.

Abbatia titulo S. Nicolai de Spano, unita Congregationi Montis Oliveti, Diœc. Florentinæ; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. membrum fuit poſtea celebris Abbatiæ S. Miniatis Florentiæ, ejuſdem Congregationis, deinde ab ipſiſmet Olivetanis data eſt Canonicis Regularibus S. Laurentii, quorum Eccleſia ipſis anno 1414. per Joannem XXIII. Papam fuerat attributa, ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 15.

Ab-

Abbatia tit. S. Petri de Spano petra, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Miletenſis, in Calabria ulteriori, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Spaſmo; vide ſuprà verbo Panhormus numero XVI.

Abbatia titulo S. Andreæ ad Sinum *della Spetia*, aliàs *Spezae*, à qua urbe tribus paſſuum millibus diſtat, versùs Meridiem; vide Anton. Magini in Mappa Ripariæ Orientalis Januæ.

Abbatia titulo S. Benedicti Sacri Specûs, ab Abbatia S. Scholaſticæ de Specu Sublacenſi diverſa, & medio milliario ab ipſa diſtans, ubi S. Benedictus ſolitarius vixit, de qua Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 2. pag. 18. eſt apud Simbrivium, à lacubus Simbrivinis dictum, in Latio, ſive *Campagna di Roma*.

Abbatia titulo SS. Trinitatis de Spineto, Ordin. Ciſtercienſis, Diœceſis Cluſinæ in Etruria, de qua Ughellus, & Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. extabat ante annum 1462.

Abbatia tit. S. Quintini de Spingo, vel Spingio, cujus anno 1401. Abbas erat Franciſcus Carrettus, ex Marchionibus Savonæ, ut refert Ughellus tomo 4. pag. 410. Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. legit S. Quintini de Spirillo, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Saonenſis, id eſt Savonenſis, eadem ſanè, quæ corruptè dicitur S. Tutini, hanc anno circiter 1181. Ambroſius de Carretto Savonenſis Epiſcopus, Urbani III. Papæ juſſu, ad puriores mores traduxit, idem Ughellus citatus pag. 1009. In Liguria; in veteri Cod. Taxæ Cameralis legitur S. Quintini de Spagino.

Abbatia titulo Sancti Verecundi de Spirtis; vide ſuprà verbo Eugubium num. X.

Spoletum, ſive Spoletium, vulgò *Spoleto*, ſeu *Spoleti*, civitas Umbriæ Epiſcopalis, & ſui Ducatûs caput, apud montium radices, ſuper *Marogia* fluvium. Ibi.

I. Spoleti Abbatia tit. S. Juliani, Ord. Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, Congreg. Lateranenſis, in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. vocatur S. Juliani de Monte, Ordin. S. Benedicti; fuit primitùs monaſter. ab Iſaac Abbate, de Syria huc veniente, in monte Luco civitati imminente, excitatum; de quo Abbate loquitur S. Gregorius Papa lib. 3. Dialogor. cap. 14. vixit, ante S. Benedicti tempora, ibidem cum plurimis monachis. Poſtea huc introducti ſunt Cluniacenſes monachi, & Regula S. Benedicti, ut conſtat ex Bulla Urbani III. Papæ, datâ anno 1185. in favorem ejus Abbatis, quæ illam ſub Sanctæ Sedis protectione ſuſcipit, & aliqua monaſteria recenſet, plurimaſque Eccleſias, ab illa Abbatia dependentia. Alexander VI. Papa, Pontificatûs anno 11. Sal. 1502. extincto ibi S. Benedicti Ordine, illam Canonicis Congregationis Lateranenſis conceſſit, ſed monte ſatis à civitate remoto manente, cum Parocho ibidem S. Juliani Abbate; Canonici ad Eccleſiam S. Anſani, aliàs S. Iſaac in civitate ſitam, & Canonicorum conventus tranſiit, & Abbas ibi conſtitutus dicitur Abbas S. Anſani, ut narrat Gabriel Pennottus, ipſemet S. Juliani apud Spoletum Abbas, Hiſt. Tripartitæ lib. 3. cap. 35.

II. Spoleti Abbatia, ſive Monaſt.

S. Anſani, aliàs S. Iſaac Abbatis, cujus corpus ibidem requieſcit, & colitur, Ordin. olim S. Benedicti, quod anno 1185. Urbanus III. Papa confirmat Abbati S. Juliani prope Spoletum; vide Bullam apud Gabrielem Pennottum Hiſtor. Tripartitæ lib. 3. cap. 35. pag. 710. ſed quia Canonici Regulares Lateranenſes ex Abbatia S. Juliani in hanc Eccleſiam tranſierunt, Abbas ibi conſtitutus dicitur Abbas Sancti Anſani, ut aſſerit idem Pennottus.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Euphemiæ, monialium Ord. S. Benedicti, cujus Abbatiſſa Guaderanda corpus S. Joannis decimi Epiſc. Spoletani divinitùs invenit, & in hoc ſuum monaſterium tranſtulit an. 975. Circa annum 1015. Heriberto Epiſc. ſedenti Henric. III. Imperator indulſit, ut in monaſterio S. Euphemiæ Palatium Epiſcopale poſſet conſtruere, ut refert Ughellus tomo 1. pag.* 72. & 74. hinc clarum eſt hanc Abbatiam fuiſſe intra Spoletum, & propter corpus hujus S. Joannis, dicta fuit Sancti Joannis Abbatia. Sita erat ubi nunc eſt Cancellaria Epiſcopalis, ut aſſerit Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 2. pag. 3.

IV. Spoleti Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Pauli, monialium. Anno 1002. Lupus Epiſcopus vigeſimus tertius Spoletanus hanc Eccleſiam reſtauravit, ibique monaſterium virginum Deo devotarum erexit, quas poſtea ad Eccleſiam S. Agathæ decentiùs tranſtulerunt prope Spoletum, ut obſervat Ughellus tomo 1. pag.* 174. Ordinis erant S. Benedicti; ibi anno 1229. florebat Beata Ugolina Abbatiſſa, factæ ſunt ann. 1242. Ord. S. Claræ, erantque extra civitatem. Hunc locum jam incolunt Franciſcani Obſervantes, fuſiora narrat Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ to. 3. pag. 300.

V. Spoleti Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Agathæ, ad quam Eccleſiam, cum Abbatiſſa, translatæ fuerunt moniales monaſterii S. Pauli, ut aſſerit Ughellus tomo 1.* pag. 174. translatio facta eſt anno 1396. per Bonif. IX. Papam, extat hodie, & ipſi unitum eſt monaſterium S. Vincentii ejuſdem Spoletinæ civitatis; ut refert Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 300.

VI. Spoleti Abbatia tit. S. Gregorii Minoris, vulgò de Palatio dicta, monialium Ordinis S. Claræ, cujus anno 1440. Abbatiſſa erat quædam Franciſca; locus eſt ubi antiquitùs Amphiteatrum, & ubi martyrium paſſus eſt S. Gregorius presbyter Spoletinus, ad quem ann. 1320. è Palatii loco translatæ ſunt prælaudatæ moniales, ut aſſerit Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 1. paginâ 670. & 671.

VII. Prope Spoletum Abbatia monialium, ſub titulo S. Mariæ inter angulos, veriùs Angelos, ſive S. Mariæ Angelorum, à Gregorio Papa IX. propriis ſumptibus erecta anno 1229. in quam moniales Ord. S. Damiani, ſub Regula S. Benedicti, introduxit; dicta vulgò monaſterium Palatii Dominarum; ſitum erat in colle, vulgò *Colle florido*, ad pedem montis è regione portæ. S. Gregorii extra Spoletum primam Abbatiſſam inſtituit Gregorius Papa Agnetem de Spoleto, anno poſt-

poſtmodum 1320. intra civitatem translatæ ſunt in ædem ſacram Sancti Gregorii Minoris, retento nomine de Palatio, ut dictum eſt ſuprà.

VIII. Abbatia titulo S. Marci, prope Spoletum, cujus Abbas, & fundator erat S. Eleutherius, de quo loquitur S. Gregorius Papa Dialogorum lib. 3. cap. 14. Idem forſan monaſter. cujus Abbas erat ad annum 174. Sanctus Concordius martyr, ut, ex monimentis Spoleti MSS. aſſerit Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. paginâ 3. ejus Abbas erat S. Majolus anno circit. 780. ſic idem Auth. pag. 105. obiit S. Eleutherius anno 585. Abbas, & monachi vixerunt ibi uſque ad annum 1239.

IX. Abbatia tit. S. Petri de Longotorto, prope Spoletum, in qua ſanctitate floruit ejus Abbas B. Berotus, qui obiit anno 502. ut refert Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ in ejus vita tomo 1. pag. 705. & 706. conſtructa eſt anno circiter 450. in Diœc. Spoletina, versùs viam Salariam; ita idem Author tomo 3. pag. 280. ubi de ejus Abbatibus Frunardo, & Leodebaldo mentionem facit. Jam eſt ab aliquot ſeculis derelicta.

X. Abbatia titulo S. Joannis Collium Conſilii, vulgò *delle Colle del Conſeglio*, monialium, Ord. S. Benedicti, prope Spoletum civitatem, ab illis anno circiter 1070. ædificatum, ubi an. 1308. ſanctitate florebat Paula de Spoleto, ejus Abbatiſſa, moniales tandem intra civitatem collocatæ ſunt, in Eccleſia S. Joanni pariter conſecrata. Vide Ludovicum Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 308.

Abbatia tit. S. Salvatoris de Spongia, Ord. ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœceſis Volaterranæ, in Etruria; ita Ughellus, & Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. unita eſt Eccleſiæ Cathedrali Collenſi, ut ex Bulla ejus erectionis conſtat, data per Clementem VIII. anno 1592.

Abbatia de Squillario, cujus Abbas erat Joannes S. Bonifacii, factus anno 1490. civitatis S. Leonis, nunc exciſæ, in Calabria ulteriori, Epiſc. vide Ughellum tomo 9. pag. 722. legendum arbitror de Squilacio, & eandem eſſe, quæ in veteri Codice Taxæ Cameralis vocatur S. Mariæ Veteris-Squilatii, Ord. S. Baſilii, Diœceſis Squillacenſis, nova etenim Scyllacium *Squillaci* civitas ulterioris Calabriæ, veteri, & vicinæ Scyllacio ſucceſſit.

Abbatia tit. S. Mariæ de Stafarda, in Pedemontio, Ordin. Ciſtercienſis, Diœc. Taurinenſis, fundata an. 1135. octavo Kal. Auguſti, ut refert Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſd. Ordinis; de ea etiam Codex Taxar. Cam. Apoſtol. Abbatem nunc habet Commendatarium. Dicitur etiam S. Mariæ de Sylva Stafarda, & quidquid dicat Carolus de Viſch, an. 1122. à Manfredo Salutiarum Marchione pro Ciſtercienſibus erecta, in eo loco unde Padus fluvius reſurgit, in Revelli finibus. Vide Ciaconium tomo 3. pagin. 124. civitate Turino diſtat decem, & novem paſſuum mill. versùs Meridiem, Salutiis quinque paſſuum mill. versùs Aquilonem, ad fluv. Padi ripam ſiniſtram, & Occiduam, filia eſt Abbatiæ de Tileto.

Abbatia tit. S. Mariæ *della Stella*, Ord. S. Baſilii, in Calabria, quam ad annum 1613. recenſet Sylveſt. Maruli in

in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pag. 68.

Abbatia titulo S. Mariæ de Stella, ſive de Viſtella, Ordinis Ciſtercienſis ſeu potiùs Ciſtercienſibus oblata, Ordinis, ſive Congregationis facta eſt Florenſis, Diœc. Amalphitanæ, quam Gregorius IX. Papa anno 1233. Conventui Rubiliani ejuſdem Congregat. univit. Ejus aliquos Abbates recenſet Ughellus tomo 7. pag. 295. inter quos Benedictum anno 1223. Ugolinum tempore ejuſdem Gregorii IX. anno 1234. & alios; dicitur etiam de Stellis. Monaſter. Abbatibus Commendatariis datum, nunc penè dirutum viſitur, cujus redditus per Gregorium XIII. uniti ſunt Amalphitano Capitulo; vide loco citato pagin. 354. Joannes Epiſcopus Capreanus dicitur Abbas S. Mariæ de Stella, Amalphitanæ Diœc. Ordinis Ciſtercienſis ex Congregatione Florenſi; ſita erat in Regni Neapolitani, Principatu citeriori.

Abbatia titulo S. Gregorii de Stellata, Ord. S. Baſilii, Diœc. Squillacenſis, in Calabria ulteriori; de qua Codex Taxarum D. Paſſionæi. *Stallatti*, ſive *Torre capo Stallatti* quatuor mill. paſs. à Squillace diſtans, Orientem hyemalem versùs.

Abbatia *di S. Steffano*, quam, in Mappis, Anton. Maginus collocat in Ducatu Urbini, ad ſiniſtram, & Auſtralem fluvii *Raſina* ripam; ſita eſt inter Eugubium, & Noceram, octo mill. paſs. ab Eugubio; forſan Abbatia S. Stephani de Cerratello, de qua litt. C.

Abbatia titulo S. Chriſtinæ, in loco Stiphonti dicto, monialium Ordinis Camaldulenſis, Diœc. Bononienſis, octavo à civitate lapide, versùs Meridiem. Locum dedit an. circit. 1117. Bononienſis Epiſcopus, donationem confirmavit Honorius II. Papa, litteris datis 1130. ibi ſanctitate floruit B. Lucia. Propter bellorum motus ann. 1247. Scholaſtica Abbatiſſa propius ad civitatis mœnia acceſſit; & Jacobus Epiſcopus illi, in Burgo Stratæ majoris, & S. Stephani in plebatu, Parthinæ locum conceſſit, ſed, ut Cœnobium iſtud flammis conflagravit, intra civitatis mœnia receptæ ſunt, ibi poſtmodum conſtructa nobilis Baſilica; ſic narrat Auguſtinus Florentinus in ſua Camaldulen. Hiſt. lib. 2. cap. 7. pag. 149.

Abbatia titulo S. Mariæ de Stirpeto, Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Tranenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. de qua ſilet Carolus de Viſch in Catalogo Abbatiarum ejuſdem Ordinis ſita, ſicut Tranum, in Regni Neapolitani provincia, terra Barienſis *di Bari* nuncupata.

Abbatia S. Mariæ di Stivolato; vide ſuprà litt. C. verbo Cherium.

Abbatia titulo S. Mariæ in Strata, Diœc. Beneventanæ; quam an. 1153. Anaſtaſius IV. Papa confirmat Petro Beneventano Archiepiſcopo, & anno 1157. Adrianus IV. Henrico Archiepiſcopo. Bullas vide apud Ughel. tomo 8. pag. 176. & 183. hoc monaſt. unitum fuit per Sixtum V. Papam, Collegio Montis Alti dicto à ſe Bononiæ excitato, anno 1587. ita Codex Taxarum D. Paſſionæi; ejus Abbas gaudebat uſu Mitræ, & Paſtoralis Baculi; vide Pompeo Sarnelli pag. 131.

Abbatia tit. S. Laurentii, ædificata in

in Strada, ubi Rimecauſus Abbas regimen audientiamque tenere videtur, de qua in diplomate Adelchis Principis, & Comitis; apud Ughell. to. 8. pag. 727. videtur fuiſſe in agro Beneventano.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Fidelis de Strumi, cui, Atinulphus, & Transfmundus Feſulani Epiſcopi, omnem decimationem indulſerunt, ſedebat Atinulphus anno 1050. vide Ughellum tomo 2. pagin. 206. Hinc conſtat Diœceſis fuiſſe Feſulanæ, in Etruria, & Ord. Vallis Umbroſæ, ex Bulla Alexandri III. Papæ, data anno 1176. ubi inter domos Congregat. Vallis Umbroſæ vocatur monaſter. Strumene.

Abbatia, ſive Monaſterium Græcorum, civitatis Strunguli, citerioris Calabriæ in Eccleſia S. Mariæ de Catholica, ubi fratres Ordin. Prædicatotorum poſuit Timotheus Juſtinianus Strungulenſis Epiſcopus anno circiter 1565. ut refert Ughellus tomo 9. pag. 736.

Abbatia titulo S. Benedicti in Fondis de Stronconio, aliàs de *Stroncone*, Ord. S. Benedicti, Diœc. Narnienſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, ſub verbo in Fondis; & Codex Taxarum D. Paſſionæi; diſtat octo paſs. mill. Narniâ, versùs Orientem, in Umbria. Anno 1433. Eugenius IV. Papa Bullâ datâ Romæ 3. Kal. Julii committit Abbati S. Benedicti de caſtro Stronconi curam reædificandi Eccleſiam S. Bartholomæi, Diœc. Interamnenſis, ſumptibus incolarum arcis S. Zenonis, qui eam deſtruxerant.

Abbatia titulo Sanctæ Mariæ de Stupa, Diœceſis Barenſis, ut refertur in veteri Codice Taxæ Cameralis; in terra Barienſi *di Bari*.

Abbatia titulo S. Jacobi de Stura, aliàs Sturia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Taurinenſis, Epiſcopali menſæ Taurinenſi unita per Martinum V. Papam ann. Salutis 1422. ut aſſerit Cod. Taxarum Cameræ Apoſtol. Ughellus tomo 4. illam recenſet inter nobiles Abbatias, & dicit Ordinis eſſe Vallis Umbroſæ; ſita eſt in Pedemontio.

Abbatia titulo S. Joannis de Stylo, quam Rogerius Comes Siciliæ, & Calabriæ dat in dotem Latini Epiſcopi civitatis Squillacenſis anno 1096. ut videtur in donationis inſtrumento, apud Ughellum tom. 9. pag. 592. Stylum, vulgò *Stilo* oppidum Diœceſis Squillacenſis in Calabria ulteriori, ubi S. Joannes cognomento Thereſtus, monaſticâ vitâ, & ſanctitate inſignis claruit; vide Notas noſtras in Martyrologium Romanum pag. 223. de ea Sylv. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pagin. 68. Hæc Eccleſia fuit per Calliſtum II. Summ. Pont. conſecrata anno 1120. ſui Pontificatûs anno 2. factaque eſt Archimandritatus, hoc eſt Archiabbatia, ſive Caput plurimorum monaſteriorum Græcorum monachorum, Ordin. S. Baſilii, ut aſſeverat Paulus Gualteri de Sanctis Calabriæ libro 1. pag. 208. quem conſule. Hieronymus Marafioti *Cronicbe di Calabria* libro 1. in fine fol. 74. aſſerit in hac Eccleſia requieſcere corpus prælaudati S. Joannis, ibique adhuc manere monachos ejus inſtituti, Ord. videlicet S. Baſilii; & lib. 2. cap. 28. fol. 147. dicit Abbatiam vicinam oppido, ſeu caſtro, & in ea credi requieſcere corpora Sanctorum

ctorum Bartholomæi de Roſarno, & Nicolai ejuſdem Ordinis monachorum.

Abbatia Sublacum dicta tit. S. Scholaſticæ, Ordinis S. Benedicti, intra fines Tiburtinæ Diœceſis; aliàs Sublaqueum, & Sublacus, vulgò *Subiaco*, aut *Sollago*; oppidum in edito colle, in Latio, ſive in *Campagna di Roma*; ad Anienis *Teverone* ripam dexteram, non longè ab ejus fontibus. Locus ubi monaſticæ vitæ S. Benedicti initium. Commendatario ſubjacet Abbati, vocari ſolet Abbatia Sacri Specûs, ſive S. Scholaſticæ de Specu; unum eſt è duodecim monaſteriis, quæ S. Benedictus in Latio condidit; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. unita fuit Congregationi Caſinenſi, ſive S. Juſtinæ de Padua per Leonem X. Papam an. 1516. Innocentius IV. ann. 1252. omnium Pontificalium uſum concedit Sublacenſi Abbati. Eſt hodie menſalis, hoc eſt habet tantùm menſam conventualem. Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 320. aſſerit hanc Abbatiam habuiſſe ſibi ſubjecta centum quinquaginta monaſteria.

In Sublaci ſolitudine Abbatiæ duodecim, ſive Monaſteria, quæ conſtruxit S. Benedictus, in quibus, Statutis Patribus, duodenos monachos deputavit; verba ſunt S. Gregorii Papæ Dialogorum lib. 2. cap. 3. Petrus Diaconus ſic loquitur; prædictas cellas ſub Præpoſitis ordinans; quæ verba inſinuarent fuiſſe tantùm Præpoſituras, ſed quia vox Pater, quà utitur S. Gregorius idem ſonat cum voce Abbas, in hanc ſententiam itur duodecim fuiſſe Abbatias, & ſub proprio quamlibet Abbate; qui omnes S. Benedicto parebant, tanquam inſtitutori, & magiſtro. Iſtæ autem ſic recenſetur ab Angelo de Nuce in Notis ad Chronicon Caſinenſe.

Prima Sacra Specus. Vide ſuprà verbo Specus Sacra, in qua primum habitavit S. Benedictus; quam aliis in authoribus reperimus Abbatiam vocatam; illam in libro Ligni Vitæ, Sanctum Archangelum nominat Arnoldus Wion.

Secunda dicta SS. Coſmas, & Damianus, nunc S. Scholaſtica, quod Sacris veſtibus ornavit Leo IV. Papa.

Tertia dicta S. Angelus poſt lacum.

Quarta S. Maria vocata, quæ hodie dicitur S. Laurentius. Arnoldus Wion citatus ſcribit, S. Mariæ in Pomerana.

Quinta dicta S. Hieronymus.

Sexta S. Joannes Baptiſta, hodie vocatur S. Joannes ab aquis.

Septima vocata S. Clementis citra lacum.

Octava S. Blaſius, quæ hodie S. Romanus appellatur.

Nona dicitur S. Michaël Archangelus ſub Sacra Specu.

Decima S. Victorinus ad radices montis Porcarii, pro qua ſubſtituit Arnoldus Wion S. Angelum de Treni, lege de *Trevi* tribus paſſuum millibus à Sublaco, versùs Orientem.

Undecima Sanctus Andreas, quam Sanctum Donatum appellat Arnoldus Wion.

Duodecima nuncupata Vita Æterna, nunc Vallis Sancta; omnes erant in Latio, quod nunc *Campagna di Roma*.

Prope Sublacum Abbatia, cujus Abbas

Abbas fuit S. Benedictus, vide infrà verbo vicus Varronis.

Abbatia de Sublaco dicta, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Turritanæ, in inſula Sardinia; de qua Codex Taxar. Cameræ Apoſtolicæ.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Michaëlis, in loco, qui dicitur ſub ripa, juxta Cerveterem, aliàs S. Angeli de Subripis, quam Leo IV. Sum. Pontifex, qui ſedit ab anno 847. ad annum 855. & Stephanus Papa VI. nec non Clemens IV. in jus, & proprietatem B. Petri, & tutelam ſuſcipiunt, ita ut monaſticus Ordo ſub B. Benedicti Regula, ibi inſtitutus perpetuis temporibus obſervetur; ut conſtat ex Bulla ejuſdem Clementis Papæ IV. data Pontific. anno quarto, Salutis vero 1268. quam videre potes in Archivio S. Pancratii de Urbe, in in qua bona ejuſdem Abbatiæ enumerantur præcipuè ipſum oppidum Cæreveteres, vulgò *Cervetri* dictum, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſia S. Mariæ, cum omnibus ædificiis ſuis; Cazale caſtrum, quod eſt ſubtus Tulſæ novæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cætera ibidem expreſſa; extant in eodem Archivio plurimæ cartæ ſuper hoc monaſterium S. Angeli de ſub ripis, pro Abbatiſſa, & monialibus S. Pancratii de Urbe ad annum 1367. ſita erat in diſtrictu, & Diœceſi Portuenſi, *di Porto* in Etruriæ parte, Patrimonium S. Petri dicta, in Ducatu Braccianenſi, non longè à mari Tyrrheno, à Cerveteri ad milliarium, verſùs Orientem; evaſit ſimplex beneficium, denique fratres, Ord. Eremitar. S. Auguſtini ex Eccleſia S. Magdalenæ in hanc S. Angeli fuere tranſlati.

Abbatia titulo S. Luciæ de Subſo Reghi in territorio Peruſino, quam Abbatiæ S. Petri de Eugubio fuiſſe ſubditam, atque de ejus Congregat. aſſerit Ludovicus Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 300.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Michaëlis de Subterra, quod Innocentius IV. Papa an. 1248. confirmat Othoni Parentino Epiſcopo, ut refert Ughellus tomo 5. pag. 371. erat, ſicut Parentum, in Iſtria.

Sueſſæ Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti, ædificatum foris portam, quæ dicitur Ermemari, à Domno Joanne Sacerdote, & monacho Caſinenſi, circa tempora Benedicti VIII. Papæ, qui ſedere cœpit anno 1013. vide Chronic. Caſinen. lib. 2. cap. 27. & lib. 4. cap. 91. hinc conſtat Ordinis fuiſſe S. Benedicti; *Sueſſa*, vulgò *Seſſa* civitas Campaniæ Felicis, ſive Terræ Laboris, apud Lyrim fluvium.

II. Sueſſæ Abbatia, ſive Monaſt. monialium titulo S. Germani, Ordin. S. Benedicti, nobile, ac dives fundatum anno 1200. ut refert Ughell. to. 6. pag. 674.

Abbatia S. Spiritûs Sulmonæ; vide ſuprà litterâ M. verbo Mons Murronus.

Abbatia Sumaquenſis; vide ſuprà litt. L. verbo Lomaquenſis.

Abbatia Sumarcha dicta, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Concordienſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, in territorio Foro-Julienſi.

Abbatia titulo S. Mariæ de Summa aqua, Ord. S. Benedicti, Diœc. Concordienſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis in agro Foro-Julienſi. Locus haud dubiè, qui vulgò *Sumagà*,

hinc collige eandem Abbatiam eſſe cum Sumaquenſi, ſive Lomaquenſi, & cum Sumarcha; nominum etenim corruptorum varietas locorum varietatem non debet ſuadere.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Summa ripa, ſive loci Saravallis, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Derthonenſis, in Lombardia; taxata die 20. Maii anno 1613. ut habetur in Codice Taxar. D. Paſſionæi *Serravalle* decem paſs. mill. Derthonâ, ſive *Tortona* diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia titulo S. Sixti de Summo feſto, Ord. S. Baſilii, Diœc. S. Marci, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis. *S. Siſto* in Calabria citeriori, undecim paſſuum mill. à civitate S. Marci diſtans, versùs Meridiem.

Abbatia, ſive Monaſterium Suppentoniæ, cujus Abbas fuit S. Anaſtaſius monachus, non longè à Nepeſina civitate, de hoc Sancto loquitur Sanctus Gregorius Papa in Regiſtr. lib. 1. epiſt. 50. cap. 89. indict. 11. ubi illum vocat Anaſtaſium de Penteumis; eum ibi anno circit. 560. cum novem monachis vixiſſe ſcribit Bollandus. Suppentonia olim caſtrum Hetruriæ, in finibus Faliſcorum, inter Nepete, & montem Soractem, nunc vulgò *Caſtel di S. Helia*, in Patrimonio S. Petri, duobus, aut tribus milliariis à civitate Nepeſina, versùs Soractem montem, ac versùs Orientem æſtivum diſtans, ubi etiam nunc nobilis eſt Eccleſia, & vetus nomine S. Eliæ, atque S. Anaſtaſii Deo dicata, non longè à monte Soracte.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Surani Abbatis, de quo Martyrologium Romanum ad diem 24. Januarii, qui incoluit regionem *Sura* dictam, quæ, ut probabile eſt erat in Umbria, de illo loquitur S. Gregorius Papa Dialogor. lib. 4. cap. 22. Baronius patriâ Soranus in Annalibus ad annum 573. eum Soranum fuiſſe appellatum obſervat.

Surrentum, & Surentum, vulgò *Surrento*, ſive *Sorriento*; civitas Archiepiſcopalis maritima, in Campania Felice, ſive in Terra Laboris.

I. Abbatia, ſive Monaſterium civitatis Surrentinæ, cujus Abbas erat Agapitus tempore S. Gregorii Magni, qui huic monaſterio univit monaſter. Marciani, Diœceſis Nucerinæ lib. 9. epiſt. 67.

II. Surrenti Abbatia titulo S. Salvatoris, Ordin. S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; de Joanne Euſebio Abbate Surrentino mentio fit ad ann. 1289. apud Ughell. tomo 6. pag. 798. de ea quoque vetus Codex Taxæ Cameralis.

III. Surrenti Abbatia titulo Sancti Agrippini, Ord. S. Benedicti, cujus Abbas fuit S. Antoninus, qui obiit anno 830. vide Ughellum tomo 6. paginâ 35.

IV. Surrenti Abbatia tit. S. Joannis Os auri; (quem retentâ Græcâ dictione dicimus Chryſoſtomi) monial. Ord. S. Benedicti; de ejus Abbatiſſæ Sibiliæ Molegnanæ electione, & conſecratione vide Ughellum tomo 6. pag. 774.

V. Extra civitatis Surrenti mœnia Abbatia titulo S. Renati, Ordinis S. Benedicti, nobilis Caſinenſium vetuſta quidem, & pluribus privilegiis illuſtris. Ibi ejuſdem S. Renati, Sancti quoque Valerii corpora religioſè aſſervantur; de ea fit mentio ad an. 1269. vide

vide Ughellum tomo 6. paginâ 623. & 743. In Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur S. Renati, ſeu Romani, & unita Congregat. Caſinenſi per Clementem VII. Papam, Pontificatûs anno 8. Salutis 1531.

Abbatia, ſive Monaſterium extra muros Sutrinæ civitatis, unitum ejuſdem civitatis Eccleſiæ, per Eugen. IV. Papam anno Sal. 1433. ſub titulo erat S. Chriſtinæ, de illo Codex Taxarum Cam. Apoſtol. vulgò *Sutri* in Etruriæ parte, quæ Patrimonium S. Petri.

Abbatia dicta de Sylva, Ordinis Ciſtercienſis, in Diœceſi, ut videtur Suanenſi, ab Abbatia S. Anaſtaſii de Urbe dependens, de qua mentio fit in quodam inſtrumento facto anno 1269. apud Ughellum tomo 2. paginâ 819. & 832. in Etruriæ territorio Senenſi.

Abbatia Sanctæ Mariæ de Sylva, monialium, vide ſuprà verbo Camerinum num. VI.

Abbatia, ſive Monaſterium, atque Eccleſia Sylvæ Candidæ, in cujus favorem reperitur Bulla Joannis XIX. Summ. Pont. data anno 1028. ut obſervat Bonav. Theuli in Theatro Hiſt. *di Velletri* lib. 2. pag. 146.

Abbatia Sylvæ Cavæ, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Aquenſis, in Lombardia; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; vide infrà Sylvanatenſis.

Abbatia Sylvæ Mundæ, Ord. ſive Congregationis Camaldulenſis, cui data fuit per Honorium III. Papam ann. 1221. ut aſſeritur in Hiſt. Camaldulenſi libro 2. cap. 32. ſub titulo eſt S. Salvatoris, in agro Aretino; Abbas de Sylva munda ſubſcribit Concilio Piſano anno 1409. de ea loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis ad annum 1432. in ſuo Hodœporico; pag. 14. In Codice Taxarum D. Paſſionæi legitur S. Salvatoris de Sylva munda, aliàs de Cornaro, Ordinis Ciſtercien. forſan diverſæ.

Abbatia titulo S. Petri de Sylva, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Parentinæ, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis. In Iſtria, vulgò *San Pietro de Selva* triginta quatuor paſſuum millibus à Parentina civitate, *Parenzo*, diſtans, verſùs Orientem.

Abbatia Sylvanatenſis, aliàs Salvanatenſis, Ordinis Ciſtercienſis, & Diœceſis Aquenſis in Ducatu Montisferrati, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. & Ughellus tom. 4. pagin. 465. Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo, vocat illam S. Mariæ Sylvacanenſis, & in Codice Taxar. D. Paſſionæi, aliàs Sylva cana, unita Capitulo Aquenſis Eccleſiæ per Eugen. IV. Papam, Pontificatûs anno 13. Salutis 1443. eadem eſt cum ea, quæ ſuprà Sylvæ cavæ.

Abbatia *di San Silveſtro* in Urbini Ducatu, quinque millib. paſſuum ab Urbini civitate diſtans, verſùs Meridiem; tribus paſſuum millib. à Caſtro Durantis, verſùs Orientem, ut exprimit Anton. Maginus in Mappis; apud Metaurum *Metro* fluvium.

Abbatia titulo S. Sylveſtri, Diœc. Beneventanæ, de qua Codex Taxar. Cameræ Apoſtolicæ; in veteri Codice Taxæ Cameralis legitur S. Sylveſtri de caſtro S. Angeli de Scala, Ordinis Sancti Benedicti, Diœceſis Beneventanæ, hinc colligi nomen loci eſſe Sanctum Angelum de Scala, & Sanctum Sylveſtrum eſſe Abbatiæ, titularem, & ſic eadem eſt cum Abbatia

Sancti Angeli de Scalis, de qua ſuprà.

Abbatia titulo Sancti Sylveſtri *di Fano*; vide ſuprà litt. M. verbo Montis Fani.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Sylveſtri, quod Urbanus II. Summ. Pontif. Bullâ datâ anno 1097. ſub regimine conſtituit, & Diœc. Verulani Epiſcopi, ut refert Ughellus tomo 1. pagin. * 291. & 292. ſita erat, ſicut Verulæ in Latio, quod nunc *Campagna di Roma*.

Abbatia titulo S. Catharinæ montis Synai; vide ſuprà litt. F. verbo Fulginium num. XI.

Syracuſæ, & Syracoſſæ, vulgò *Siraguſa*, *Siragoſa*, & *Siracoſa*, civitas Siciliæ, olim ampliſſima, aliquando Archiepiſcopalis, nunc Epiſcopalis, & Montis Regalis ſuffraganea, maritima, ad oram inſulæ Orientalem in regione, ſeu valle *di Noto*, non longè ab Anapo fluvio. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium Syracuſanum, tempore S. Gregorii Magni Papæ, de quo ipſe loquitur lib. 8. epiſt. 1.

II. Abbatia tit. S. Luciæ Virg. & mart. in civitate Syracuſana, tempore S. Gregorii Magni, de quo ipſe Epiſt. lib. 6. epiſt. 36. circa ann. 597. Illam Ordin. eſſe S. Benedicti aſſerit Rocchus Pirrus, & extra urbis mœnia, negatque contra Octavianum Cajetanum fuiſſe unum de ſex monaſteriis ab eodem S. Gregorio in Sicilia conſtructis lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 154. additque fuiſſe ante nativitatem Sancti Gregorii ædificatum; vide illum lib. 3. Notitia Syracuſanæ Eccleſiæ pag. 204.

III. Abbatia titulo S. Petri de Bajas, tempore S. Gregorii Magni Papæ, in civitate Syracuſana, de qua ipſe lib. epiſt. 6. epiſt. 36. ad ann. 597. Ord. eſſe S. Benedicti aſſerit Rocchus Pirrus, qui lib. 4. de Abbatiis Siciliæ dicit à Germano Epiſcopo Syracuſano fundatum monaſterium, & tempore S. Gregorii ejus Abbatem fuiſſe quemdam Cæſarium.

Abbatia titulo S. Salvatoris de Syrino, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Salernitanæ, de qua Cod. Taxar. Cam. Apoſt. unita eſt Congreg. Carmelitanorum per Julium II. Papam, Pontificatûs anno 4. Sal. 1508. Ita Codex Taxarum D. Paſſionæi, ubi vocatur de Serino.

ABBATIA

T

ABBATIA vetus prope Tadinium, Ordin. S. Benedicti, quæ, eandem cum civitate ſortita fortunam, ſolo ęquata eſt, cujus Abbas fuit quidam Jacobus filius Alberici de Rinalducio, gentis de Atti, ut teſtatur Ludovicus Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 2. pagin. 202. Tadinium, ſive Tadinum, vulgò *Taino*, aut *Todino*, civitas olim Epiſcopalis Umbriæ, in Summo Apennino à Longobardis anno 740. propemodum exciſa, cujus Diœceſis juncta eſt Nucerinæ, ex ejus ruinis vicinum ſurrexit Gualdum.

Abbatia tit. S. Mariæ de *Taglianni*, aliàs de *Tagliafune*, Ordin. ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœceſis Feſulanæ; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtolicæ.

Abbatia titulo S. Joannis Baptiſtæ de Tagurio, Ord. S. Benedicti, Diœc. Anconitanæ; de ea vetus Codex Taxę Cameralis.

Abbatia S. Salvatoris de Talla; vide infrà verbo Tola.

Abbatia titulo S. Mariæ de Talſano, ſive, ut in Codice Taxarum Cam. Apoſt. de Calzano, Ordinis S. Baſilii, Græco-monachorum, Diœc. Tarentinæ, ſex milliaribus à civitate Tarentina diſtans, Orientem hyemalem versùs. Antonius Maginus ſcribit *Polſano*; vide Ughellum tom. 9. pag. 161. in Terra Hydruntina, *d' Otranto*. Concordat Codex Taxæ Cameralis.

Tarentum, vulgò *Taranto*, civitas Archiepiſcopalis in Regni Neapolitani provincia, Terrâ Hydruntinâ *d' Otranto* dictâ, Portus maris, in intimo ſinûs Tarentini receſſu; Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri Imperialis in Tarento civitate, quod Dux Robertus obtulit Caſinenſi Cœnobio. Ita Chronicon Caſinen. lib. 3. cap. 44. & cap. 58. circa annum 1080. & filius ejus Boamundus anno 1090. lib. 4. capite 8. Ughellus tamen tomo 9. pagin. 172. S. Petrum Imperialem collocat tantùm in ditione Tarentina.

II. Abbatia tit. S. Viti de Pizzo, Ordin. S. Baſilii, ſive SS. Titi, Modeſti, & Creſcentiæ, olim extra civitatem Tarentinam, nunc intra in Eccleſia S. Salvatoris. Conſiſtorialis eſt, & in Commendam dari ſolita, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ, & Ughellus tomo 9. pagin. 160. in ea ſervabatur caput prælaudati S. Viti, & aliæ reliquiæ SS. Modeſti, & Creſcentiæ; ante annum 1613. amoti fuerant Baſiliani monachi, & reliquiæ in Cathedralem Eccleſiam translatæ, vide Sylveſtr. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. paginâ 66. fortè eadem cum Abbatia Sancti Viti, de qua infrà, nunc vocatur Sancti Viti, ſive Sancti Salvatoris.

III. Abbatia titulo SS. Annunciationis, ſive S. Mariæ Annunciatæ de Tarento, Congregationis Cœleſtinorum, Ordin. S. Benedicti; Primùm Prioratus, poſt, auctis redditibus ad

ſuſten-

ſuſtentationem duodecim monachorum ſufficientibus, ut per Abbates imposterum regeretur obtinuit D.Dominicus de Tarento, & ſic erectus eſt in Abbatiam anno 1633. ut teſtatur Dom. Guicciardini in ſua Relatione MS.

IV. Abbatia apud Tarentum tit. SS. Petri. & Andreæ, in inſula Parva, vocatur etiam S.Petri de inſula de Tarento, Ord. S. Baſilii, ut ferunt Codices Taxarum Cameræ Apoſt. ſed Ord. eſſe S. Benedicti aſſerit Ughellus to. 9. pagin. 161. Conſiſtorialis eſt, & in Commendam dari ſolita.

V. Tarenti Abbatia titulo S. Bartholomæi, monialium, à Conſtantia Comitiſſa conſtructa, an. circit. 1126. cui prima inſtituta eſt Abbatiſſa Aloyſia, quæ, bonis monaſterii invaſis, Hieroſolymam petiit, ibique mortua eſt; derelictum à monialibus monaſt. datum fuit Nilo Abbati S. Anaſtaſii de Carbono, à Boamundo Principe Antiocheno ejuſdem Conſtantiæ Comitiſſæ filio; vide Ughell. to.9. pag.173. Boamundi donationem habes in Hiſtoria Monaſterii Carbonenſis, per Sanctorium edita pag. 61.

Tarviſium, & Tarviſus, vulgò *Treviſo*, & *Trevigi*, civitas Epiſcopalis, ſuæ Marchiæ Tarviſinæ caput, in Statu, & Dominio Venetorum, ad fluv. Silim.

I. Abbatia titulo S. Mariæ Majoris, in civitate Tarviſina, Canonicor. Regularium S. Auguſtini, unita Congregationi S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. Curam habet animarum; hæc unio facta eſt ſub Pio II. Papa anno 1462. ut aſſeritur in Catalogo MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

II. Abbatia, ſive Monaſterium prope Tarviſinam civitatem, titulo S. Mariæ Virg. ac S. Crucis, & S. Fuſcæ martyris, à Gerardo Comite in loco ſuo conſtructum anno 780. & fundatum, atque Nonantulenſi Abbatiæ ſubditum, quod ann. 899. ab Hunnis, & Pannoniis fuit devaſtatum; ut aſſerit Ughellus tomo 5. pag. 469. ſitum erat in quadam inſula, duobus fluminibus Caniano, & Sylo circumdata, tertiâ ſtadii parte à Tarviſio. Ibidem pag. 470. hinc clarum eſt fuiſſe Ordin. S. Benedicti.

III. Abbatia titulo S. Chriſtinæ de Tarviſio, ſeu Triviſio, monialium Ordin. Camaldulenſis, quarum vetus monaſterium conditum anno 1190. olim extra muros civitatis celeberrimum, bellorum motus ad Solum uſque diruerunt. De ea ad ann. 1432. mentionem facit Ambroſius Generalis Camaldulenſium in ſuo Hodœporico pag. 8. & 29. propter ſanctitatem Beati Pariſii monialium directoris, vulgò appellata eſt S. Pariſii. Deſtructa fuit anno 1357. hinc cum corpore ejuſdem Sancti in civitatem ſeſe recepere. Vide Hiſt. Camaldulen. lib. 2. cap. 20.

IV. Tarviſii Abbatia tit. S. Mariæ de Pichelermi, & Sanctorum Quadraginta Martyrum de qua ſic Codex Taxarum Cameræ Apoſt. de monaſt. SS. Quadraginta Mart. extra muros Tarviſinos, tanquam Prioratu Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Congregationis Frigdionariæ, & poſtea Congregationis Lateranenſis, atque de unita ipſi Eccleſia S. Mariæ de

Beth-

Bethlehem Tarviſina Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. cap. 15. unde collige de *Pichelermi* vocem eſſe corruptam.

V. Prope Tarviſium Abbatia tit. Sancti Euſtachii de Narviſio, ſive Nerviſia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tarviſinæ; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſtol. unita eſt Epiſcopali Eccleſiæ Feltrenſi. *Narveſa* vicus octo millib. paſs. diſtat Tarviſio, versùs Aquilonem, & Abbatia à Narveſa diſtat milliario, pariter ad Aquilonem.

VI. Abbatia titulo S. Benedicti, Diœc. Tarviſinæ, unita cum Abbatia S. Mariæ de Fulina, ſeu de valle Follina, Diœc. Cenetenſis, ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo verbo *Feltren*.

VII. Abbatia titulo S. Conſtantii, Diœc. Tarviſinæ, Ordin. S. Benedicti, ut teſtatur Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo; vetus Codex Taxæ Cameralis Abbatiam S. Conſtantii recenſet, non expreſſo Ordine, neque Diœceſi.

Abbatia tit. S. Petri de Taſca, Ord. S. Benedicti, Diœc. Taurinenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. in veteri Codice Taxæ Cameralis ſic. S. Petri foris portam Viennæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Taurinen. unde non aliam arbitror ab Abbatia S. Petri in civitate Taurini, quam an. 1159. Fridericus Imperator Carolo Taurinati Epiſcopo confirmat; vide Ughel. tomo 4. pag. 1467.

Abbatia, ſive Monaſterium in loco, qui Taſſitanum dicebatur, à Beato Joanne Joachim Florenſi Abbate fundatum, & ab ipſo dependens, circa annum 1195. ut exprimitur in privilegio Conſtantiæ Imperatricis Reginæ Siciliæ anno Salutis 1198. dato. Vide Ughellum tomo 9. pag. 264. locus videtur fuiſſe in Calabria.

Abbatia titulo S. Philareti, Ordin. S. Baſilii, non longè à Tauriano, ſive Teriana civitate Epiſcopali Calabriæ ulterioris; de qua Ughellus in deſcriptione Calabriæ tomo 9. pagin. 245. Paulus Hieracenſis Epiſcopus hujus monaſt. Abbas erat anno 1279. ibid. pag. 547. ejuſdem etiam Abbas fuit Andreas de valle Cardinalis, vide apud Ciaconium tomo 3. pagin. 351. circa annum 1520.

II. Abbatia titulo S. Mercurii in Tauriana civitate, ubi vixit S. Nilus Abbas Ord. S. Baſilii, ut refert Hieronymus Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 4. cap. 29. pag. 292. forſan idem cum monaſt. S. Fantini, de quo ſuprà litt. P. verbo Parma in Calabria.

Taurinum, ſive Auguſta Taurinorum, vulgò *Turino* in parte Italiæ, quæ Gallia Subalpina dicta, facta Metropolis civitas anno 1515. Caput Pedemontii, & Principis Sedes, ubi fluv. Duria Pado fluvio miſcetur. Ibi.

I. Abbatia tit. Sanctorum Thebanorum, ſive S. Solutoris, cujus Eccleſiam, & monaſterium ædificavit Victor III. Taurinenſis Epiſcopus in loco Taurinatis civitatis, ubi erat priùs Iſidis templum, & in ea Sanctorum Solutoris, & Sociorum Thebanorum corpora collocavit, quorum feſtum agitur die Novembris 20. fuit deinde Ord. S. Benedicti, & ejus Abbas fuit B. Gozelinus miraculis clarus, & Taurini Patronus, ibidem ſepultus; qui floruit circa ann. 1046. huic Abbatiæ multa bona contulit Bozo Epiſco-

ſcopus, circa annum 1125. Illam anno 1210. de Cleri civiumque conſenſu, Abbati Cluſino conceſſit Jacobus Epiſcopus, quod confirmârunt ſequentes Epiſcopi. Tandem an. 1570. menſa monachalis unita fuit Collegio PP. Jeſuitarum, & eis aſſignata Eccleſia; vide Ughellum tomo 4. paginâ 1425. 1461. & 1485.

II. Taurini Abbatia prope Eccleſiam S. Andreæ, anno 1104. à miraculoſa B. Mariæ Virg. imagine celebrem factam, quam incolebant monachi, Ordinis S. Benedicti, quibus anno 1589. ſuffecti ſunt Ciſtercienſes, juſſu Siſti V. Papæ, rem promovente Cardin. de Cajetanis Patriarchâ Alexandrino, & ejuſdem Abbatiæ Commendatario Abbate; ut aſſerit Ughel. tomo 4. pag. 1459. primitùs erat Benedictinorum Prioratus, qui poſtea in Abbatiam erectus; ut teſtatur Carolus Morotius in Ciſtercio refloreſcente part. 4. pag. 203.

III. Taurini Abbatia tit. S. Salvatoris Majoris, Ord. S. Benedicti; ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſtol. extabat ante annum 1115. legendum arbitror *S. Solutoris*, & ſic eadem eſſet, quæ ſuprà num. I.

IV. Abbatia titulo S. Benedicti, Diœc. Taurinenſis, cujus Abbas erat quidam Jacobus de Seguſia ann. 1439. tempore Baſileenſis Concilii. Vide Ciaconium tomo 7. pag. 930.

V. Abbatia titulo S. Petri in civitate Taurini; vide ſuprà S. Petri de Taſca.

Tauromenium, ſeu Tauromenia, nunc vulgò *Taormina*, Siciliæ civitas maritima, in ora Orientali, olim Epiſcopalis, nunc ſede extinctâ, Diœceſis facta eſt Meſſanenſis in regione, ſive valle *di Demona* triginta paſs. millib. Meſſanâ diſtans, versùs Meridiem.

I. Juxta Tauromenium Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Pancratii, Ordinis S. Baſilii de quo Rocchus Pirrus loquitur lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 144.

II. In Diœceſi Tauromenii Abbatia, ſeu Monaſterium tit. S. Chriſtophori, conſtructum ad annum circiter 590. ut conſtat ex epiſt. S. Gregorii Papæ 32. & 33. & ex lib. 8. huic ſuorum bonorum mediam partem dederat Dulcinus Locrorum in Calabria Epiſcopus; de ea Rocchus Pirrus li. 2. pag. 442.

III. In eadem Diœc. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Andreæ, de quo S. Gregorius Papa lib. 2. indictione 11. epiſt. 57. ubi vocatur S. Andreę ſuper Maſchalas, eratque jam ante tempora Sancti Gregorii, ut obſervat Rocchus Pirrus libro 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 155.

Teanum, ſive Theanum cognomento Sidicinum, vulgò *Tiano*, ſeu *Thiano* civitas Campaniæ Felicis, ſive Terræ Laboris.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti, Ordinis ejuſdem Sancti, de quo Chronicon Caſinenſe lib. 1. cap. 42. ad quod ann. 884. confugerunt Caſinenſes monachi flammis conſumpto ſuo Cœnobio, & Berthario illorum Abbate trucidato, Angelarium ſibi conſtituentes Abbatem in hac cella; vide idem Chronicon cap. 44. & apud Teanum is Abbas effectus c. 45. Anno 896. concrematum etiam fuit hoc monaſterium, & in eo Regula, quam B. Pater Benedictus manu ſua

con-

conſcripſerat. Ibidem cap. 48. huic monaſt. præfuerunt tres Abbates Caſinenſes Angelarius, Rangemprandus, & Leo, qui obiit an. 916. die 17. Auguſti; ut refert Arnaldus Wion in Ligno Vitæ pag. 17.

II. Abbatia titulo S. Catharinæ, monialium Ordin. S. Benedicti, fundata anno circiter 1590. cujus Abbatiſſa utitur Baculo Abbatiali; ſicut mihi aſſeruit Illuſtriſs. Teanenſis Epiſcopus.

III. Abbatia ſub titulo S. Mariæ de Foris, monialium Ord. S. Benedicti, fundata anno circiter 1610. in qua non niſi nobiles virgines recipiuntur. Abbatiſſa verò jus habet utendi Baculo Abbatiali; fundatio facta eſt pro viginti duabus monialibus, ſicut me certiorem fecit Illuſtriſs. D. Teanenſis Epiſcopus.

Abbatia titulo S. Baſilii de Teayna, forſan de Trayna, ſeu Troyna, in Sicilia, Ord. S. Baſilii ab Abbatia S. Salvatoris Meſſanenſis dependens, cujus templum penè collapſum, nunc ſub titulo Abbatiæ, datur à monachorum S. Salvatoris cœtu tanquam beneficium ſimplex; ut aſſerit Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 46.

Teatum, & Theatum, ſive Teate, vulgò *Chieti*, ſive *Città Chieti*, civitas Archiepiſcopalis, & Regia in Aprutio citeriori, non longè ab *Aterno* fluv. Ibi.

I. In ſuburbio Teatinæ civitatis in edito loco, Abbatia titulo S. Mariæ de Civitella, Congregationis Cœleſtinorum, Ordin. S. Benedicti, de qua Ughellus tomo 6. pag. 824. conſtructa fuit anno 1295. à pluribus nobilibus Teatinæ civitatis incolis, ob devotionem erga S. Petrum Cœleſtinum V. Summ. Pontif. in ejus Eccleſia reperta ſunt oſſa Sancti Eleutherii per Joannam Reginam, ibi tempore fratris Petri Eremitæ recondita; vide eundem. Ughell. pag. 953. multas eſt perpeſſa calamitates, propter varias dominantium in Regno Neapolitano mutationes. Nuperrimè à fundamentis ſumptuosè à monachis exornata eſt Eccleſia; ut aſſerit D. Guicciardini in ſua Relat. MS.

II. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Magdalenæ, monial. Ord. Ciſtercienſis; extabat ante annum 1309. & anno 1327. plura illi dona conceſſit Joannes Criſpanus de Rocha Teatinus Epiſc. vide Ughell. tom. 8. pag. 920. & 923. fuerat ab ejus ſorore Gentilina de Marchilone conſtructum monaſterium in Caſtro Paterni, quod prælaudatus Epiſcopus huic univit Sanctæ Mariæ Magdalenæ monaſterio.

III. Abbatia titulo S. Salvatoris, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Teatinæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. in hac Eccleſia profeſſionem fuiſſe monachalis inſtituti colligitur ex his, quæ Ughellus refert tomo 6. pag. 836. ad annum 840. in Theodorico Teatino Epiſcopo pag. 884. teſtes producit aſſerentes ſe vidiſſe tempore pacis, ſcilicet Regum Guillelmi primi, & ſecundi, in Eccleſia Sancti Salvatoris Abbatem Conſtantem, & Abbatem Guillelmum reſpondere Eccleſię Teatinæ tanquam Dominæ; videtur ſita in civitate Piſcariæ.

Teleſia, ſive Theleſia, civitas Campaniæ Felicis, ſive Terræ Laboris, haud procul confluentes Vulturni Sabatique fluviorum; vulgò *Teleſi*.

I. Abbatia titulo S. Salvatoris, Ordinis S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; de ejus Abbate mentionem facit Richardus à S. Germano in ſuo Chronico ad annum 1238. Ann. 1075. cuidam inſtrumento ſubſcribit Leopoldus Abbas S. Salvatoris de Teleſia, ut refert Ughellus tom. 8. pag. 137. & poſt eum Pompejus Sarnelli pag. 84. An. 1144. quibuſdam diplomatibus ſubſcribit Stephanus Abbas Teleſinus, ſive Telenenſis; ita idem Ughellus tomo 6. pag. 143. & 145. ejus Commendatarius Abbas fuit anno 1404. Andreas Cajacenſis Epiſcopus. Huic Abbatiæ prope Teleſiam ſitæ, anno 1134. Rogerius III. Rex Siciliæ aliqua bona largitus eſt, ut refertur in Nortmannorum hiſtoria pagin. 217. ubi corruptè vocatur S. Salvatoris Celeſini, pro Teleſini.

II. In Teleſina civitate Abbatia S. Mariæ de Roſito; vide ſuprà litt. R. S. Mariæ de Roſeto. pag. 348.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Joannis cum hoſpitali in Comitatu Teleſino; quod anno 1096. Adelgrima Comitiſſa, filia Pandulphi Principis Capuani, relicta Raynaldi Comitis, tradidit Caſinenſi Cœnobio, ut refert Chron. Caſinen. lib. 4. c. 16.

Abbatia Templum Dei dicta, Ord. S. Auguſtini, Diœceſis Tranenſis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. non diverſa eſt ab Abbatia Templidonenſi, Ord. S. Auguſtini, cujus Abbas erat Sulpitius Aqua viva Biteclenſis Epiſcopus ann. 1483. ut refert Ughell. tomo 7. pag. 933.

Terdona; Vide ſuprà verbo Derthona.

Abbatia titulo S. Petri de Terano, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Humanatenſis; de qua vetus Codex Cameræ Apoſt. in Piceno, ſive Marchia Anconitana, *S. Pietro B.* Abbatia trib. paſs. mill. ab *Humana rovinata* diſtat, versùs Septentrionem.

Abbatia, ſive Monaſterium Tergeſte titulo SS. Martyrum, qui ſub Romanis Imperatoribus in hoc ipſo loco ſanguinem ſuum pro Chriſto fuderunt, Ord. S. Benedicti; elegantis ſtructuræ, ſicut, & Eccleſia, ut teſtatur Ughellus tomo 5. pag. 500. Tergeſtum, vulgò *Trieſte* civitas Epiſcopalis maritima in Hiſtria, & Carnorum confinibus.

Abbatia titulo S. Mariæ de Teriolo, Ord. S. Baſilii, Diœc. Neocaſtrenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis in Calabria ulteriori.

Abbatia titulo S. Spiritûs Terlaci, vulgò in *Terlago* in Statu Mediolanen. cujus an. 1609. Commendatarius Abbas erat Scipio Cardinalis Burgheſius, ut conſtat ex MSS. Bibliothecæ Alterianæ columnâ tertiâ, litterâ D. numero 4.

Abbatia Terræ Majoris, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Beneventanæ; de ejus Abbate ſermo fit in Chronico Caſinenſi lib. 3. c. 27. anno circit. 1060. de hoc monaſt. & ejus Abbate lib. 4. cap. 48. ad ann. 1110. item tanquam de Ordine S. Benedicti, ad ann. 1227. in Chronico Richardi de S. Germano, apud Ughellum tomo 2. pag. 991. cujus Abbati Hunifrido an. 1157. Henricus Archiepiſcopus Beneventanus dat Eccleſiam S. Laurentii, ſitam prope mœnia Beneventi, & fluvium *Calore*; ubi nunc PP. Obſervantes Ord. Sancti Franciſci; idem Ughellus tomo 8. pag. 179.

pagin. 179. ſita eſt in Principatu ulteriori.

Abbatia tit. S. Petri de Terra Majori, Ord. S. Benedicti, Diœc. Sedium unitarum Civitatenſis, & Ampurienſis in Sardinia; de qua Codex Taxar. Cameræ Apoſtol. & Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Stephani Terracinæ, à S. Benedicti ſodalibus, ipſo dirigente, conditum anno circiter 533. de quo S. Gregorius Papa Dialogor. lib. 2. cap. 22. Illud privilegiis munivit Agapitus II. Papa, qui ſedebat anno 946. ut obſervat Oldoinus apud Ciaconium pagin. 719. Leo IX. ann. 1052. hoc monaſterium Caſinenſibus ereptum reſtituit; unde conſtat Ord. fuiſſe S. Benedicti; uſque in hanc ætatem hæc Abbatia ſubdita erat Caſinenſi, ſed tandem fuit ab illa ſubducta anno 1637. de conſenſu Abbatis Caſinenſis.

Abbatia titulo S. Marię de Terrana, Ord. S. Benedicti, Diœc. Syracuſanæ, in Sicilia, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtol. & Rocchus Pirrus in Notitia hujus Eccleſiæ; ſita in valle Notienſi *di Noto*.

Abbatia tit. S. Catharinæ de Terra Nova, Congregationis Cœleſtinorum, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Oppidi in Calabria ulteriori, anno 1364. à Rogerio San Severino Mileti Comite, & magno Regni Neapolitani Juſtitiario fundata, & munificentiſſimè dotata. Ibi religiosè ſervatur ſtatua lignea Sanctæ Catharinæ, ab impio aleatore ſecuri percuſſa, è qua copioſiſſimus ſanguis effluxit, qui, & hodie velut recens conſervatur, unde magna populorum frequentia, ut teſtatur D. Guicciardinus in Relatione MS. Tribus diſtat paſs. mill. à civitate Oppido, versùs Boream, de hac Eccleſia, & altero miraculo loquitur Paulus Gualtieri de Sanctis Calabriæ lib. 1. pag. 362.

II. Abbatia, ſive Monaſterium monialium, Ord. S. Benedicti, cujus Abbatiſſa fuit Soror Romea ex illuſtri familia de Romei, ut teſtatur Paulus Gualtieri de Sanctis Calabriæ libro 1. pag. 368.

Abbatia tit. S. Mariæ de Terretis; Ordin. S. Baſilii, Diœc. Rheginenſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, in Calabria ulteriori.

Abbatia titulo S. Mariæ de Terrate, Diœc. Miletenſis, de qua Codex vetus Taxæ Cameralis; in Calabria ulteriori.

Abbatia titulo S. Petri de Terreto, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Laudenſis; recenſetur in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Angeli de Caſtro Thebaldi, Ordin. S. Benedicti, forſan B. Tedaldi; eadem ſane cum Abbatia S. Theobaldi ejuſdem Ordinis, & ejuſdem Diœceſis videlicet Tipherni, ſive civitatis Caſtelli, unita per Leonem X. Papam, Pontificatûs anno 9. Sal. 1521. Congregationi Caſinenſi, ſive S. Juſtinæ de Padua, ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. data jam erat in Commendam anno 1528. ut dicit Ughellus tomo 7. pagin. 1182. ſita eſt inter Burgum S. Sepulchri, & S. Leonem, ſive montem Feretranum, duodecim mill. paſsuum à Burgo, versùs Aquilonem, in Codice Taxar. D. Paſſionæi dicitur de Caſtro Tedaldi, & ponitur in Diœceſi Burgi Sancti Sepulchri.

Abbatia, ſive Monaſterium Theodati Abbatis, in quo vivebat S. Romanus, ut refert S. Gregorius Papa Dialogor. lib. 2. cap. 1.

Abbatia S. Theodori; vide ſuprà litt. P. verbo Panhormus num. I.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti in Comitatu Thermulenſi conſtructum, de dependentiis Caſinenſis monaſterii, quarum confirmationem dat Henricus Imp. anno circirer 1014. ut refert Chronic. Caſinen. lib. 2. cap. 31. in Regni Neapolitani provincia, Capitanatâ nuncupatâ.

Abbatia titulo S. Mariæ de Thoma, Ord. ſeu Congregationis Camaldulen. Diœc. Aretinæ, fuit primitùs monialium, quam Innocentius IV. Papa, Camaldulenſibus dedit, locum cedente Luciâ ejus Abbatiſsâ; poſſeſſionem accepit Guido Generalis 2. idus Aprilis anno 1244. ibique ſui Ordin. Cœnobium inſtituit Hiſtor. Camaldulen. lib. 2. cap. 38. unita fuit Abbatiæ Sanctæ Mariæ de Roſa, prope Senas ſitæ; ſita eſt in Etruriæ Dominio Florentino.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Thomæ Apoſtoli, quod Tajo Abbas conſtruxit in finibus Piſtorienſibus. Is Abbas erat SS. Anthimi, & Sebaſtiani in agro Senenſi, de eo in diplomate Henrici III. Imperatoris dato anno 1051. vide Ughellum in Appendice ad Tomum primum pag. 435.

In Thora civitate, apud lacum Velinum Abbatia monialium, quam conſtruxere cives loci, cujus fundatrix & prima Abbatiſſa fuit Sancta Victoria virgo, & martyr, ſoror S. Anatoliæ virg. & mart. ann. circiter 250. ut aſſerit Lud. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 2. pag. 16. *Thora*, aliàs *Tiora*, Diœc. Reatinæ in Sabinis, ad Velini amnis dexteram, & Borealem ripam, à Reate quinque paſs. millib. diſtans, versùs Orientem.

Tibur, ſeu Tybur, vulgò *Tivoli*, civitas Latii, ſive Campaniæ Romanæ, in Sabinorum confinio, ad Anienem, vulgò *Teverone* fluvium.

I. Abbatia titulo S. Clementis, Ordinis S. Benedicti, cujus Abbas, & Conventus anno 1302. apud Bonifacium VIII. conqueſti, quòd quidam Magnates multotiens eos de monaſterio expulerant, & expellere non ceſſabant, ea propter petunt Abbatem S. Pauli de Urbe ejuſque ſucceſſores dari ſibi in protectores, & defenſores, quod ultro concedit idem Sum. Pont. Bullâ datâ eod. anno die Octobris 20. quam habes in Bullario Caſinen. to. 2. pag. 275. reſignationem hujus Abbatiæ in favorem Jacobi Abbatis S. Pauli de Urbe confirmat Benedictus IX. dictus XI. Papa. Bullâ datâ anno 1304. vide ibidem pagin. 276. Abbatialem dignitatem S. Clementis ſupprimit, & iterum monaſterio S. Pauli de Urbe unit Eugenius IV. Papa anno 1435. vide idem Bullar. pag. 314. de Abbatia S. Clementis Codex Taxar. Cam. Apoſt. de qua ſuprà litt. C verbo Sancti Clementis.

II. Abbatia olim, ſive Monaſter. titulo S. Benedicti, Ordinis ejuſdem Sancti, cujus monachus fuit Joann. IX. Summ. Pont. qui obiit anno 900. ut obſervat Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi libro 1. pag. 81.

III. Tibure Abbatia tit. S. Angeli, Congregationis Montis Oliveti, ſub Regu-

Regula S. Benedicti, cujus primus Abbas electus eſt D. Joſeph Maria Ferrozzi Romanus, de qua Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 206.

Abbatia titulo S. Martini de Tiſide, Ord. S. Benedicti, Dioec. Tipherni, aliàs civitatis Caſtelli, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. dicitur etiam in Codice Taxarum D. Paſſionæi, S. Martini, aliàs S. Martini de Tiſio, ſeu Tiſide. In Comitatu ejuſdem civitatis Caſtelli.

Abbatia olim famoſiſſima titulo S. Mariæ de Tilieto, aliàs de Tileto, & corruptè in Codice Taxarum Cam. Apoſt. de Tiellicto, Ord. Ciſtercien. dicta de Civitatula, in Italiæ provincia Inſubria, Dioec. Aquenſis, fundata anno 1120. Kalendis Maii, antiquior eſt omnibus ejuſdem Ordinis in Italia, ut patet in Indice Caroli de Viſch Abbatiarum ejuſdem Ordinis; fit ſæpè de ea mentio in Regiſtris Innocentii III. ut obſervat Ughellus tom. 4. pag. 465. Ejus Abbas erat Gerardus de Seſſio Cardinalis an. 1210. vide Ciaconium tomo 2. pag. 38. eam arbitror, quæ in Tabulis Anton. Magini vocatur *Badia del Triglel* quatuordecim paſs. millib. à civitate Aquenſi diſſita, & alibi *del Tigliotto*, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Tinterna, Ord. S. Benedicti, Dioec. Ferrarienſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ, monialium apud Tiphernum, ſive Civitatem Caſtelli, quod cum altero monialium Cœnobio junxit Petrus II. Tipherni Epiſcopus, anno 1048. vide Ughellum tomo 1. pag. * 228. Tiphernum ſui Ducatûs Civitatis Caſtelli caput, ad Tyberim fluvium in Statu Eccleſiaſtico.

II. Abbatia, ſive Monaſt. in hac Civitate Caſtelli, ſeu Tipherno ſub tit. Omnium Sanctorum, vulgò *del Sacco* nuncupatum, monialium, de cujus Abbatiſſa, & monialibus ad ann. 1540. agitur in deciſione X. Rotæ Romanæ, ad Tractatum Tamburinii, de Jure Abbatiſſarum pag. 30.

Abbatia Tiphii, cujus poſt an. 1468. Abbas factus eſt Michaël, antea Abbas Vallis Caſtri. Ita Hiſtor. Camaldulenſis parte 2. lib. 3. cap. 29. fortè non diverſa ab Abbatia de Tiſide.

Abbatia in pago Tireto, ſeu Tirreto, Ordin. S. Baſilii, Dioec. Rhegienſis in Calabria ulteriori, cujus Abbas fuit B. Thomas Rhegienſis, ut refert Ughellus tomo 9. pagin. 429. ipſa eſt Abbatia S. Mariæ de *Tirretti*, de qua Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pagin. 68. *Tridetti* vicus quatuordecim paſſuum mill. Regio diſtans, versùs Orientem. Vide Hieronym. Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 1. pag. 57.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Titii, de valle Caſturiana, Ordin. S. Benedicti, extabat ante ann. 1287. ut conſtat ex Bulla Cœleſtini V. Papæ, apud Ughellum tomo 1. pagin. * 177. eadem, quæ S. Eutitii, nam facilè pro Eutitii nomine ſubſtitutum eſt Titii; vide infrà verbo litt. V. in valle Caſtorienſi.

Abbatia titulo S. Venerii de Tixio, eadem, quæ infrà de Tyrio, ſive Tyro, Dioec. Januenſis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Tobena, Ordinis S. Benedicti, Dioec. Salernitanæ, Conſiſtorialis, & in Commendam dari ſolita; de qua Ughell. to. 7. pag. 486.

pag. 486. In Codice Taxarum Cam. Apoſt. dicitur de Bena, vel Tabena, ſeu Tibena, aliàs Tabeana; de ea anno 1527. ſub Clemente VII. Papa; ita Codex Taxarum D. Paſſionæi; ſita eſt, ſicut Salernum, in Principatu citeriori, dicitur quoque de Tebennis.

Abbatia titulo S. Laurentii de Toſana, quam Innocentius III. Papa, Pontific. anno 3. Salutis 1200. confirmat Pantaleoni Archiepiſcopo Compſano, Bullam refert Ughellus in Appendice Tomi 6. ſita videtur, ut Compſa in Principatu ulteriori.

Abbatia titulo S. Laurentii de Toſoria, Ord. S. Benedicti, Diœc. Conſanenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis, fortè eadem cum præcedenti.

Tolentini Abbatia, ſeu Monaſter. prope Eccleſiam S. Catervii martyris, & tutelaris civitatis, primis Eccleſiæ ſeculis pro Benedictinis monachis conſtructum, quodque poſtmodum factum eſt Canonicorum Regularium S. Auguſtini, & cum Eccleſia in Canonicorum Lateranenſium uſum tranſiit, ſub Julio II. Papa, Pontific. an. 5. Sal. 1507. ut refert Ughellus tomo 3. pag. 852. de hoc tanquam de Præpoſitura loquitur Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 37. paginâ 723.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Salvatoris, de Tola, ſive de Tolla, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Mediolanenſis, de qua Codex Taxar. Cameræ Apoſt. dicitur etiam Diœc. Placentiæ, & ſub protectione Epiſcopi ſtatuitur, per diploma Rachis Regis Longobardorum anno 746. in diplomate Caroli Magni ann. 808. mentio fit hujus Abbatiæ; vide Ughell. tom. 1. pag. 1384. & tomo 3. pag. 249. & in Appendice tomi 4. ad annum 963. Abbas Tolletanus dicitur, & Abbatia ſub titulo S. Salvatoris in monte Tollæ ſita; vocatur etiam S. Galli de Colavellis, in Codice Taxarum D. Paſſionæi, & in veteri Codice Taxæ Cameralis S. Salvatoris de Talla; in alio loco codicis perperam adſcribitur Placentiæ Hiſpaniæ.

Abbatia titulo S. Mariæ de Topiromata, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Rhegienſis in Calabria ulteriori, cujus Abbas erat quidam Mileas ann. 1374. ut refert Ughellus tomo 9. pagin. 443. Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi vocat illam Sanctæ Mariæ de Trapi Rometa, Ordin. S. Baſilii; vide lib. 1. pag. 68. in veteri Codice Taxæ Cameralis nominatur de Trapa Somata.

In Tora Sylva Abbatia, ſive Monaſterium, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Alliphanæ, cujus conſtructionem impediebat Alliphanus Epiſcopus; pro qua re Honorius III. Papa ſcripſit. Dat. Reate 13. Kalendas Septembris, Pontificatûs anno 10. Salutis 1226. vide Ughellum to. 8. pag. 292. *Selva d'Aliphi*, quatuor paſſuum millibus ab Alliphana civitate diſtat, versùs Meridiem, in Regni Neapolitani provincia Terrâ Laboris dictâ.

Torcellum, vulgò Torcello marinę Venetiæ civitas Epiſcopalis, in inſula cognomine, ſexto circiter à civitate Venetiarum milliario, versùs Septentrionem, una cenſetur è ſex regionibus Venetæ civitatis. Ibi

I. Abbatia titulo Sancti Thomæ, Ord.

Ord. Ciſtercien. poſita ad Septentrionalem plagam inſulæ, quæ, cùm eam fundaſſent Burgundiones monachi, vulgò *S. Tomaſo de' Borgognoni* nominatur. Rodulphus enim hujus Eccleſiæ Plebanus, circa annum 1190. ædificare cœpit monaſterium, quod Abbas Roſerii in Burgundia ſuſcepit, ſub Priore Laurentio, crevitque piis Venetorum eleemoſynis; in ea à ducentis circiter annis habet jus Patronatûs Veneta Patricia familia Treviſana, cujus etiam ibidem majorum ſepulchra ſpectantur; vide Ughel. to. 5. pag. 1438. & 1439.

II. Torcelli Abbatia tit. S. Joannis Evangeliſtæ, monialium, cujus anno 1008. Abbatiſſa erat quædam nomine Felicitas; ut refert Franciſcus Sanſovinus lib. 3. pag. 147.

III. Abbatia titulo S. Margaritæ de Torcello, monialium, Ord. Ciſtercienſis. Extabat ante annum 1308. quam Paulus II. Papa à juriſdictione Abbatis de Follina ejuſdem Ordinis, Diœc. Cenetenſis, perpetuò ademit, ſubjecitque Venetiarum Patriarchæ. Bullâ datâ ann. Sal. 1465. vide Ughel. tomo 5. pag. 1448.

Abbatia in Tormello de Lomellina quæ menſæ Abbatiali Abbatiæ Sancti Bartholomæi de Papia unita fuit, ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 161. *Trumelio* 16. paſs. millibus Papiâ diſtat, versùs Occaſum.

Abbatia tit. S. Baſilii de Tormento in Sicilia, Ordin. ejuſdem S. Baſilii, Diœc. Meſſanenſis, ita Codex Taxar. Cameræ Apoſtol. de qua ſilet Rocchus Pirrus; de ea in Regiſtris Innoc. VI. Papæ, qui ſedit anno 1352. Ita Codex Taxarum Domini Paſſionæi.

Abbatia titulo S. Mariæ de Toyeros vide ſuprà litterâ C. S. Mariæ de Cerreto.

Abbatia titulo S. Nicolai Epiſcopi Tralonenſis, cujus Abbas erat quidam Petrus anno 1099. ut conſtat ex Chronico S. Sophiæ Abbatiæ Beneventanæ, apud Ughellum tomo 8. pag. 763.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri Tramutulæ, ſive Tremutolæ Ordinis S. Benedicti, Diœc. Marſicenſis in Terra Laboris, quod circa annum 1130. conſtruxit Joannes Cavenſis monachus, qui poſtmodum Marſicenſis evaſit Epiſcopus. Vide Ughellum tomo 7. pag. 698.

Abbatia titulo SS. Viti, & Salvi de Traneo, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Teatinæ; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; vide infrà verbo de Trivio.

Abbatia Tranſaquæ dicta, cujus meminit Lucas Holſtenius in Notis in Italiam antiquam pag. 139. Eccleſiam ferunt à S. Rufino primo Marſorum Epiſcopo conſtructam, quæ nunc Eccleſia Collegiata eſt, retento Abbatiæ titulo omnium hujus Diœceſis Eccleſiarum ſplendidiſſima, vide Ughell. tom. 1. pag. 954. Eccleſia in honorem Sancti Cæſidii mart. fuit conſecrata; donationem huic Abbatiæ factam vide ibidem pag. 961. & 976. Tranſaquæ, vulgò *Tranſacco*, caſtellum à lacûs Fucini, vulgò *di Celano*, Meridionali ripa, duobus fermè milliariis diſtans, inter urbes *Sora*, & *Celano*, à *Sora* decem milliariis Boream versùs, à *Celano* novem circiter paſſuum millibus versùs Auſtrum, Diœc. Marſorum, & in Aprutio ulteriori.

Ab-

Abbatia Traſimena titulo S. Secundi, ſive Pulvenſis ſuprà lacum Peruſinum; vide ſuprà litt. P. verbo Peruſium numero XVIII.

Abbatia titulo S. Mariæ de Traſinate, cujus Abbas Commendatarius erat Julius Sertorius, factus an. 1535. S. Severinæ Archiepiſcopus; ut refert Ughellus tomo 9. pag. 636.

Abbatia titulo S. Theodori de Trebis, cujus Eccleſia erat primitus Cathedralis, illam Gregorius IX. Papa, Pontific. anno 1. Salutis 1227. Anagnino ſubjicit Epiſcopo. Trebium, aliàs Trebæ, vulgò *Trevi* in *Campagna di Roma* decem paſſuum millibus ab Anagnina civitate diſtans, Orientem æſtivum versùs; vide Ughellum to. 1. pag. 350.

Abbatia S. Mariæ de Trebio; vide infrà de Trivio.

Abbatia tit. S. Joannis de Trejuſto, Ord. S. Benedicti, Diœc. Squillacenſis, in Calabria ulteriori; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. in Codice Taxarum D. Paſſionæi dicitur S. Joannis de Treiriſta, ſeu Terreſtris, aliàs Ord. S. Baſilii; in veteri Codice Taxæ Cameralis S. Joannis de Tenreſti. Archimandrita, Ord. S. Baſilii. *S. Gio:* vicus ſeptem paſſuum mill. Squillaci diſtans, versùs Occaſum; obſerva S. Joannem cognomento *Thereſti*, meliùs *Theriſtes*, apud Stylum floruiſſe, ubi fortè fuit hæc ipſa Abbatia; vide Martyrolog. Roman. notas noſtras verbo *apud Stylum*. Sanctus hic Joannes fuit Archimandrita, hoc eſt Abbas, & titularis hujus Abbatiæ.

Abbatia de Tremito, ſive inſulæ Tremitenſis, una ex quinque inſulis olim Diomedis dictis, & præcipua, cæteriſque major Tremitus dicta, à tribus in ea montibus Apuliæ adjacens è regione Gargani montis in mari Adriatico triginta paſſuum millibus diſtans à littore, de qua fit mentio ad annum circiter 1057. vide Chronicon Caſinen. lib. 2. cap. 89. Ordin. tunc S. Benedicti, de qua etiam anno 1236. de hujus monaſterii Abbate circa annum 1060. mentionem facit idem Chronicon libro 3. cap. 27. Ughellus tomo 7. pag. 827. dicit eſſe monaſter. inſigne Canonicorum Regularium, ſub titulo S. Mariæ Tremitis, olim Ordinis Ciſtercien. egregiè munitum, Diœc. eſt Larinenſis, & dari ſolita in Commendam. De ea vide fuſiſſima apud Gabrielem Pennottum Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 13. Congregat. eſt Lateranenſis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Treniche, cujus an. 1074. Abbas erat Tranſmundus filius Oderiſii Comitis Marſorum Sexti, qui fuit Valvenſis Epiſcopus; ſicut Ughellus obſervat to. 1. pag. * 256.

Abbatia, ſeu Monaſterium titulo S. Salvatoris, ſitum ad fluvium Treſta, aliàs Areſta; quod circa an. 1080. Theodinus filius Maynerii de Trivento, Cœnobio Caſinenſi obtulit; ut refert Chronicon Caſinenſe libro 3. cap. 56.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Adiutoris in Trevento, quod Paſchalis II. Papa, Pontificatûs anno 3. Sal. 1102. confirmat Abbatiæ S. Sophiæ apud Beneventum ſitæ, ſive ejus Abbati Madelmo; ut conſtat ex Chronico ejuſdem Abbatiæ S. Sophiæ; apud Ughellum tomo 8. pag. 684.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Be-

S. Benedicti, quod Gregorius IX. Papa confirmat Rogerio Tricaricenſi Epiſcopo per Privilegium datum anno 1237. quod vide apud Ughellum tomo 7. pag. 198.

Abbatia, ſeu Monaſterium Amorei, quod Gregorius IX. ſuo privilegio dato ann. 1237. confirmat Rogerio Epiſcopo Tricaricenſi; vide Ughellum tomo 7. pag. 198.

Tridentum, vulgò *Trento* Epiſcopalis civitas ſub Archiepiſcopo Utinenſi, ſeu potiùs Aquilejenſi; ſui territorii Caput, ſuper Atheſim *l'Adige* fluv. ſecus illius muros defluunt *Ferſina, Saleto*, & *Perſio* fluvioli.

I. Abbatia titulo S. Laurentii de Tridento, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

II. Abbatia tit. S. Stephani, extra muros Tridentinos, ut videtur, cujus anno 1444. Abbas erat Benedictus patriâ Tridentinus, tunc ab Eugen. IV. Papa ejuſdem civitatis factus Epiſcopus; vide Ughellum tom. 5. pag. 518.

Abbatia titulo S. Bartholomæi de Trigonia, Ordin. S. Baſilii, Diœceſis Miletenſis in Calabria ulteriori; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. de ea Sylveſter Maruli in Oceano omnium Religionum mundi lib. 1. pagin. 68. vocatque S. Bartholomæi de Trigoni, aliàs de Tigonia, in veteri Codice Taxæ Cameralis dicitur Ordinis S. Benedicti.

Abbatia in loco Trintina Turris dicto, Ordin. Vallis Umbroſæ, de qua ad ann. 1133. loquitur Ughell. tom. 5. pag. 708. Ibi Eccleſia Beati Vigilii, ſita in agro Cremonenſi, quam Obertus Brixienſis Eccleſiæ Canonicus dat ad extruendum ibi hujuſce Ord. monaſterium; ſicut ibidem exprimitur in Bullâ Innocentii II. Papæ. Hoc S. Vigilii monaſt. Thebaldo Veronenſi Epiſcopo confirmat Eugenius III. Papa anno 1145. vide eundem Ughell. pag. 733.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Trinitatis, quod Lucius III. Papa, Pontificatûs ann. 2. Salutis 1182. confirmat Joanni Ravellenſi Epiſcopo; apud Ughellum tom. 9. pag. 925. veroſimile eſt fuiſſe, aut in Diœc. Ravellenſi, aut ſaltem in Principatu citeriori.

Abbatia titulo S. Trinitatis, Ord. Ciſtercienſis, Diœceſis Rhegienſis in Calabria ulteriori, fundata ann. 1185. ut aſſerit Carolus de Viſch in Catalogo Abbatiarum ejuſdem Ordinis.

Abbatia titulo S. Georgii de Triocala, aliàs de Trocculis, in Sicilia, à Rogerio Siciliæ Comite cum Eccleſia condita, & fundata, ut conſtat ex ejus diplomate dato anno 1134. In Diœc. & territorio Saccenſi. Triocala civitas olim Epiſcopalis, ab oppido nunc Calatabilotta milliario diſtans, versùs Meridiem, cujus etiam hodie veſtigia reſtant Ordini S. Baſilii data, nunc eſt in Agrigentina Diœc. quam idem Comes magno monaſterio S. Salvatoris Meſſanenſis dedit; monachi tandem ab hoc loco receſſere; vide Rocchum Pirrum lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ ſextâ.

Abbatia titulo S. Crucis de Tripiſo, aliàs de Tripinia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; erat, ut Camerinum in Marchia Anconitana; vocatur de Triputio, aliàs de Comitibus in Codice Taxarum Cam. Apoſtol.

Abbatia titulo S. Triphonis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Ravellenſis. Ita Codex Taxarum Cam. Apoſt. De ejus Abbate Nicolao Campanile, Epiſcopo Ravellenſi ad annum 1455. mentionem facit Ughellus tom. 1. pag.* 103. Lucius III. Papa, Pontificatûs anno 2. Salutis 1182. hoc monaſterium Joanni Ravellenſi Epiſcopo confirmat; ita idem Ughellus tom. 9. pag. 925. erat, aut in Diœc. Ravellenſi, aut in Principatu citeriori.

Abbatia S. Crucis de Triputio; vide ſuprà de Tripiſo.

Abbatia titulo S. Bartholomæi de Triſulto, Ordinis S. Benedicti, ſive Nigrorum monachorum, in Diœceſi Alatrina, quinquageſimo ab urbe Roma milliario; in hanc anno 1208. per Innocentium III. Papam, Pontificatûs anno 9. introducti ſunt Carthuſiani, & anno poſtmodum 1211. datum eſt hujus introductionis privilegium ab eodem Summo Pontifice; vide Carolum Morotium in Theatro Ordinis Carthuſienſis paginâ 244. Albericus Diaconus in Codice Bibliothecæ Caſinenſis num. 101. dicit S. Dominicum cognomento Loricatum veniſſe ad locum, qui Triſaltus dicitur, & per revelationem, ibi juxta fontem limpidiſſimum erexiſſe monaſterium; obiit prælaudatus S. Dominicus ann. 1031. & per decem annos hanc Abbatiam rexit.

Juxta Tritanum flumen Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri, in Comitatu Valvenſi, cujus ante annum 1106. Præpoſitus erat Antonius Cardinalis presbyter; ut refert Ciaconius pag. 914.

Triventum, vulgò *Trivento* civitas in Comitatu Moliſii, & in finibus Apuliæ, & Aprutii in ſublimi colle ſita, cujus radices alluit Trinus, vulgò *Trigno* fluvius.

I. Abbatia tit. S. Mariæ de Trivento, Ordinis S. Baſilii, cujus monachus, & Abbas Bernabas factus eſt anno 1349. Oppidenſis Epiſcopus; teſte Ughello tomo 9. pag. 581.

II. Abbatia tit. S. Joannis Evangeliſtæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Triventinæ, de qua tum Cod. Taxar. Cam. Apoſt. tum Cod. Taxar. D. Paſſionæi.

III. Abbatia tit. S. Angeli, Diœc. Triventinæ, cujus Abbati, & monaſt. bona quædam donat Raynaldus de Turre, & donationem confirmat Rao, ſive Raus Triventinus Epiſcopus, anno Salutis 1176. vide Ughellum to. 7. pag. 1407.

Abbatia titulo S. Leonis de Trivineis, cujus ann. 1290. Abbas erat quidam Laurentius; in Inſtrumento dato in favorem Azonis Epiſcopi Caſertani; apud Ughell. to. 6. pag. 627.

Abbatia titulo Sanctorum trium Puerorum; Græcorum monachorum, Diœc. ut videtur Cuſentinæ in Calabria citeriori, vicina Abbatiæ Sancti Joannis Florenſis; de ea mentio fit anno 1198. in diplomate Conſtantiæ Imperatricis, & Reginæ Siciliæ; apud Ughellum tom. 9. pag. 263. Diœceſis eſt Geruntinæ. Ibidem pag. 267. ferè diruta data fuit Petro Abbati, & monachis S. Mariæ de Aquaviva Ordinis Florenſis anno 1217. cui vicina erat, in tenimento Barbari. Donationem confirmat Honor. III. Papa an. 1219. vide ibidem pag. 504.

Abbatia titulo S. Mariæ de Trivio, aliis de Trebio, Ordin. S. Benedicti,

Diœc-

Diœceſis Saſſenatenſis, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. in provincia Ravennatenſi; dicitur de Trobio in veteri Codice Taxæ Cameralis; in Romandiola.

Abbatia titulo SS. Viti, & Salvi de Trivio, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Teatinæ, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. eadem eſt, quæ aliquando exprimitur ſub ſolo titulo S. Salvi, & in Commendam dari ſolita, ut refert Ughellus tomo 2. pag. 739. & tomo 6. pag. 939. non alia ſanè à monaſterio, quod Alexander III. Papa per Bullam datam anno 1173. confirmat Andreæ Teatino Epiſcopo. Idem Ughell. to.6. pag. 876. Codex Taxarum D. Paſſionæi dicit SS. Viti, & Salvi, ſive Modeſti, aſſeritque nullius eſſe Diœceſis. In Aprutio eſt citeriori.

Abbatia tit. S. Nicolai in Trocina, Ordin. S. Benedicti, in Diœceſi Aprutinæ regionis; de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. in Regni Neapolitani, provincia Aprutium ulterius dicta; in Codice Taxarum D. Paſſionæi legitur S. Nicolai in Trontino, vulgò *Tordino*, unita Capitulo Aprutino per Sixt. IV. Papam, Pontific. anno 6. Sal. 1477.

Troja civitas Epiſcopalis Apuliæ Dauniæ in Regni Neapolitani provincia Capitanatâ dictâ, ſuper *Chilare* fluvium. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium Sancti Angeli in Troja, quod circa annum 1080. Cœnobio Caſinenſi obtulit Dux Robertus; ut teſtatur Chronicon Caſinen. lib. 3. cap. 58. & lib. 4. cap. 10.

II. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Nicolai, in civitate Epiſcopali Troja Apuliæ; quod per Bullam Paſchalis II. Papæ, ad ann. 1100. multas habebat Eccleſias; ut teſtatur Ughell. tomo 7. pag. 1376.

Abbatia, ſive monaſterium titulo S. Laurentii; juxta caſtellum Trojone, vel Trione, aut Tiocono, quod datur, ſive confirmatur Epiſc. Aſculano Piceni per Bullam Leonis IX. Papæ, Pontificatûs ann. 4. Salutis 1052. per diploma Henrici III. Imperatoris anno 1056. & Lotharii Imperatoris diploma anno 1137. apud Ughellum tomo 1. pag. 501. & ſeqq.

Tropæa, ſeu Tropeja, vulgò *Tropea* civitas Calabriæ ulterioris, ad mare Tyrrhenum. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Michaëlis Archangeli, de quo loquitur Sanctus Gregorius Papa lib. 10. epiſt. 50.

II. Prope Tropejam civitatem Abbatia S. Angeli, Ord. S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. quæ taxata fuit die 15. Januarii anno 1672. de Anniquio Abbate S. Angeli ad Tropæa, ad ann. 1255. mentio fit apud Rocchum Pirrum lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 21. non diverſam crediderim à præcedenti, nam Eccleſiæ S. Michaëlis conſecratæ paſſim dicuntur S. Angeli; de monaſt. S. Angeli *di Sant'Angiolo*; ſed Ordinis S. Baſilii, loquitur Paulus Gualtieri de SS. Calabriæ lib. 2. pagin. 81. & Hieronym. Maraſioti, *Croniche di Calabria* libro 2. fol. 128.

III. Tropejæ Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Sergii vetuſtiſſimum, octavo ſæculo à monachis Græcis Sancti Baſilii constructum, quod an. 1421. Nicolaus Tropejenſis Epiſcopus, derelictum, & ruinæ proximum, fratribus

Minoribus Regularis Obſerv. conceſceſſit, ut refert Lucas Wadinghus tomo 5. Annalium Ordinis Minorum. Ejus olim Abbas fuit S. Philaretus, ut refert Paulus Gualtieri de SS.Calabriæ lib. 1. pag. 81. & Hieronym. Maraſioti, *Cronicbe di Calabria* lib. 2. folio 128.

IV. Tropeæ Abbatia olim, ſive Monaſterium titulo S. Iſidori, Ordin. S. Baſilii, ut teſtatur Paulus Gualtieri de Sanctis Calabriæ lib. 1. pag. 81. & Hieronymus Maraſioti *Croniche di Calabria* libro 2. folio 128.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Troyna, Ordinis S. Baſilii, Diœceſis Meſſanenſis; à Rogerio Siciliæ, & Calabriæ Comite anno 1061. conſtructa, & pluzimis opibus ditata, cujus anno 1071. primus Abbas fuit fr. Robertus Northmannus, Ordin. S. Baſilii, cui per Sixtum IV. Papam, Pontific. anno 2. Sal. 1472. unitum fuit monaſterium S. Eliæ de Ambula, ſeu Ebula. Ad uſque annum 1525. Abbates habuit titulares, poſtea Commendatarios; vide Rocchum Pirrum lib. 4. de Abbatiis Siciliæ notitiâ 9. vulgò *Troina*, olim Trajanopolis, dein Tragyna, ſive Trayna, antiquitùs Epiſcopalis civitas ſuper collem ſita, in regione, ſive valle nunc *di Demona*, & in Diœc. Meſſanenſi, à qua duobus milliariis Abbatia diſtat, versùs Meridiem; eſt monaſter. S. Baſilii de Traina, in quo Abbatem inſtituendi Onuphrio S. Salvatoris Meſſanenſis Abbati facultatem concedit Alexander III. Bullâ datâ anno 1175. vide Bullarium tom. 1. pag. 64.

Tudertum, ſive Tuder, vulgò *Todi* Epiſcopalis civitas Umbriæ, in colle poſita, apud Tyberim fluvium. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſter. Abbatiale titulo S. Fortunati, Ord. S. Benedicti, ſive Congregationis Vallis Umbroſæ, erectum anno circiter 1100. quod, recedentibus monachis, conceſſum eſt anno 1254. fratribus Minoribus Ord. S. Franciſci, ut aſſerit Lud. Jacobilli de SS. Umbriæ.

II. Tuderti Abbatia tit. S. Nicolai, Ord. S. Benedicti, intra civitatem, ut obſervat Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pag. 311.

III. Abbatia, ſive Monaſterium titulo Corporis Chriſti, Ordin. Ciſtercienſis, in civitate Tudertana, extabat anno 1429. de ea Ughellus tomo 1. pag. 545. erat Congregationis Corporis Chriſti, cujus caput fuit Abbatia Corporis Chriſti Gualdi Nuceriæ, poſtea Abbatia S. Mariæ de Campis prope Fulginium, hæc Congregat. unita eſt Ordini Ciſtercienſi, deinde Congregationi Montis Oliveti. Habebat Tuderti tres domos hanc, videlicet alteram S. Mariæ Annunciatæ, tertiam S. Sepulchri, ſive S. Crucifixi.

IV. Tuderti Abbatia tit. S. Sylveſtri, quæ etiam hodie Parochia eſt civitatis; ut deſcribit Jacobus Laurus in Iconographia Tuderti; una erat è domibus Congreg. Corporis Chriſti, quam per aliquod tempus incoluere monachi Olivetani.

V. Tuderti Abbatia titulo S. Crucifixi, ſeu S. Sepulchri, Ordinis, ſive Congregationis Montis Oliveti, cujus monachi per aliquod tempus ſteterant in Eccleſia S. Sylveſtri; una ex Eccleſiis Congregat. Corporis Chriſti ſibi unitæ, ſed quia locus Regulari Obſervantiæ nimis erat incommodus,

civitas ſub Pontificatu Alexandri VII. & Epiſcopus Petrus Maria Bichi præfati Papæ nepos Eccleſiam SS. Crucifixi cum adjacentibus domibus Abbati, & monachis Olivetanis libentiſſimè conceſſerunt; ut refert Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 198.

VI. Tuderti Abbatia titulo S. Benigni, monialium Ord. S. Benedicti, cujus reformationem, uſque etiam ad depoſitionem Abbatiſſæ, ſi neceſſe ſit, concedit Sixtus IV. Papa, Bullâ datâ anno 1480. Abbati monaſterii S. Pauli de Urbe, cui ſubjecta erat; vide Bullar. Caſinenſe to. 2. pag. 380. Anno 1486. Innocentius VIII. Papa Bullâ datâ Abbatialem dignitatem ſupprimit, & moniales Abbatiæ contiguæ S. Margaritæ aggregat; vide ibid. pag. 936.

VII. Abbatia Tuderti titulo Sanctæ Margaritæ, monialium Ordinis S. Benedicti, cui Innocentius VIII. Papa, Bullâ datâ anno 1486. Abbatiam S. Benigni Tudertinam, monial. ejuſdem Ordinis ſuppreſſo Abbatiſſæ titulo incorporat, & annectit; vide Bullarium Caſinenſe tom. 2. pag. 396. vocatur aliquando S. Margarite Militiarum, aliquando ſimpliciter Abbatia Militiarum; vide ibidem pag. 534.

VIII. Prope Tudertum Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Michaelis Archangeli, Ordinis, ſeu Congregat. Vallis Umbroſæ, quod, authoritate Bonifacii VIII. Papæ, Epiſcopali, & Canonicorum menſæ Tudertinæ, circa annum 1296. conjunxit Nicolaus Epiſcopus Tudertinus; ut ait Ughell. tomo 1. pag. * 244.

IX. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Mariæ Novæ monialium, quod ann. 1458. unitum fuit menſæ Epiſcopali Tudertinæ, ut habetur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

X. Abbatia prope Tudertum tit. S. Laurentii, Ordinis S. Benedicti; ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis.

XI. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Agnelli in Epiſcopatu Tudertino, Ord. S. Benedicti, quod cum capellis, hominibus, & aliis pertinentiis ſuis, Urbanus III. Papa, qui ſedere cœpit anno 1185. confirmat Abbati S. Juliani de monte Spoletano, cujus Bullam edidit Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. cap. 35. pag. 711.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Pancratii in Turcella, intra limites Teatinæ Diœceſis, ut conſtat ex Bulla Alexandri III. Papæ, datâ ann. 1173. quam edidit Ughellus tomo 6. in Notitia Eccleſiæ Teatinæ.

Abbatia titulo S. Salvatoris de Turneto de Gerino, Ord. S. Baſilii, Diœc. Salernitanæ; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; in Principatu citeriori.

Abbatia S. Trinitatis de Turre; vide ſuprà litt. M. de Muſciola.

Abbatia titulo S. Baſilii de Turri, vulgò *della Torre*, Ordin. S. Baſilii in Calabria, cujus ad ann. 1613. mentionem facit Sylv. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi libro 1. pag. 67.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Vitalis in Turri, quod Gregor. IX. Papa confirmat Rogerio Tricaricenſi Epiſcopo per Privilegium datum anno 1237. vide Ughellum tomo 7. paginâ 198. erat, ut Tricaricum, in Capitanata.

Abbatia titulo S. Mariæ de Nive extra,

extra, & prope muros oppidi Turris Claræ, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Parmenſis, cujus Eccleſiam, ad inſtantiam conditoris, & dotatoris Petri Mariæ de Rubeis Berceti Comitis, in Abbatiam erigit, & Congregationi S. Juſtinæ de Padua ſubiicit Sixtus IV. Papa, Bullâ datâ ann. 1473. quam habes in Bullario Caſinenſi tomo 2. pagin. 630. Illam in propria ditione fundatam Abbatiæ S. Joan. Evangeliſtæ ſubjecerat fundator, ut narrat Bonav. de Angelis in Hiſtoria Parmenſi lib. 4. pag. 397.

Abbatia, ſive Monaſterium olim SS. Petri, & Severi, Ord. S. Benedicti in oppido Turris Majoris, Diœceſis S. Severi, nunc Rectoria eſt, ſive Præpoſitura nuncupata; ut refert Ughell. tomo 8. pag. 510. reperimus quemdam Mattheum Abbatem Turris Majoris an. 1118. *Torre Maggiore* in Capitanata tribus mill. paſſuum à S. Severo diſtans, versùs Solis Occaſum.

Abbatia tit. S. Petri de Turri, aliàs de Terra, Ordin. S. Benedicti, Diœc. S. Severi in Capitanata, dicitur nullius eſſe Diœceſis, & olim recenſebatur in Diœc. Civitatenſi. Ita Codex Taxar. D. Paſſionæi; quia nunc extat, poteſt credi diverſa à præcedenti.

Abbatia titulo S. Nicolai, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Turritanæ in Sardinia inſula, fundata anno 1230. ut refert Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordinis.

Abbatia S. Secundi de Turre Rubea; vide ſuprà litt. N. verbo S. Secundi de Nates.

Abbatia titulo S. Juſti de Tuſcanella, de cujus Abbate mentio fit in Bulla Gregorii IX. Papæ, datâ anno 1230. ut refert Ughellus tomo 2. pag. 816. & ad annum 1358. pag. 831. *Toſcanella* olim Tuſcania, & Epiſcopalis, nunc Diœceſis Viterbienſis in Etruriæ parte, Patrimonium S. Petri dictâ, decem paſſuum millibus Corneto diſtans, versùs Aquilonem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri, aliàs S. Juliani, monialium, Ordinis S. Claræ, Diœc. Tuſcanenſis, ſive Tuſcanellenſis, unitum menſæ Epiſcopali Viterbienſi, per Bullam Pii II. Papæ, Pontific. an. 3. Sal. 1460. ut refert Codex Taxar. Cam. Apoſt. In Patrimonio S. Petri.

Abbatia, ſeu Monaſterium titulo S. Agathæ ſubtus civitatem Tuſculanam, oblatum Cœnobio Caſinenſi circa an. 1060. ut fert Chronicon Caſinenſe lib. 3. cap. 19. Tuſculum, nunc vulgò *Fraſcati*, civitas in Latio, ſexdecim circiter millibns paſs. Româ diſtans, versùs Orientem.

Abbatia titulo S. Tutini, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Saonenſis; cujus anno 1456. Abbas erat Bernardus ex Marchionibus de Carreto, Albæ Pompejæ Epiſcopus, ut refert Ughell. to. 4. pag. 412. legendum S. Quintini, cujus ipſemet Abbas erat Commendatarius; vide ſuprà litterâ S. verbo S. Quintini de Spingo.

Abbatia titulo S. Venerei de Tyro, aliàs Portûs Veneris, Ord. S. Benedicti, Diœc. Lunenſis, unita Congreg. Montis Oliveti, de ea ſub tit. Abbatiæ Portus Veneris, de qua S. Gregorius Papa lib. 4. epiſt. 17. Codex Taxarum Cam. Apoſt. illam collocat in Diœceſi Januenſi, addens, cui unitum eſt monaſterium S. Venantii de Sperana, prope caſtrum Bolan, Ord. S. Benedicti, Diœ-

Diœceſis Lunenſis per litteras Eugenii IV. Pontificatûs anno 10. ad hujus elucidationem difficultatis ſciendum S. Venerium vixiſſe, & obiiſſe ſepultumque fuiſſe in loco, qui Tyrus Major dicitur,& ibid. ſub ejus nomine Eccleſiam ab Epiſcopo Lunenſi fuiſſe ædificatam; Lunâ verò civitate exciſâ, locus tranſiit ad Diœc. Januenſem, & Innocentius II. Papa Bullâ datâ anno 1133. quâ Januam in Archiepiſcopalem ſedem erigit, primo Archiepiſcopo S. Syro: ſic loquitur Abbatiam quoque de Tyro, ad meliorationem ſalvâ S. Romanæ Eccleſiæ proprietate, ac conſenſu, tibi Venerabilis frater Archiepiſcope Syre committimus, vide apud Ughellum tomo 4. pag. 1186. & 1200. ubi idem facit Alexander III. ann. 1171. obtigit adhuc huic Diœceſi per permutationem factam cum Epiſcopo Brugnatenſi anno 1519. erat antiquitus ſub titulo S. Mariæ, & S. Venerei, in inſula, quæ vocatur Tyrus; locus, quem nunc incolunt Olivetani, dicitur S. Maria Gratiarum, Eremus antiqua ab anno 1470. quo diceſſere à monaſterio S. Venerei; de ea Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 78. *Tyro* inſula non longè à ſinu *della Spezza*, cui vicinus Portus Veneris in Riparia Orientali Statûs Januenſis; hæc inſula olim Palmaria, poſt ab incolatu Sancti Venerei Veneria dicta, in mari Liguſtico, in ora portûs Lunenſis.

V

ABBATIA tit. S. Angeli in Vado, ſive S. Michaelis Archangeli, Ordinis Sancti Benedicti, Diœc. olim Urbinaten. & quatuor millib. paſs. ab Urbania civitate diſtans ad Vadum Metauri, vulgò *Metro* fluvii, ab Urbano VIII. Papa anno 1636. in Cathedralem erecta, cui cum Urbania unicus præſit Epiſcopus; vide Ughell. tomo 3. pagin. 985. ſita eſt in Urbini Ducatu, duodecim mill. paſs. Urbino diſtans, Occidentem hyemalem verſus.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Benedicti apud Vaccaricium, quod Paſchalis II. Papa, Pontific. anno 3. Sal. 1102. confirmat Madelmo Abbati S. Sophiæ apud Beneventum ſitæ; Bullam vide apud Ughellum tomo 8. pagin. 685. eadem Eccleſia, quæ ad annum 1099. pag. 456. dicitur eſſe in Caſtello Baccanici.

Abbatia S. Aroncii apud Vaccatarias; vide ſuprà verbo Braccarici.

Abbatia, ſive Monaſterium S. Valentini in territorio Comminenſi, cujus dependentiam à Caſinenſi monaſterio confirmat Pandulphus II. Capuanus Princeps, initio undecimi ſeculi; fuerat jam à multo tempore à Saracenis deſtructum, nec multo ante illud reſtauraverat Pontius quidam filius Allonis de Comitatu Marſorum; verba ſunt Chronici Caſinen. lib. 2. cap. 31.

vero-

veroſimile eſt fuiſſe in Marſorum Diœceſi.

In provincia Valeriæ, Abbatiæ, ſeu Monaſteria Sancti Equitii Abbatis, circa annum 560. Unum virorum prope Amiternum, aut Reate civitatem, alterum fœminarum, non longè à primo diſſitum, de his loquitur Sanctus Gregorius Papa Dialog. libro 1. cap. 4. erant ſub ejuſdem S. Equitii Regula, & antequam in Eremum ſecederet S. Benedictus. Provincia Valeriæ in Latio apud lacum Fucinum, & Marſos, ſitum vide in noſtris notis ad Martyrologium Romanum paginâ 166.

Abbatia Bronaſii de Vallano, aliàs de Capperina, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Lunenſis; de qua Codex vetus Taxæ Cameralis; forſan in regione, à Luna, Lunegiana dicta.

Abbatia titulo S. Benedicti Vallis Altæ, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Bergomenſis, cujus Epiſcopus Lanfrancus, in ejus monachos munificus fuit anno 1199. ut teſtatur Ughellus tomo 4. pag. 673. dicitque Ordin. eſſe Camaldulenſis, ſed in Codice Taxar. Cameræ Apoſtolicæ dicitur Ordinis S. Benedicti. In Codice verò Taxar. D. Paſſionæi ſic legitur S. Benedicti, ſeu S. Mariæ Vallis Altæ, ſeu de Vallata, Ord. S. Benedicti. Sic vetus Codex Taxæ Cameralis.

Abbatia S. Anaſtaſii de Valle, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; vide ſuprà litterâ A. verbo S. Anaſtaſii.

Abbatia titulo S. Mariæ de Valle Anglonis, olim S. Mariæ de Nuce, ſive de Nocer appellata, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Triventinæ; de ea Ughellus ad annum 1227. & Codex Taxarum Cam. Apoſt. quam Pandulphus Comes montis Oderiſii conſtruxit, & pluribus bonis ditavit; ut patet in documento donationis, quam anno 1130, confirmavit Rogerius I. Siciliæ Comes, & Italiæ Rex; vide prælaudatum Ughellum tom. 6. pag. 844. & 845. ut Triventum, ſita eſt in Comitatu Moliſii.

Abbatia tit. S. Bartholomæi Vallis, Ord. S. Benedicti, Diœc. Novarienſis; de qua Codex Taxar. Cam. Apoſtol. cui concordat vetus Codex Taxæ Cameralis; *Valle* quindecim paſs. mill. Novariâ diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri Vallis Bonæ, in territorio Moncipelli, quod anno 1225. Federicus Imperator confirmat Abbatiæ S. Mariæ de Pulſano. Diploma edidit Ughel. tom. 7. pag. 1131. veroſimile eſt fuiſſe in Capitanata.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Joannis de Valle Calvula in Comitatu Theleſino, quod an. 1096. Adelgrima Comitiſſa, filia Pandulphi Capuani Principis, relicta Raynaldi Comitis, tradidit Caſinenſi Cœnobio; ut refert Chronicon Caſinen. lib. 4. cap. 16. erat, ut Theleſia in Campania Felici, ſeu Terra Laboris.

Abbatia, ſive Monaſterium Vallis Canalis, Diœc. Amerienſis, ſive Amelienſis, unitum Eccleſiæ Cathedrali Amelienſi, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. in Umbria, ubi *Canale* vicus, à quo Vallis nomen deſumpſit, Ameriæ eſt ad Occidentem; fortè Abbatia titulo S. Valentini, Ord. S. Benedicti, Diœc. Amelienſis, de qua vetus Codex Taxæ Cameralis.

Ab-

Abbatia in Valle Caſtoriana, monialium ſub S. Equitio, vide ſuprà litt. C. verbo Cample.

Abbatia in Valle Caſtorienſi, aliàs Caſtorina, titulo S. Euticii, aliàs Mutii, Diœc. Spoletanæ, in Umbria, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ in Valle Caſtoriana Nurſiæ, ab ea ſex millib. paſs. diſtans, cujus ante annum 516. fundator, & primus Abbas fuit S. Spes, ejus verò ſucceſſor S. Eutitius, ante S. Benedicti tempora, hanc deinde incoluerunt monachi Benedictini; fuit olim celeberrima, & à Sancta Sede Apoſtolica immediatè dependens, data poſtmodum in Commendam, quam hodie tenent Seculares Presbyteri; vide Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 533. eadem ſanè cum Abbatia S.Titii, de qua ſuprà litt. T.

Abbatia Vallis Caſtri, Ordin. Camaldulenſis, de cujus Abbate mentionem facit Ambroſius Camaldulenſium Generalis, ad annum 1432. in ſuo Hodœporico pag. 11. Illam conſtruxit ſub invocatione S. Salvatoris, & S. Mariæ Virg. S. Romualdus, Ordinis, ſive Congregationis fundator. Dotavit Faroſfus Comes montis Martini, & Civitellæ, anno 995. primus Abbas fuit Gregorius quidam à Sancto Romualdo inſtitutus. Abbatialis titulus à Bonifacio IX. qui ſedebat anno 1389. extinctus, à ſucceſſore Innocentio VII. qui ſedit anno 1404. reſtitutus fuit; ibid. obiit S. Romualdus, à quo poſtea dicta, & facta eſt ſub invocatione S. Romualdi; vocatur aliquando Vallis Caſtæ, in Codice Taxarum Cam. Apoſtolicæ; perperam dicitur S. Blaſii de Belli Caſtro. In Agro Piceno, ſive Marchia Anconitana, ab oppido Fabriano ſex circiter millib. paſs. versùs Boream in Comitatu Camerino, in Mappis Anton. Magini *B. di San Romualdo*.

Abbatia titulo S. Mariæ de Vallecor, Ord. S. Benedicti, Diœc. Peruſinæ; de qua Ughellus ad annum 1432. quo Petrus ejus monachus, & Abbas factus eſt Bittectenſis Epiſcopus to. 7. pag. 932.

Abbatia titulo S. Mariæ Virginum de Valſeggio, monialium, Diœceſis Nucerinæ in Umbria, cujus Abbatiſſæ, & monialibus anno 1267. B. Philippus Epiſcopus Nucerinus dedit Eccleſiam S. Feliciſſimi Nuceriæ, quæ poſtea intra Nucerinam civitatem fuerunt, ad S. Joannis Eccleſiam introductæ, ut refert Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 1. pag. 113. ſita erat in Umbria.

Abbatia titulo S. Mariæ Vallis Foſſinæ, aliàs Fucinæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Camerinenſis; de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ. Lucas Wadinghus in Annalibus Seraphicis ad annum 1267. nu. 10. mentionem facit D. Salimbene Abbatis monaſter. Vallis Fecinæ; unita eſt Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ S. Severini per Innocentium Papam VII. Pontific. ann. 5. Salutis 1490. ut refert Codex Taxar. D. Paſſionæi; ſita videtur in Marchia Anconitana.

Abbatia titulo S. Mariæ de Valle Gloriæ, monialium, Ordinis olim Camaldulenſis, prope Abbatiam Sancti Sylveſtri in monte Subaxio, virorum ejuſdem Ordinis, cujus an. 1227. Abbatiſſa erat quædam Benedicta. anno verò 1230. introductus eſt ibi Ordo

ſive Regula S. Claræ, primaque Abbatiſſa fuit B. Balbina, tranſiere tandem moniales ad oppidum Hiſpelli; vide Ludov. Jacobilli de SS. Umbriæ to. 1. pag. 189. In Diœceſi Aſſiſienſi, in Umbria duobus paſſuum millibus prope Hiſpellum *Spello*, non longè à caſtello de Colle Lupino.

Abbatia Vallis Gratioſæ, Ordinis Ciſtercien. Diœc. Piſanæ, quàm Ordini Carthuſianorum unitam aſſerit Codex Taxarum Cameræ Apoſt.

Abbatia S. Alberti Vallis Ingiæ; vide ſuprà litt. B. verbo de Butrio.

Abbatia Vallis Introduci; vide ſuprà litterâ I. verbo S. Quirici de Introduco.

Abbatia, ſive Monaſterium Vallis de Lavino titulo SS. Fabiani, & Sebaſtiani, Ordinis S. Benedicti, quam Sixtus V. Papa Bullâ datâ Pontificatûs anno 4. Salutis 1588. univit Collegio Montis Alti apud Bononiam à ſe erecto, & fundato. Vide Bullarium to. 2. pag. 490. eadem eſt haud dubiè de qua ſuprà verbo Bononiâ, numero XX. *Lavino* fluvius à Meridie ad Aquilonem decurrens, diſtat quinque paſs. mill. Bononiâ, versùs Occaſum; & *Lavino* terra, ſive vicus fluvio inſidens Bononiâ diſtat octo paſſuum millibus, versùs Septentrionem, ſed paulò ad Occidentem.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Angeli in Valle Luci, quod olim Giſulphus Abbas conſtruxerat, cujus Eccleſiam jam vetuſtam Arenulphus Abbas Caſinenſis reſtaurans, titulo addito amplians, atque depingens poſſeſſionibus non parvis adauxit, & diverſas ibi ad monachorum utilitates officinas inſtituens, noſtratium monaſterium eſſe conſtituit, quod eatenus Græcorum extiterat; verba ſunt Chronici Caſinenſis lib. 2. cap. 31. è quibus conſtat priùs fuiſſe Ordin. S. Baſilii, poſtea S. Benedicti. Græci illi erant S. Nilus Abbas, & Socii, qui hinc ad Cryptam Ferratam demigravere; ubi S. Nilus obiit anno circiter 980. illud eſt monaſt. quod in Vita S. Nili vocat *Valle Luccia* Hieronym. Marafioti, *Croniche di Calabria* lib. 4. fol. 292.

Abbatia tit. Sancti Joannis Vallis Magnæ, Ord. ſeu Congreg. Camaldulenſis, quam Eugenius III. Papa ſub Sanctæ Sedis Apoſt. protectione poſuit anno circiter 1152. ut refert Auguſtin. Florentinus in Hiſtoria Camaldulen. lib. 2. cap. 13.

Abbatia titulo S. Marini de Valle, aliàs Monaſterium S. Martini in Valle, quod Alexander III. Papa Bullâ datâ ann. 1173. confirmat Andreæ Teatino Epiſcopo, & Innocentius III. Bartholomæo ejus ſucceſſori ann. 1208. Cum ejuſdem loci Abbate anno 1304. concordiam aliquam facit Petrus Teatinus Epiſcopus; vide Ughellum tomo 6. pag. 877. 886. & 920. *S. Martino* novem paſſuum millibus Teate diſtat, versùs Meridiem, in Aprutio citeriori.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Michaëlis de Valle ab Innoc. IV. Papa confirmatum Othoni Parentino Epiſcopo per privilegium datum anno 1248. quod habes apud Ughellum tomo 5. pag. 371. *S. Michiele* in Iſtria, quatuordecim paſſuum millibus Parentio diſtat, versùs Orientem.

Abbatia tit. S. Angeli Vallis Montonæ in Latio, Ord. S. Benedicti, in accliviori parte nemoroſi collis ſita,

quam

quam Comites loci, & Patroni Patribus Franciſcanis conceſſerant; ut refert Franciſc. Gonzaga in Hiſtor. Seraphica parte 2. pag. 183. *Valmontone* quatuor paſſuum millib. à Præneſtina civitate diſtat versùs Meridiem, & viginti quinque Româ, versùs Solis Ortum.

Abbatia titulo S. Felicis in Valle Naris, vulgò *di Narco*, Diœc. Spoletinæ in Umbria, quinque paſſ. millib. Spoleto diſtans, à quibuſdam civibus Spoletinis condita, cujus primus Abbas, & fundator fuit quidam S. Maurus, ſub Regula S. Benedicti, qui obiit anno 555. ſita eſt ad Narem fluvium, ibi per plurimos annos vixere monachi Benedictini, data poſtea fuit in Commendam, recedentibus denique monachis Clemens VII. Papa illam familiæ de *Lauri* Spoletinæ conceſſit, ſub titulo Prioratûs, & Parochiæ, ut obſervat Ludov. Jacobilli de Sanctis Umbriæ pag. 641. Vocatur vulgò *San Fele*, collocaturque ad dextram, & Occiduam Naris fluvii ripam, ab Anton. Magino in Mappis, & ad decimum à Spoleto milliarium; de utroque Sancto Felice, & Mauro feſtum agitur die 16. Junii.

Abbatia titulo S. Petri in Valle, Diœc. Tudertinæ, extabat ante tempora Martini V. Papæ, videlicet ante annum 1417. de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 3. pag. 311. vocat illam S. Petri in Vallibus, Ord. S. Benedicti.

Abbatia titulo S. Petri de Valle, Ordinis Sancti Benedicti, Diœceſis Cæſenatenſis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ, & Codex Taxarum D. Paſſionæi in Romandiola.

Abbatia titulo S. Mariæ de Valle Pia, prope urbem Finalenſem in riparia Occidua, Statûs Jannenſis in Liguria, Ordin. ſeu Congregat. Montis Oliveti in territorio Savonenſi; ubi imago B. Mariæ Virginis miraculoſa populorum peregrinationibus famoſiſſima, cujus initia aſſignantur an. 1476. quo data fuit monachis Olivetanis, datæ quoque ſunt illi plures Eccleſiæ, tum à Julio II. Papa. Abbatia S. Mariæ de Farneto, tum à Leone X. Abbatia monialium ſuper ripam Naulenſem ſita; vide plura apud Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 101.

Abbatia titulo S. Benedicti de Valle de Pierla, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Peruſinæ, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. dicitur etiam de Riſalce Valle, in Codice Taxarum D. Paſſionæi; *In Pierla* vicus quatuor paſſuum millib. à lacu Peruſino, versùs Aquilonem, & Peruſiâ ſexdecim paſſuum millibus Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia, ſive Monaſterium Vallis Pixii, videtur eſſe Diœc. Albæ Pompejæ in Lombardia; extabat ante annum 1266. ut aſſerit Ughellus tom. 4. pag. 408.

Abbatia titulo SS. Petri, & Pauli Vallis Planæ, Diœc. Albæ Pompejæ in Lombardia, extabat jam à tempore Eugenii IV. Papæ, qui ſedit anno 1431. de ea Codex Taxar. D. Paſſionæi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ Vallis Pontis, vulgò *Val di Ponte*, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Peruſinæ; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſtol. quod monaſt. cum omnibus juris-

juriſdictione, proprietatibus, & pertinentiis, Andreas Peruſinus Epiſc. in cujus Diœceſi erat, in manibus Benedicti IX. Summ. Pontif. remittit, in quodam Concilio habito Romæ anno 1036. vide Ughell. to. 9. pag. 920. Nunc dicitur Abbatia de Monte Abbatum, & Commendatarium habet Abbatem Secularem, ut teſtatur Lud. Jacobilli de Sanctis Umbriæ tomo 3. pagin. 44. ſita eſt inter Peruſiam, & Eugubium, ſex mill. Peruſiâ diſtans, versùs Boream; in Hiſtoria Epiſcopatûs Daventrienſis pagin. 143. ponitur ſub titulo S. Pauli ann. 1100. 18. Maii conſecrata, à Caſinenſibus Benedictinis habitata, & anno 1468. per Latinum Urſinum Cardinalem attributa Canonicis Regularibus S. Salvatoris in Lauro de urbe Roma.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ in Valle Porclaneci, quod Berardus Comes, filius Berardi Marſorum Comitis, circa annum 1080. obtulit Caſinenſi Cœnobio; ut refertur in Chronico Caſinenſi lib. 3. cap. 61. unde colligitur ſitum fuiſſe apud Marſos.

Abbatia titulo S. Petri Vallis Prælatæ, juxta lacum Vulſinium; de qua, & ejus Bonifacio Abbate, ejuſque monachis ad annum 908. mentio fit in Hiſtoria translationis corporis S. Margaritæ Virg. & mart. vide Ughellum tomo 1. pagin. 1058. Vulſinius lacus vulgò *di Bolſena* in Etruriæ parte, Patrimonium S. Petri dictâ.

Abbatia S. Mariæ Regalis Vallis; vide ſuprà litterâ G. verbo in loco Gaudi.

Abbatia titulo S. Mariæ in Valle Saxi, monialium, Ord. S. Benedicti, quæ, bello ingraveſcente, Fabrianum ſeſe receperunt, relictâ Eccleſiâ, & monaſterio, ubi S. Franciſcus Aſſiſinas ſuorum fratrum Cœnobium inſtituit, ſub tit. S. Mariæ de Valle Saxea; ut refert Lucas Wadinghus in Annalibus fratrum Minorum, ad ann. Chriſti 1215. num. 20. locus erat ad radices Apennini montis, & ad Æſis fluvii dexteram, quarto à Fabriano urbe milliario, in Marchia Anconitana.

Abbatia, ſive Monaſter. in Valle Segeſtina, titulo S. Victoriæ, quod in Bulla Alexandri III. Papæ, datâ anno 1172. exprimitur pertinere ad Abbatiam Placentinam S. Savini, ſita erat in Marchia Januenſi; vide Ughel. tomo 3. pag. 272.

Abbatia titulo S. Martini Vallis Serenæ dicta, Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Parmenſis, ad quintum à civitate lapidem, quam anno 1298. Gerardus de Blanchis Cardinalis Parmenſis ædificavit; ut teſtatur Ughell. to. 3. pag. 181. vocatur aliàs S. Martini de Bocciis, illam Bonifacius VIII. Papa Abbatiæ de Columba ejuſdem Ordinis obnoxiam facit, Pontificatûs anno 8. Salutis 1301. vide ibidem paginâ 227. aſſeritur prope fluvium Parmam poſita, civitati ad Auſtrum.

Abbatia titulo S. Spiritûs de Valle, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Tarentinæ, condita anno 1225. nunc deſtructa; evocati fuerant monachi ex Abbatia S. Mariæ de Ferraria, Theanenſis Diœceſis; vide Ughellum tomo 9. pag. 186. erat, ut Tarentum in terra Hydruntina, vulgò *d'Otranto*.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri Apoſt. quod, ipſo jubente, in ejus honorem conſtruxit Deſiderius

Rex

Rex Longobardorum in Valle Tritana, juxta Siler fluvium, cui dotem, & poſſeſſionem tribuit quidquid continetur in conjunctione duorum fluminum, &c. & Abbatiæ S. Vincentii de Vulturno, & Taſoni ejus Abbati, cum Anſa Regina conſorte conceſſit; ſic refert Ughellus tom. 6. pag. 475. obiit Taſo ann. 739. vocatur Abbatia S. Petri ad Oratorium de Capiſtrano, ſive prope oppidum Capiſtrani in Comitatu Valvenſis provinciæ, quæ nunc Abbatem habet Commendatarium; ut ait idem Ughellus tomo 9. pag. 710. hinc vides poſſe eandem eſſe cum ea, de qua ſuprà verbo Capiſtrani.

Abbatia in Valle Ville altera, Diœceſis Bergomenſis, à Bergomo decem milliariis diſtante, quem locum Gregorius Epiſcopus dedit Sancto Bernardo, qui domûs fundamenta jacere exorſus eſt, & Anpino primo Abbate anno 1131. Bergomum adducto, Ordin. Ciſtercienſis, cui, de conſenſu Cleri ſui, omnem vallem attribuit idem Epiſcopus, plurimaque alia bona conceſſit, vide Ughellum tomo 4. pag. 656. diverſa eſt ab Abbatia Villaltæ.

Abbatia, ſive Monaſterium monialium, nunc titulo S. Mariæ Vallis Viridis, olim verò titulo S. Laurentii Joviſaltæ, quod ann. 1200. ædificavit, & dotavit Sicardus Cremonenſis Epiſcopus in ſua Diœceſi. Boniſque auxit, & à Sicardo conceſſa confirmavit ejus ſucceſſor Homobonus; vide Ughell. tomo 4. pag. 823. & 824.

Abbatia celeberrima tit. S. Mariæ Vallis Umbroſæ, caput ejuſdem Ord. ſive potiùs Congregationis, ſub Regula S. Benedicti, cujus fundator fuit circa annum 1010. S. Joannes Gualbertus in Diœceſi Feſulana, in loco olim Aquabella dicto, profundo, & arboribus obſito, unde nomen accepit Vallis Umbroſæ, quemque prælaudato Sancto dederat nobiliſſima Itta Hilarianæ domûs Abbatiſſa, quam ab Epiſcopi juriſdictione exemerunt plures Romani Pontifices, duodecim diſtat à civitate Florentina paſſ. millibus Orientem æſtivum versùs in Etruria; vide Ughellum to. 2. pag. 283. & 284. ubi refert Bullam Alexandri III. Papæ datam anno 1176. ubi plurima recenſetur hujus Congreg. monaſteria.

Abbatia titulo S. Mariæ de Valle Urſis, ſive Urſi, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Acheruntinæ, ut refert Pax Jordanus in ſuo Abbatiar. Catalogo. Cod. Taxarum D. Paſſionæi addit aliàs de Valle Viſis terræ Petræ Pertuſæ, aliàs de Petra Precioſa, illud monaſterium in Diœceſi erat Matheranenſi, unita Acheruntinæ, in provincia Baſilicatà dictà.

Abbatia, ſive Monaſter. S. Petri de Vamſella, cujus monachis aliquas terras attribuit Otho Albingaunenſis Epiſcopus, qui ſedebat anno 1125. ut refert Ughellus tomo 4. pag. 1265. colligitur non diſtantem fuiſſe ab Albingauno in Liguria.

Abbatia tit. S. Mariæ in loco Vangaricie, quam cum dominio, & conſecratione Abbatum donat Eccleſiæ Ravennati Otho IV. Romanorum Imp. ut conſtat ex diplomate apud Ughell. tomo 3. pag. 375. non alia, ut reor, ab Abbatia S. Mariæ de Vangadicia, Ord. Camaldulenſis, Diœc. Adrienſis in Ravennatenſi provincia, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ; dici-

dicitur etiam Vangadiſiæ; ſita inter Ligniacum, & Rodigium, data fuit in Commendam. Ejus Abbas an. 1050. erat quidam Petrus; ut refert Ughell. tomo 5. pagin. 1109. de ea ſæpe Ambroſius Generalis Camaldulen. in ſuo Hodœporico, Congreg. Camaldulen. unita fuit ann. circiter 1215. unde clarum eſt primitus fuiſſe, Ordin. S. Benedicti. Ejus Commendatarius Abbas fuit Petrus Otthobonus Cardin. qui poſtea Alexander Papa VIII.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ in *Vanze*, aliàs *Banze*, quinque circiter millib. paſſuum ſuper Ferentum, & duodecim circiter ſuprà Venuſiam, de quo Chronic. Caſinen. lib. 1. cap. 7. ſitum eſt in finibus Acerentiæ, in Capitanata; an non ipſa Bantium? de qua ſuprà litt. B. S. Maria *de Vanze* ſeptem millibus paſſuum Acheruntiâ diſtat, versùs Boream.

Abbatia S. Mariæ in Vanzo, vide ſuprà litt. P. verbo Padua num. V.

Varolæ Abbatia, ſeu Monaſterium monialium Ordin. Ciſtercienſis, quas Ugo de Seſſa Vercellenſis Epiſcopus ann. 1224. è Brione in Eccleſiam Sancti Joannis Varolæ tranſtulit; vide Ughellum tomo 4. pag. 1102. in Dominio Vercellenſi.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Uccellaria in territorio Caſtri Calvelli, quod Abbatiæ S. Mariæ de Pulſano confirmat Fredericus II. Imperator, diplomate dato an. 1225. apud Ughellum tomo 7. pagin. 1131. forſan in Capitanata.

Abbatia titulo S. Chriſpoldi de Vectonia; vide ſuprà litt. B. verbo Bettonia.

Abbatia tit. S. Mariæ de Vedano, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Mediolanenſis, cui unitum eſt monaſterium Sanctæ Agathæ Horoni per litteras Sixti IV. Papæ, Pontificatûs anno 2. Salutis 1472. ut refert Codex Taxar. Cam. Apoſt. *Vedano* viginti octo paſs. mill. Mediolano diſtat, Occidentem æſtivum versùs, ſuper *Olone* fluvium,

Abbatia titulo S. Petri de Vega; vide ſuprà litt. D. verbo de Deca.

Abbatia Velamanenſis, quam Aquilejenſi Patriarchæ Valrico confirmat Alexander III. Papa, privilegio dato anno 1177. quod refert Ughellus to. 5. pag. 59.

In Veliternenſi civitate Abbatia tit. S. Rufi. Ord. S. Benedicti, cujus monachus, & Abbas erat ante ann. 1126. quo Epiſcopus Sabinenſis factus eſt, Corradus de Suburra, qui poſtmodum Summus Pontifex Anaſtaſius IV. vide Ughellum tomo 1. pag. 184. & Sylv. Maruli lib. 1. pag. 81. ejus Abbatem fuiſſe credunt S. Geraldum Velitrarum Epiſcopum; monachis extinctis, locus datus eſt patribus S. Franciſci, paulò poſt annum ejus obitûs, videlicet 1226. quem hodie poſſident Patres ejuſdem Ordin. Conventuales nuncupati, ut aſſerit unus ex illis Bonaventura Theuli Velletranus in Theatro Hiſt. di Velletri pag. 157. & pag. 288. Velitræ, vulgò *Velletri* in Latio, ſex millibus paſſuum Albano diſtans, versùs Orientem.

II. Velletri Abbatia titulo S. Bartholomæi, Ord. S. Baſilii, cujus etiam hodie nomen ſervatur in regione civitatis *della Faggiola* dicta; extabat anno 1171. ſub tit. Sanctæ Mariæ unde conjectatur ex duplici titulo, duplex fuiſſe monaſterium; virorum unum, alte-

alterum monialium, ejus bona poſſident monachi Cryptæ Ferratæ in Latio. Creditur primum illorum monaſterium fuiſſe, ubi nunc eſt Eccleſia S. Salvatoris, poſſidebant olim monaſterium S. Cæſarii, & monaſt. S. Thomæ; receſſerant monachi, ſed ſub Paulo V. Papa reverſi ſunt, dataque eſt illis Eccleſia *della Vialata*, de qua infrà. S. Bartholomæi Eccleſiam nunc poſſidet Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus; vide Bonav. Theuli, in Theatro Hiſtor. *di Velletri* pagin. 175. 297. & 302.

III. Velletri prope civitatem Abbatia titulo S. Mariæ *dell'Horto*, monialium Ordin. S. Benedicti, quarum ultima Abbatiſſa fuit ſoror Victoria, filia Rinaldi Ceci Velletrana, quando propter bella ann. 1443. ſeſe moniales in civitatem receperunt, relicto monaſterio, quod per Breve Eugenii IV. Papæ, dato anno 1445. attributum eſt Patribus Eremitis Ord. S. Auguſtini, cum omnibus ejus bonis, & cum onere moniales quoad vixerint nutriendi, quodque etiam nunc poſſident, cum imagine B. Mariæ Virg. à S. Luca depicta, & miraculis celebri; vide Bonavent. Theuli in Theatro Hiſtor. *di Velletri* pag. 298. 299. & 303.

IV. Prope Velletri civitatem, ad duo milliaria, Abbatia, ſive Monaſt. tit. S. Martinæ, monialium Ordinis S. Benedicti, quod propter, & terræ motus, & bella extinctum eſt; moniales verò cum omnibus bonis unitæ ſunt Abbatiæ S. Mariæ *dell' Horto*, per Bullam Clementis VI. Papæ datam anno 1351. ſitum erat in via, qua tenditur Albanum, & civitati ad Occidentem, derelictum fuerat an. 1331. Locus nunc poſſeſſio eſt familiæ *de Colussi*; vide Bonav. Theuli in Theatro Hiſt. *di Velletri* pag. 298. & 301.

V. Prope Velitras Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Thomæ, Ord. S. Baſilii, quod olim poſſidebant monachi Abbatiæ S. Bartholomæi Veliternæ, ejuſdem Ordinis; ut obſervat Bonavent. Theuli in Theatro Hiſtor. *di Velletri* pag. 297.

VI. Prope Velletrum Abbatia tit. S. Mariæ in Via lata, ad medium à civitate milliarium, Ord. S. Baſilii, primitùs ſimplex Sacellum erat, poſt à Filomena Borgia nobili fœmina Eccleſia conſtructa eſt, in quam an. 1621. per Veliternenſem Epiſcopum Cardinalem Antonium Soli introducti ſunt monachi Græci, nunc Abbatia eſt, & monachi numeroſi; plura vide apud Bonavent. Theuli in Theatro Hiſtor. *di Velletri* pag. 297. & 304.

VII. Velitris Abbatia tit. S. Claræ, Ord. S. Franciſci, fundata paulò poſt mortem ejuſdem Sanctæ, nam inter Scripturas hujus monaſt. reperitur inſtrumentum factum anno 1274. in quo mentio fit de Abbatiſſa, & monialibus. Anno 1484. inſtituta fuit una Abbatiſſa extranea, per Paulum Urbevetanum miniſtrum Provincialem ejuſdem Ordinis, & anno 1528. Clemens VII. Papa, perpetuam conſtituit Abbatiſſam Eliſabetham Florentinam, monialem S. Sylveſtri de Urbe. Unitum jacet mœnibus civitatis, ſuntque pluſquam quadraginta moniales; fuſiora vide apud Bonav. Theuli in Theatro Hiſtor. *di Velletri*; pag. 299.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Marci de Vena, Ord. Ciſtercienſis, cujus

cujus monachis leges obſervandas conſtituit Bonus-Joannes Aſculanus Epiſcopus, qui ſedit anno 1285. ut aſſerit Ughellus tomo 1. pag. 526. hinc clarum eſt Aſculanæ fuiſſe Diœceſis, in Piceno: loca duo prope Aſculum *Vena* dicta, *Vena rotta* 4. milliariis ad Occaſum, *Vena à martello* quinque milliariis ad Occidentem hyemalem.

Abbatia, ſive Monaſt. S. Stephani de Venaco in Corſica inſula, quod Gelaſius II. Papa anno 1119. per Bullam ſuam declarat pertinere ad Abbatiam S. Mamiliani in monte Chriſto; ut refert Ughellus tomo 2. pagin. 438. idem aſſerit Alexander VI. Bullâ datâ Pontific. anno 9. Sal. 1501. vide Hiſt. Camaldulen. lib. 2. cap. 29. pag. 186. ubi vocatur S. Stephani de Venacho.

Abbatia titulo S. Joannis Baptiſtæ de Venda, Ord. ſeu potiùs Congreg. Montis Oliveti, Diœc. Patavinæ in clivo montis Vedani ad Auſtralem plagam, apud Euganeos montes; erat priùs Eremitorium celebre ſub titulo S. Michaëlis Archangeli; de ea loquitur Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 44. mons *Venda* novem circiter paſſuum millibus Patavio diſtat, versùs Meridiem.

Abbatia, ſive Monaſter. S. Joannis in Venere dictum, S. Joanni Baptiſtæ Sacrum, nullius Diœc. à Traſamundo Comite, Traſamundi Marchionis filio conditum, & fundatum, tempore S. Benedicti, cui donationem factam per Placidum ſuum nepotem plurium caſtellorum, & locorum confirmat Imperator Juſtinianus. Ordinis primitùs S. Benedicti, de ea ad annum poſtea 1057. mentio fit in Chronico Caſinenſi lib. 2. cap. 89. extat in ejus favorem privilegium Henrici III. Imperatoris de anno 1048. Bullæ quoque plurimorum Summorum Pontificum, & diplomata Imperatorum; de Abbate S. Joannis in Venere mentio fit ad annum 1108. apud Ughell. tom. 5. pag. 1491. plures ad hanc Abbatiam pertinere Eccleſias conſtat ex Bulla Innocentii IV. Papæ, datâ anno 1252. Præcipuus reſtaurator fuit ejus Abbas Oderiſius S. Rom. Eccl. Cardinalis Subdiaconus, qui Abbatiam per quadraginta novem annos rexit, & Ecſiam nobiliſſimæ, ut adhuc viſitur, ſtructuræ, ædificavit anno 1165. & in frontiſpicio ad latus Evangelii leguntur hodie hæc verba.

Ordinis, & Veneris magnus Oderiſius iſte
Abbas Cardinalis Ortus de colle Petrinis.
Feliciter præfuit annis XL. novemque
MCC. Domini quoque IV. ann.

Abbatiâ ab ipſiſmet monachis, propter bellorum motus, derelictâ, data fuit in Commendam per perſonis melioris notæ, & aliquando Cardinalibus, qui primus reperitur Commendatarius Abbas an. 1477. Lactantius Urſinus, ultimus Gregorius Navarra, ad cujus preces Sixtus V. Papa Bullâ datâ anno 1585. illam perpetuò univit Congregationi Oratorii Almæ urbis Romæ, ſive S. Mariæ de Vallicella, aliàs, & vulgò *la Chieſa nuova*. Quæ anno 1609. ſub annua penſione illam liberè ceſſit domui probationis PP. Societatis Jeſu civitatis Adrienſis; tandem per regreſſum prælaudata Oratorii Congregatio lite præviâ, apud Sacrum Rotæ Romanæ Tribunal, cujus deci-

deciſiones vide 786. 810. 1296. & 1327. coram Coccino, denique factâ cum Reverendiſſimo Vitelleſchi PP. Societatis Jeſu Generali tranſactione, Abbatiam recuperavit anno 1617. & etiam hodie poſſidet. Plura, & fuſiora videre potes in ejus deſcriptione MS. facta per Patrem Joannem Benedictum Coloti ejuſdem Congregationis Sacerdotem, dum Viſitatoris ejuſdem Abbatiæ fungebatur officio ann. 1689. ſita eſt non longè à portu Veneris, à Fano Veneris nomen ſortito, unde aliquando dicitur Abbatia S. Joannis Veneris in Adria, in agro Lancianenſi, in Diœceſi Theatina, ubi fluvius Sarus, ſive Sacer, vulgò *Sangro* Adriaticum mare ingreditur, apud ſiniſtram, & Occiduam fluvii ripam in Aprutio citeriori, quinque paſſuum millibus Lanciano diſſita, versùs Boream.

Venetiæ, ſive Venetia civitas, poſt Aquilejæ excidium extructa, Epiſcopalis, poſtea Patriarchalis, ſede Gradenſi Patriarchali ad eam translatâ, ſuper palis in terra ſub aqua defixis extructa, inter ſtagna Adriatica, florentiſſimæ Reipublicæ caput. Ibi.

I. Abbatia titulo S. Antonii de Vienna; Canonicorum Regularium S. Auguſtini Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, quæ eis ſub Sixto IV. Papa tradita fuit anno 1471. ut fert Catalogus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis fuit primitùs hoſpitale, deinde Eccleſia, cujus fundator, & primus Prior fuit Franciottus *de gli Abbati*; anno 1346. majorem loci partem conſtruxit familia Piſana, magnificentiſſimè reſtruxit Grimana familia. Sita eſt in regione *di Caſtello*; fuſiora vide apud Sanſovinum in ſua Venetia libro 2. pag. 111.

II. Abbatia titulo S. Antonii, monialium, Ordinis S. Benedicti, ubi ferunt aſſervari unum è clavis D. Noſtri Jeſu Chriſti, & corpus S. Chriſtinæ Virg. è monaſterio S. Marci de Amiano huc aſportatum; ut refert Ughellus tomo 5. pag. 1431. & 1447. huic monaſterio ſubjiciuntur quinque Parochiales Eccleſiæ, Diœc. Cenetenſis; vide ibidem pag. 202.

III. Venetiis Abbatia tit. S. Bartholomæi, unita Patriarchatui Gradenſi, nunc Veneto, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicę verbo Caſtellanus, Diœceſis Venetiarum.

IV. Abbatia titulo S. Claræ, monialium Clariſſarum Urbaniſtarum, quam anno 1234. conſtruxit Beata Agnes S. Claræ ſoror uterina, prima verò Abbatiſſa fuit ſoror Auria Aſſiſii profeſſa; ut obſervat Franciſcus Gonzaga in Hiſtoria Seraphica parte 2. paginâ 319.

V. Abbatia titulo S. Clementis, Diœc. Venetiarum, ut refert Codex Taxarum Cam. Apoſt. unita Congregationi Canonicor. Regularium Lateranenſi, Eccleſiam Sancti Clementis in Venetia Joanni Patriarchæ Gradenſi confirmat Innocentius III. Papa anno 1200. apud Ughellum tom. 5. pagin. 1207. fuitque primò hoſpitalis domus, tandem fratres ibi ſunt de Charitate dicti; de hac Eccleſia in regione S. Crucis poſita Sanſovinus li. 5. pag. 169.

VI. Abbatia titulo S. Crucis *della Judaica*, Ordinis S. Benedicti in civitate Venetiarum, ita Codex Taxarum

Cam. Apoſtol. diverſa eſt ab Eccleſia S. Crucis in Luprio, quam ad Cœnobium ædificandum anno 1119. conceſſit Baduarius Abbati S. Mariæ de Charitate, Ordin. Cluniacenſis; vide Ughell. tomo 5. pag. 1312. ſive monaſterium Sanctæ Crucis, quod anno 1144. Lucius II. Papa confirmat Joanni Polano Caſtellano, hoc eſt Venetiarum Epiſcopo, ibid. pag. 1321. Sanſovinus lib. 6. folio 190. loquitur de Eccleſia S. Crucis *della Giudecca*, monialium Ord. S. Benedicti; *la Giudecca* inſula eſt in regione civitatis *Dorſo duro* dicta.

Abbatia titulo S. Danielis, vide infrà verbo S. Gregorii in littore Pincto num. IX.

VII. Abbatia, ſive Monaſterium, quod Joanni Polano Caſtellano, id eſt Venetiarum Epiſcopo confirmat Lucius II. Pontifex Max. Bullâ datâ anno 1144. quam edidit Ughellus to. 5. pag. 1321.

VIII. Venetiis Abbatia tit. Sancti Georgii Majoris, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Caſtellanæ, hoc eſt Venetiarum, quæ, propter reliquias S. Stephani in ejus Eccleſiam allatas, fuit etiam S. Georgii, & S. Stephani nominata. Initium ſumpſit an. 982. à Joanne Mauroceno nobili Duce, qui in ea monaſticam vitam duxit, & propagavit, atque Abbatis officio functus deceſſit. Inſulam, & S. Georgii jam extantem capellam ad Cœnobium condendum dedit Memmus Tribunus, donationis inſtrumentum refert Ughellus tomo 5. pag. 1272. & ſeqq. ubi ejus privilegia recenſentur. Ejus Abbati Gerardo ſcribit Innocent. VI. Papa, Pontific. anno 8. Salutis 1360. ibidem pag. 111. fuit per Martin. V. Papam unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua; anno 1429. fuit data in Commendam. Abbatis Commendatarii titulum dimiſit anno 1441. Gabriel Cardinalis Condulmerius. Eſt omnium civitatis Abbatiarum pulcherrima, ſita in regione S. Crucis; de ea Sanſovinus lib. 5. pag. 166.

IX. Venetiis Abbatia, ſive Monaſterium in Eccleſia S. Georgii in littore Pincto, quam Henricus Gradenſis Patriarcha Ciſtercienſib. monachis ad Cœnobium conſtruendum dedit, & divitiis auxit, conſtituto ibidem Abbate Beato Daniele Molina, in cujus honorem, & memoriam Eccleſiæ huic S. Danielis poſteri nomen fecere. Anno 1133. Joannes Polanus Caſtellanus, ideſt Venetiarum, Epiſcopus plurima illi bona conceſſit, approbante Innocent. II. Papa. Diu Ciſtercienſes illud incoluere, quibus exactis, traditum eſt monialibus, Ord. S. Benedicti incolendum, ubi hactenus Deo famulantur ſub titulo Abbatiæ Sancti Danielis Prophetæ, ut obſervat Ughel. tomo 5. pag. 1202. proxima erat Sancti Danielis Prophetæ Eccleſia; ibid. pag. 1267. & 1318.

X. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Georgii in inſula Veneti ſinûs, quam in Alga, ſeu Alega dicunt, pro monachis Benedictinis olim conſtructum, quod poſtea S. Auguſtini ſectatoribus dicatum, inde Canonicis Secularibus ceſſit; quos vulgò S. Georgii in Alga vocant, factumque caput Congregationis cognominis, cui plures unitæ ſunt Abbatiæ, ut aſſerit Ughell. tomo 5. pag. 1339. Initium ſumpſit hæc Congreg. an. 1404. ſub Boniſ. IX. Papa,

Papa, ab Antonio Coriario, & Gabriele Condulmerio Venetis patritiis, Ibidem pag. 1353. ibi ſanctitate floruit S. Laurentius Juſtinianus primus Patriarcha Venetus, ab Alex. VIII. in Sanctorum numerum anno 1690. relatus; hæc Eccleſia, quam de Alega vocat Franc. Sanſovinus lib. 5. folio 175. ſita eſt in regione S. Crucis.

XI. Venetiis Abbatia titulo Sancti Gregorii, ſita in regione, vulgò *Dorſoduro* nuncupata; cujus Eccleſia ædificata eſt per familiam Paſquaſam, ejus primus Abbas fuit, & reſtaurator Bartholomæus Paruta, poſt Epiſcopus per Calljſtum III. Papam circa annum 1456. inſtitutus, data eſt in Commendam, cujus anno 1604. Abbas erat Leonardus Barbarus nobilis Venetus, qui ibi capellanum inſtituit, eſtque pariter Eccleſia parochialis de qua Sanſovinus lib. 6. fol. 181.

XII. Venetiis Abbatia tit. S. Helenæ, Ordin. ſeu Congregat. Montis Oliveti, ſub Regula S. Benedicti, de qua Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo verbo Caſtellan. in Venetiarum Patriarch. fundata eſt anno 1420. per Alexandrum Boromæum nobilem Florentinum, ibi conſervatur corpus S. Helenæ, quæ à populo *S. Lena* vocitatur, matris Conſtantini Imperat. De hàc Abbatia ſita in regione S. Crucis fusè tractat Franciſcus Sanſovinus libro 5. pagin. 171. fundatorem fuiſſe Thomam Tolentinum aſſerit Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato.

XIII. Venetiis Abbatia titulo S. Hilarii, Ord. S. Benedicti in inſula, vulgò Rivi Alti nuncupata, Diœceſis Olivolenſis, hoc eſt Venetæ, ſic enim vocabatur Epiſcopatus tempore Angeli, & Juſtiniani Ducum provinciæ Venetæ; monachis Abbatiæ S. Servuli huc migrantibus, & monaſterium ædificantibus. Translatio, & inſtitutio à prælaudatis Ducibus facta eſt anno 819. cujus inſtrumentum profert Ughellus tomo 5. pagin. 265. & 435. ubi dicitur Abbatia SS. Hilarii, Georgii, & Benedicti. Sicque intitulatur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. verbo Caſtellanus. Poſita eſt inſula dicta *delle Gambarare*; ut obſervat Sanſovinus in Chronico.

XIV. Venetiis Abbatia titulo S. Jacobi, monialium, Ord. Ciſtercienſis, in æſtuariis, inter Muranum, & Majorbum, apud Venetos. Erat priùs Xenodochium ab Urſo Baduario conſtructum, & dotatum; ita teſtatur Ughellus Ciſtercienſis to. 5. pag. 1319.

XV. Venetiis Abbatia tit. Sancti Joannis Evangeliſtæ, monialium Ordinis S. Benedicti, quam circa annum 635. Catholicæ mulieres vitam monaſticam eligentes, cum favore multorum procerum condiderunt; vide Ughellum tomo 5. pag. 1432. & ibi, ſupplicante Felice Abbatiſsâ, Ducis Venetiarum filiâ, anno 1009. corpus S. Barbaræ Virginis, de Eccleſia S. Marci ſumptum huc translatum, & reconditum eſt. Illam Urbanus III. Papa anno 1186. Leonardo Venetiarum Epiſcopo confirmat, & hoc idem privilegium renovat Eugenius IV. anno 1436. vide ibidem pag. 1437.

XVI. Abbatia titulo S. Joannis in littore Venetiarum, Ord. S. Benedicti, Diœc. Caſtellanæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. concordat vetus Codex Taxæ Cameralis.

XVII. Venetiis Abbatia monial.

quas in Eccleſia S. Laurentii poſuit Ducis Angeli filius Urſus, Olivolenſis, hoc eſt Venetiarum Epiſcopus, qui ſororem ſuam Romanam primam inſtituit Abbatiſſam an. 841. vide Ughel. to. 5. pag. 1267. fuerunt ibi primitùs monachi, nunc moniales Ord. S. Benedicti; ſita eſt ſuper inſulas Gemellas dictas, in regione Caſtelli; de ea Franciſcus Sanſovinus pag. 133. ſibi ſubditam habet parochiam S. Severi.

XVIII. Abbatia titulo S. Leonis Venetiis, monialium Ordinis S. Benedicti; hujus Abbatiſſæ anno 1108. traditum eſt monaſterium derelictum S. Servuli, ab Abbate S. Hilarii, aſſentiente Vitale Venetiarum Epiſcopo, ſicut affirmat Ughellus tomo 5. pag. 1313.

XIX. Venetiis Abbatia titulo S. Mariæ *dell'Annunciata*, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Caſtellanenſis, hoc eſt Venetiarum; ut habetur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. verbo Caſtellanus.

XX. Venetiis Abbatia tit. S. Mariæ de Charitate, à Marco Juliano viro clariſſimo conſtructa anno 1119. in qua ſub Innocentio II. Papa, qui ſedit anno 1130. collocati ſunt Regulares Canonici, ut refert Ughellus tomo 5. pag. 1315. unita aſſeritur Congregat. Lateranenſi in Taxar. Codice; fuerat membrum Congreg. Portuenſis, deinde introducti Frigdionarii, tandem Lateranenſes. Abbatiali dignitate inſignita eſt per Pium V. Papam anno 1566. de ea Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 12. de ejus Abbate Franciſcus Sanſovinus ad annum 1121. pag. 110. & de ea expreſsè lib. 6. pagin. 185. ſita eſt in civitatis regione *Dorſo duro* nuncupatâ.

XXI. Venetiis Abbatia S. Mariæ de Cœleſtia, monialium Ordin. Ciſtercienſis, tempore Marci Michaëlis Venetiarum Epiſcopi, qui ſedebat ann. 1225. inchoata à quibuſdam monialibus Sanctæ Franchæ Placentinæ alumnis; ac Abbatis Claræ vallis Columbæ correctioni ſubjecta; ut refert Ughellus tomo 5. pagin. 1334. de hoc monaſt. ſub titulo *S. Maria Celeſte* loquitur Sanſovinus folio 129. Eccleſia cum toto ferè monaſt. anno 1569. vicini Arſenalis incendio, in cineres redacta; fuit ann. 1582. reſtructa, novæ deſcriptionem refert idem Sanſovinus folio 426.

XXII. Venetiis Abbatia vetuſta titulo S. Mariæ Glorioſæ, cognominata *de i frati*, olim monachorum Alborum, quam S. Franciſcus huc veniens à Domino obtinuit ſub Duce moderante Henrico Dandulo, quia cæteras civitatis Eccleſias amplitudine ſuperat à populo vocatur *la Cà grande*; fuſiora vide apud Franciſcum Sanſovinum lib. 4. folio 156. ſita eſt in regione Sancti Pauli, & ſub cura fratrum S. Franciſci.

XXIII. Venetiis Abbatia titulo S. Mariæ de Virginibus *delle Vergini* cognominata, olim S. Mariæ in Hieruſalem dicta, monialium Ord. S. Auguſtini, fundata anno 1177. ab Alexandro III. Summ. Pont. à Frederico Barbaroſſa Imperatore, & à Sebaſtiano Ziano Veneto Principe. Prima Abbatiſſa fuit Julia ejuſdem Imperatoris filia. Monaſterium anno 1375. igne conſumptum, fuit à Senatu Veneto magnificentiùs reparatum; ſita eſt in regione *Seſtiero* Caſtelli dicta; de

de ea Franciſcus Sanſovinus fol. 126.

XXIV. Venetiis Abbatia titulo S. Mariæ de Orto, Diœc. Caſtellanenſis, hoc eſt Venetiarum, de qua Cod. Taxarum Cam. Apoſt. verbo Caſtellanus. Antiquitus vocabatur S. Chriſtophori, Ordin. Canonicorum Regularium, qui cæruleis amiciuntur veſtibus, Congreg. S. Juſtiniani; ſita eſt in ipſa Venetiarum civitate in regione, quæ vulgò vocatur *di Canaregio*, de ea Franciſcus Sanſovinus lib. 3. folio 145. hujuſce domûs, ſive Ordin. fuit S. Laurentius Juſtinianus, primus Venetiarum Patriarcha, fuerat olim Ordinis Humiliatorum, poſtea Canonicis Regularibus data eſt an. 1462.

XXV. Venetiis Abbatia titulo S. Marthæ, monialium Ord. S. Auguſtini, per familiam de *Salomoni* conſtructa in regione civitatis *Dorſoduro* dictâ, & in extrema civitatis parte; de qua loquitur Franciſcus Sanſovinus lib. 6. pag. 190.

XXVI. Abbatia tit. SS. Nazarii, & Celſi, Ord. S. Benedicti, Diœceſis, aut civitatis Venetiarum, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. verbo Venetiarum Patriarch.

XXVII. Venetiis Abbatia, ſive Cœnobium titulo S. Nicolai in littore, Ord. S. Benedicti, in quo Veneti credunt Sacra lypſana S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi requieſcere, ut refert Angelus de Nuce in notis ad Chronicon Caſinen. num. 1541. hanc Abbatiam anno 1043. conſtruxerunt Dominicus Contarenus Venetiar. Dux, & Dominicus Gradenicus Epiſcopus, in littore Olivolenſis inſulæ, vide Ughell. to. 5. pag. 1286. & pagin. 1323. ubi refert privilegium Urbani III. Papæ, anno 1186. in ejus favorem datum; unita fuit Congreg. S. Juſtinæ de Padua, per Nicolaum V. Papam anno 1451. ſita eſt in regione Sanctæ Crucis; de ea Sanſovinus lib. 5. pag. 174. vocatur vulgò S. Nicolai de Lido.

XXVIII. Abbatia, ſive Monaſt. titulo S. Salvatoris Venetiæ, Canonicorum Regularium ſub S. Auguſtini Regula, quam Bonfilius, hujus Eccleſiæ Vicarius, cum ſuis Secularibus Clericis eſt amplexatus, rem promovente Joanne Polano Venetiar. Epiſcopo, & approbante Innocentio II. Papâ; vide Ughellum tomo 5. paginâ 1318. data eſt tempore Eugen. IV. anno 1442. Canonicis Regularibus Congregationis S. Salvatoris de Bononia dictæ, cum cura animarum; ita Syllabus MS. Abbatiarum hujus Congregationis.

XXIX. Abbatia titulo S. Servuli martyris, Ord. S. Benedicti, in paludoſis locis prope Venetias, cujus Abbas, & monachi anno 819. tranſlati ſunt in Capellam S. Hilarii Venetiarum, permittentibus Angelo, & Juſtiniano Venetorum Ducibus, quæ capella poſita erat in inſula Rivialti dictâ, Diœc. Olivolenſis, hoc eſt Venetiarum, & ibi conſtruxere monaſter. Abbatia verò S. Servuli anno 1108. Sanctimonialibus ejuſdem Ordin. fuit attributa; vide Ughellum tomo 5. pagin. 1265. ſita eſt in regione S. Crucis; de ea Franciſcus Sanſovinus libro 5. pag. 176.

XXX. Venetiis Abbatia titulo S. Spiritûs, monialium Ord. S. Hieronymi, ſub Regula S. Auguſtini, cujus anno 1600. Abbatiſſa erat Maria Celeſtina Piſani; ſita eſt in regione civitatis

tatis *Dorſoduro* nuncupatâ ; de qua Franciſcus Sanſovinus lib. 6. pag. 190.

XXXI. Abbatia tit. S. Spiritûs, nobiliſſima Venetiis Canonicor. Regularium anno 1415. inſtituta, de qua vide Ughellum tomo 5. pagin. 1257. & 1262. de ea Codex Taxar. Cameræ Apoſt. verbo Caſtellanus, ideſt Venetiarum ; de unica tantùm ſub titulo S. Spiritûs, Eccleſia Canonicor. Regularium loquitur Franciſcus Sanſovinus in ſua Venetia lib. 5. pagin. 170. tanquam ſita in regione S. Crucis, ſed de ejus tantùm picturis eximiis tractat ; veroſimile tamen eſt ab hac non eſſe diverſam. Vocabatur Congreg. Canonicorum Regularium S. Spiritûs Venetiarum, quam ſuppreſſit Alexander VII. Papa, Bullâ datâ an. 1656. vide Bullarium tomo 6. pag. 31.

XXXII. Venetiis Abbatia titulo S. Zachariæ, fœminarum Ord. S. Benedicti, quam extruxerunt Angelus, & Juſtinianus Venetæ provinciæ Duces, prope Eccleſiam, in qua poſuerunt corpus S. Zachariæ Patris S. Joannis Baptiſtæ, fragmentum S. Crucis, & alias SS. reliquias ab Imperatore Conſtantinopolitano Leone ad eos miſſas ; hanc adhuc incolunt ejuſdem Ordinis moniales ; quibus anno 955. plurima in agro Veronenſi latifundia largitus eſt Rotharius Veronenſis Epiſcopus ; vide Ughellum tom. 5. pag. 648. 651. & 1264. ibi collata corpora SS. Pancratii mart. & Sabinæ virg. à Benedicto III. Papa conceſſa, an. circit. 856. quo Abbatiſſa erat Agneſina Moroſini fuſiora vide apud Sanſovinum paginâ 134.

Abbatia titulo S. Mariæ de Venticano, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Beneventanæ, de qua Codex Taxar. Cam. Apoſt. unita eſt per Paulum V. Summ. Pontif. Bibliothecæ Vaticanæ, ut aſſeritur in Codice Taxar. D. Paſſionæi, ejus Abbas gaudebat privilegio Mitræ, & Baculi, ejus mentio fit in Synodo Beneventana habitâ anno 1374. per Hugonem II. Archiepiſcopum Beneventanum, ut refertur à Pompejo Sarnelli in lib. cui tit. *Memorie Cronologiche de' Veſcovi, & Arciveſcovi di Benevento* pag. 132. diſtat Benevento ſex paſſuum millib. Orientem versùs hyemalem.

Venuſium, vulgò *Venoſa*, Apulorum civitas, non longè à Lucaniæ confinibus, nunc in Regni Neapolitani provincia, Baſilicatâ dictâ, apud Aufidum fluvium. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Georgii foris murum Venuſiæ civitatis, quod anno 1053. Drogo Dux, & Magiſter Italiæ, atque Comes Normannorum totius Apuliæ, & Calabriæ dat Gaufrido Abbati monaſt. S. Trinitatis, quod ſitum eſt prope muros Venuſii civitatis ; donationem refert Ughellus tomo 7. pag. 220.

II. Abbatia, ſive aliud monaſter. ſub titulo ejuſdem S. Georgii, quod idem Drogo Dux, & Magiſter Italiæ, & Comes Normannorum totius Apuliæ, & Calabriæ, per idem inſtrumentum datum anno 1053. dat Gaufrido Abbati monaſterii S. Trinitatis, quod ſitum eſt prope muros Venuſii, ut refert Ughellus tomo 7. pag. 220.

III. Abbatia apud Venuſium, ubi primitùs Cathedralis Eccleſia, quæ S. Petri de Olivete dicebatur, poſt in honorem SS. Trinitatis conſecratum in Abbatiam evaſit, Ord. S. Benedicti,

prope

prope muros civitatis; cui ann. 1053. Gaufrido Abbati, Drogo Dux, & Magiſter Italiæ, & Comes Normannorum Apuliæ, & Calabriæ, duo monaſteria, & utrumque ſub titulo Sancti Georgii dedit; donationis inſtrumentum profert Ughellus to. 7. pag. 220. Ante ann. 1063. Dux Robertus Guiſcardus fundator huic monaſterio donat Eccleſiam Sancti Joannis de Sala, inter Aſculum, & Carnetum poſitam; de Abbate Venuſii ad ann. 1190. fit mentio in Chronico Richardi de Sancto Germano, apud Ughellum to. 2. pag. 956. Exempta erat à juriſdictione Epiſcopi. Denique à Bonif. VIII. Papa, Pontific. anno 3. Salutis 1296. fuit à Militibus Hoſpitalis S. Joannis tradita, ut refert idem Ughell. tom. 7. pag. 219. & 223. ſuppreſſo monachorum Ordine, qui ibi manſerat per 400. circiter annos.

IV. Abbatia titulo S. Martini de Venuſio, Ord. S. Baſilii, ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis.

V. Venuſii Abbatia titulo S. Mariæ de Monte Albo, monialium Ord. S. Benedicti, vetuſtiſſimæ originis, olim extra civitatem, quod monaſter. intus tranſtulere, ubi hactenus Regularis Obſervantiæ illuſtre habetur, in eoque ad triginta degunt Sacræ virgines, cujus Abbatiſſæ, & monialibus plura bona conceſſit Petrus Venuſinus Epiſcopus, qui ſedebat an. 1177. vide Ughell. tom. 7. pag. 225.

Vercellæ, & Vercellum, vulgò *Vercelli*, olim Inſubriæ civitas, ſui territorii caput in Pedemontio, ſuper Seſſitem *la Seſia* fluvium.

I. Abbatia, ſive Monaſterium à S. Euſebio Vercellenſi Epiſcopo in ſua Cathedrali Eccleſia inſtitutum, ut aſſerit S. Ambroſius ſermone 15. Obiit S. Euſebius anno 371. ejus verò Cathedralis Eccleſia dicata erat S. Theoneſto; vide notas noſtras in Martyrol. Roman. pag. 103.

II. Vercellis Abbatia tit. S. Chriſtophori, cujus Abbas erat anno circiter 1480. Dominicus de Ruvere Cardinalis; vide apud Ciaconium tom. 3. pag. 76.

III. Vercellis Abbatia tit. S. Stephani, Ordinis S. Benedicti; de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicę, extabat ante annum 1317. ſic Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ libro 3. cap. 43. pag. 745. Cœnobium Abbatiale S. Stephani de Citadella Vercellenſi, Ordin. S. Benedicti, olim inſigne, & in Commendam dari ſolitum anno 1536. datum Canonicis Regularibus Congregationis Lateranenſis, ſub regimine Præpoſiti, manente titulo Abbatiali pro Commendatario, quod conſtat ex Bulla Pauli III. Papæ, datâ hoc anno, ſed anno 1580. Eccleſiâ, & Cœnobio deſtructis, Præpoſitus, & Canonici tranſlati ſunt ad Abbatiam S. Juſti, Diœceſis Taurinenſis, ann. 1587. Commendatarius erat Federicus Cardinalis Borromæus.

IV. Abbatia tit. S. Andreæ Vercellenſis, Ord. S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſt. ſic etiam vetus Codex Taxæ Cameralis, qui eam collocat in Diœceſi Vercellenſi.

V. Abbatia titulo S. Andreæ de Vercellis, Ordin. S. Auguſtini, unita Congreg. Lateranenſi; ut aſſerit Cod. Taxarum Cameræ Apoſtol. quam anno 1220. Guala Card. tit. S. Martini

in.

in montibus fundavit, ampliſſimis facultatibus auxit, pluribuſque ſanctorum reliquiis ornavit, & moriens omnium bonorum ſuorum hæredem inſtituit. Primus Abbas fuit Thomas doctor Pariſienſis, & Canonicus Sancti Victoris; ut refert Ughellus to. 4. pag. 1080. & 1081. Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 28. num. 7. de ejus fundatione, & unione Congregationi Lateranenſi facta anno 1459. fuſiſſimè differit, hunc conſule; de ea Sylveſt. Maruli in Oceano omnium Religionum mundi libro 1. pagin. 21. Ejus Abbati uſus Mozettæ conceditur à Rituum Congregatione, vide Bullarium Caſinenſe tomo 2. paginâ 648.

VI. Abbatia titulo SS. Gratiani, & Andreæ, Diœc. fortè civitatis Vercellenſis, ut refert Codex Taxar. Cam. Apoſtol. unde concludi poteſt Ordinis S. Auguſtini, utpote unita Congregat. Lateranenſi.

VII. Vercellis Abbatia tit. S. Petri de Mulegio, Ordinis S. Benedicti, extra muros civitatis, ſub Regenerio Epiſcopo, qui ſedit anno 1033. fundata, quam deinceps Innocentius IV. Papa monachis Congregationis Vallis Umbroſæ attribuit. Gaſpar verò de Captis Aſtenſis Epiſc. & ejus Commendatarius Abbas, illam bellorum injuriâ ſolo æquatam reſtituit, monachoſque revocavit; ut refert Ughellus tomo 4. pag. 1071. in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. ponitur ſub tit. S. Benedicti.

VIII. Vercellis Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri, monial. Ordinis Ciſtercienſis, quas intra muros civitatis tranſferend as curavit, ut in Eccleſia S. Petri martyris divinum officium perſolverent, Vido Fèrrerius Vercellenſis Epiſcopus, qui ſedebat anno 1564. ut obſervat Ughellus to. 4. pag. 1124.

IX. Abbatia titulo S. Januarii, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Vercellenſis, de qua mentio in veteri Codice Taxæ Cameralis.

Abbatia S. Verecundi de Spirtis, vide ſuprà litterâ E. verbo Eugubium numero X.

Abbatia S. Angeli, ſive S. Michaelis de Vergareto, vide ſuprà litterâ B. de Bigareto.

Abbatia titulo S. Nicolai de Vergiano, aliàs de Verzano, Ord. Cluniacenſis. Unita Hoſpitali magno Brixienſi, per Nicol. V. Papam 5. idus Decembris, Pontific. anno 6. hoc eſt Salutis 1452. adverte tamen, quòd ſuprà dicta unio facta fuit Conventui S. Salvatoris Congregationis Lateranenſis, extra muros Brixienſes poſito. Nota verò, quòd iſte Conventus erectus eſt in monaſterium die ultimâ Auguſti anno 1433. ante enim erat Prioratus. Verba ſunt Codicis Taxar. D. Paſſionæi. Hinc clarum eſt erigi in monaſt. idem eſſe, ac erigi in Abbatiam, hæc eadem nota reperitur in veteri Codice.

Abbatia titulo S. Euſtachii de Vernifia, Ord. S. Benedicti, Diœc. Acheruntinæ; ut habetur in veteri Codice Taxæ Cameralis, eadem ſanè, quæ de Nerviſio, & de qua ſuprà verbo Matera num. I.

Abbatia titulo S. Mariæ de Vero, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Salernitanæ, ut aſſeritur in Codice veteri Taxæ Cameralis; eadem ſanè cum Ab-

Abbatia S. Mariæ de Vetero, eorumdem Ord. & Diœc. quæ Conſiſtorialis, & in Commendam dari ſolita, ut obſervat Ughellus tomo 7. pag. 486. quæ in Codice Taxarum Cam. Apoſt. vocatur de Vetro, aliàs de Verro, ſive de Verio fortè *Vietri* oppidum duobus paſſuum mill. Salerno diſtans, versùs Occidentem, in Principatu citeriori.

Verona civitas olim Cenomarum, ſuper Atheſim *l'Adige* fluv. in Statu, & Dominio Venetorum. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Zenonis Majoris, vulgò *San Zen*, Ordinis S. Benedicti extra civitatem, juxta ripam Atheſis fluvii tempore Regum Longobardorum, longè ante annum 743. fundata, quo privilegium Karolimani recenſet Deodatum primum Abbatem. A Pipino Italiæ Rege à fundamentis reſtructa, cujus Abbas juriſdictionem habet ab Ordinario ſeparatam; in Commendam dari ſolita, Benedictini, qui olim ſub Regularibus Abbatibus, nunc ſub ejuſdem Ordin. Priore Regulari ibidem vivunt; de ejus Sacris reliquiis Ughell. vide to. 5. pag. 538. de ejus Abbatibus pag. 593. de Immunitatibus, & privilegiis paſſim in Epiſcopis Veronenſibus; de ea Hieron. *dalla Corte* in Hiſtor. Veronæ parte 2. pag. 311. fuerat ante reſtructionem ab Hunnis igne combuſta, corpus S. Zenonis in magnifico conſervatur Mauſolæo; nunc pertinet ad monachos Congreg. Montis Oliveti; inter benefactores agnoſcit Beatricem Duciſſam, & Mathildam Comitiſſam ejus filiam anno 1077. vide Franciſc. Maria Fiorentini lib. 1. pag. 126.

II. Veronæ Abbatia tit. SS. Trinitatis, Ordin. S. Benedicti, vetuſta, quam anno 1090. regendam acceperunt monachi Congregat. Vallis Umbroſæ, ſed in Commendam à Summis Pontificibus datâ, coacti ſunt ad locum unde exierant reverti. Deinde unà cum ſemidiruto Cœnobio, de conſenſu Abbatis Commendatarii, ceſſit mulieribus ad meliorem frugem converſis, ſub Paulo III. Summ. Pontif. anno 1542. ut teſtatur Ughell. tomo 5. pag. 539. & 694. qui Sacras reliquias in hac Eccleſia conſervatas recenſet, erat olim extra muros, hodie poſſidetur ab uno Cardinali in Commendam.

III. Veronæ Abbatia titulo Sanctorum Nazarii, & Celſi, Ordinis S. Benedicti; quam anno 1031. Joannes Epiſcopus Veronenſis extra muros civitatis conſtruxit, & an. circit. 1035. à ſua juriſdictione exemit; anno ſubinde 1116. Bona illi data confirmat Henricus IV. Imperator; vide Ughel. to. 5. pag. 539. defuncto ejus Abbate Bartholomæo, illam Eugen. IV. Papa anno 1443. Congregationi S. Juſtinæ de Padua univit. De ea Hieronymus *dalla Corte* in Hiſtor. Veronæ part. 2. pag. 394. & ſeqq.

IV. Veronæ Abbatia, ſive Monaſterium ſub titulo S. Firmi cognomento Majoris, necnon titulo S. Firmi Minoris, obſerva enim propter typographorum, aut amanuenſium incuriam paſſim apud Ughellum vocari Majoris, paſſim Minoris, cujus exordium propter vetuſtatem obſcurum, cujus Eccleſia olim extra civitatem fuerat à civibus Veronenſibus conſtructa anno 766. & anno 1065. in eam introducti monachi Nigri, Ordinis ſcilicet S. Benedicti, anno 1154. ejus

Ggg Abbas

Abbas Hemerandus vocabatur, & anno 1221. Abbas erat quidam nomine Benedictus, ut conſtat apud Ughel. tomo 5. pag. 85. & pag. 855. vocabatur SS. Firmi, & Ruſtici Minoris in Brayda, nunc Secularibus Clericis, ut ait, commendari ſolita, perpetuum habet Vicarium ſub directione tamen Epiſcopi Veronenſis, vide ibidem pagin. 539. ubi enumerantur Sacræ, quas poſſidet, Sanctorum reliquiæ, feruntque in ea jacere corpora SS. Firmi, & Ruſtici, ac SS. Primi, Marci, Apollinaris, & Lazari mart. hoc monaſt. Alexander IV. Papa anno Sal. 1258. perpetuò univit Minoribus fratribus, qui uſque ad annum 1312. pacificam poſſeſſionem non potuerunt adipiſci, hodie ibidem vivunt, & florent, ut aſſerit Ughell. to. 5. pag. 540. & 812. ubi habes diploma Pontificis, ſita eſt juxta fluvium Atheſim ibidem tom. 7. pag. 1446.

V. Abbatia tit. S. Georgii Majoris in Brayda Veronæ, Ordin. S. Benedicti, quam ann. 1046. Kadolus Parmenſis Epiſcopus, qui tandem Antipapa, ædificavit, & plurimis opibus auxit; fundationis inſtrumentum vide apud Ughellum to. 5. pag. 682. ſita erat foris prope civitatem, juxta flumen Atheſim an. 1062. quo Milo filius Ugonis Veronæ Comitis, plura bona illi conceſſit; vide pag. 691. locus dicebatur pratum Dominicum, in illam poſtea circa annum 1070. introductæ ſunt Sanctimoniales, quarum Abbatiſſa erat quædam Riccarda, quibus deinde ſucceſſerunt monachi, quos an. 1127. Bernardus Veronenſis Epiſcopus ejecit, & Canonicos Regulares ſub Præpoſito induxit, uſque ad annum 1295. qui ſub Eugenio IV. Papa anno 1442. Secularium Canonicorum Congregationi S. Georgii in Alga perpetuò fuerunt uniti. Sacrarum reliquiarum, quæ ibidem aſſervantur indicem vide apud eundem Ughellum cit. pag. 540. & 702. & tom. 7. paginâ 1443. fuſiora vide apud Hieron. *dalla Corte* in Hiſtor. Veronæ parte 2. pag. 388. & ſeqq.

VI. Juxta Veronam Abbatia nupera, ſed Eccleſia vetuſta tit. S. Leonardi in monte Domnico, ſeu Donico, imminenti civitati ſita, Ord. Canonicorum Regularium S. Auguſtini Lateranenſium, quam anno 1224. Stephanus Archipresbyter Veronenſis, duobus presbyteris Paci videlicet, & Homodeo dedit, Pacem Priorem inſtituens, ut ibi cum aliis S. Auguſtini ſervarent Regulam, donationem vide apud Ughell. to. 5. pag. 806. tradita fuit Canonicis Regularibus D. Marci Mantuæ, poſtea Congreg. Frigdianæ, tandem Lateranenſi Congregationi jubente Gregorio XII. Papâ reformanda, & regenda perpetuò conceſſa eſt anno Salutis 1408. vide ibid. pag. 541. & 913. ubi vocatur S. Leonardi, olim S. Marci; fuit à Pio V. Papa erecta in Abbatiam ann. 1565. ut aſſerit Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ lib. 3. pag. 585. de ea loquitur Hieronymus *dalla Corte* in Hiſtor. Veronæ parte 2. pagin. 297. ubi recenſet aliquos hujus monaſterii illuſtres viros.

VII. Veronæ Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ Magdalenæ, monialium Ordin. S. Benedicti, anno 1211. Veronenſium liberalitate cœptum; moniales ſub Gregorio IX. Papa anno 1227. relictâ S. Benedicti

Re-

Regulâ, inſtitutum Minorum ſunt amplexatę, deinde Capituli Veronenſis Cœnobio Sanctæ Mariæ de Campo Martio perpetuò fuerunt unitæ; ut teſtatur Ughellus tomo 5. pag. 783. vocaturque nunc S. Mariæ Magdalenæ in Campo Martio; ibidem pag. 875. Ejus Abbatiſſa fuit circa annum 1312. quædam Alboina, ut refert Hieronym. *dalla Corte* in Hiſtor. Veronæ lib. 10. pag. 621.

VIII. Veronæ Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Luciæ virg. & mart. monialium Ord. S. Benedicti, prope civitatem à quodam, cui nomen Pax, conditum, & pluribus bonis ditatum anno Salutis 1310. ſed monaſterio anno 1517. cum ſuburbiis everſo, intra civitatem Sanctimoniales ſeſe receperunt, & in veteri loco ab illis relicto, cui fundatoris nomen Pacis erat, monachi Benedictini manſere; ut aſſerit Ughellus tomo 7. pag. 1451.

IX. Prope Veronam Abbatia titulo S. Mariæ ad Organum dicta, quia ſita erat ad civitatis portam Organi nuncupatam, vocata eſt etiam S. Mariæ de Villa nova, Ord. S. Benedicti, olim in ſuburbiis anno 585. à Feroce Abbate condita; ut teſtatur Ughellus tomo 5. pag. 540. qui fundationis inſtrumentum refert pag. 588. fuit à Carolo Magno Imperatore anno 804. quibuſdam gratiis donata, & atributis exempta. Illam ann. 1177. Alex. III. Papa confirmat Valrico Aquilejenſi Patriarchæ, ut obſervat idem Ughell. pag. 59. Data fuit an. 1444. Congreg. monachorum montis Oliveti; de ea loquitur Bonav. Tondi in ſuo Oliveto dilucidato pag. 83.

X. Prope Veronam Abbatia tit. S. Michaëlis in Campanea, monial. Ordin. S. Benedicti; unico à civitate lapide, quæ à Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Protectoribus in ſpiritualibus, ac temporalibus regitur, & viſitatur; extabat ante annum 1220. & Paulus III. Papa anno 1542. ipſiſmet Canonicis confirmat Abbatiſſæ, & monialium directionem; ita refert Ughellus tomo 5. pag. 533. & 1024.

XI. Veronæ Abbatia tit. S. Dominici, monialium, cujus monacha, & Abbatiſſa fuit *Beatrix* filia D. Canis Toparchæ Veronenſis; ut ad an. 1359. refert Hieronym. *dalla Corte* in Hiſtor. Veronæ lib. 12. pag. 141.

XII. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ juxta menſam, Diœc. Veronenſis, cujus jura Parochialia Thebaldo Epiſcopo Veronenſi confirmat Eugenius III. Papa anno 1147. vide Ughellum tomo 5. pag. 733.

XIII. Abbatia SS. Fratrum Minorum de Verona, Ord. S. Benedicti; verba ſunt veteris Codicis Taxæ Cameralis; dubium oritur, an de ipſa ſit intelligendum Abbatia S. Firmi Minoris, quæ nunc ſub poſſeſſione eſt fratrum Minorum, de qua ſuprà numero IV. an alia Abbatia ſub titulo Sanctorum fratrum Minorum martyrum, qui ſeptem numero paſſi ſunt, apud Septam in Mauritania Tingitana anno 1221. vide notas noſtras in Martyrolog. Rom. pag. 262.

Abbatia tit. S. Michaëlis de Verruca, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Piſanæ, quam cum aliis ſex condidit, & dotavit Ugo Marchio Etruriæ, & in quam introducti ſunt monachi Ciſtercienſes anno 1249. qui ibi longo tempore vixerunt, ſed introductis Com-

mendatariis abceſſere monachi, ac paulò poſt monaſterium cum redditibus Ordini Equitum S. Stephani, à Coſmo magno Etruriæ Duce inſtituto, attributum eſt; vide Ughell. to. 2. pag. 495. An. 1209. Innocentius III. Papa ſcribit Abbati S. Michaëlis de Verruca, ut obſervat Aug. Oldoinus apud Ciaconium tom. 2. pag. 20. extabat hæc Abbatia ante annum 1151.

Verulæ, & Verulum, olim in Hernicis; vulgò *Veroli*, in Latio, ſive *Campagna di Roma*. Civitas Epiſcopalis, non longè à Coſa fluvio. Ibi.

I. Abbatia tit. S. Eraſmi de Verulis, ſive Verulanæ Diœceſis, cujus Abbas Secularis erat Antonius Filonardus anno 1538. quo jam deſierat in Canonicorum Collegiatam Eccleſiam, illos canonicalibus inſigniis decoravit anno 1611. Hieronymus Verulanus Epiſcopus; vide Ughellum tomo 1. pag. * 302. & 304.

II. Abbatia, ſive Monaſterium, Ordinis S. Benedicti, prope mœnia civitatis Verulanæ, quod anno 1127. conſtruxit Lætus ejuſd. civitatis Epiſcopus, & earum Eccleſiam ſub invocatione Sancti Martini conſecravit die 22. Auguſti. Ibi manſerunt uſque ad tempora S. Joannis de Capiſtrano, qui ann. 1449. ab Apoſtolica Sede pro fratribus ſuis ſtrictioris Obſervantiæ locum obtinuit, extinctis, aut deturbatis monialibus; vide Ughell. to. 1. pag. * 293.

Abbatia S. Mariæ de Vetero, vide ſuprà titulo S. Mariæ de Vero.

Abbatia veteris monaſterii; vide ſuprà litt. A. verbo Aſcenſionis.

Veſta, ſive Veſtia, vulgò *Beſtis*, & *Veſtis*, ſive *Veſtie*, aut *Vieſte*, Regia civitas littoralis ad Gargani montis radices versùs Boream in Regni Neapolitani provincia, Capitanatâ nuncupatâ.

I. Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Mariæ de Calena, ſitum in finibus Apuliæ, juxta civitatem, quæ dicitur *Beſti*, inter montem Garganum, & mare Adriaticum, Ord. S. Benedicti, quod Codex Taxarum Cam. Apoſtol. collocat in Diœceſi Sipontina. Illud circa ann. 1059. Richardus Princeps Capuanus Caſinenſi monaſterio dedit ut refertur in Chronico Caſinen. lib. 3. cap. 13. Gabriel Pennottus Hiſt. Tripartitæ libro 2. cap. 29. ſic loquitur, apud Veſtanam civitatem, in provincia Capitaneatûs vetuſtiſſima Abbatia S. Mariæ de Calena, quam Congreg. Lateranen. univit Eugenius IV. Papa anno 1446. Pertinebat antea ad Abbatiam S. Mariæ de Tremito, idem de ea fusè lib. 3. pag. 642. ubi ejus recenſet privilegia, aſſeritque à Sixto V. Papa in Abbatiam erectam.

II. In Veſtia civitate Abbatia tit. S. Joannis, & S. Laurentii, ut conſtat ex Privilegio Leonis IX. Papæ, Pontificatûs anno 5. Salutis 1054. ubi de ejus Abbate fit mentio, eamque Ord. priùs S. Benedicti dat Quiſinolpho Abbati S. Mariæ in inſula, quæ Tremiti vocatur. Vide Gabrielem Pennottum Hiſt. Tripartitæ lib. 3. capit. 13. pag. 592. ubi dicitur locum eſſe Sanctæ Sedi immediatè ſubjectum, & Abbatem non niſi à Summo Pontifice debere conſecrari.

Abbatia tit. S. Mariæ Veteſquilati, hoc eſt Veteris Squillatii; vide ſuprà de Squillatio.

Abbatia titulo S. Salvatoris de Veyano, aliàs de Bayano, ita Cod. Taxarum

xarum Cameræ Apoſt. dicitur aliàs de Vajano in Codice veteri Taxæ Cameralis legitur S. Salvatoris de Vexano, Ordinis, ſeu Congregationis Vallis Umbroſæ, Diœceſis Piſtorienſis, de qua Catalogus monaſt. hujus Congreg. in Bulla Alexandri III. Papæ datâ anno 1176. *Vajano* vicus in Etruria ſuper *Biſentio* fluvium, decem circiter paſs. millib. *Piſtoja* diſtans, Orientem æſtivum versùs.

Abbatia tit. S. Mariæ de Vezolano, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Caſalenſis. Taxata anno 1675. ut aſſeritur in Codice Taxarum D. Paſſionæi; in Ducatu eſt Montis Ferrati.

In plebe Vicemercati Abbatia, ſive monaſterium tit. S. Nazarii de Boſco, monialium Ord. S. Benedicti, Diœc. Mediolanenſis, unitum Eccleſiæ Cathedrali Mediolanenſi per Bullam Alexandri VI. Papæ, Pontific. anno 2. Salutis 1493. ſic aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt.

Vicentia, vulgò *Vicenza* civitas in Marchia Tarviſina, ſui territorii Vicentini caput, ſub Dominio Venetorum, ad confluentes fluvios Teſinum, ſive *Deron*, & Medaucum minorem, aliàs Bacchilon, vulgò *Bachiglione*. Ibi.

I. Abbatia Vicentiæ tit. S. Marci, Ord. ſeu Congreg. Camaldulenſis; ut aſſerit Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico ad annum 1432. pag. 36.

II. Apud Vicentiam Abbatia, ſive Monaſterium tit. S. Petri, monialium, Ord. S. Benedicti; quod Sindicherius Epiſcopus reſtauravit anno 1054. ut refert Ughellus tomo 5. pag. 1109. de Abbatiſſa, & monialibus hujus monaſterii mentionem facit Sixtus IV. Papa in Bulla data anno 1480. quã electionem confeſſarii illarum dat Abbati SS. Felicis, & Fortunati; vide Bullar. Caſinenſe tomo 2. pag. 379.

III. Prope ſuburbium, Abbatia titulo SS. Felicis, & Fortunati Vicentinorum civium mart. Ord. S. Benedicti, quam an. 975. penè deformatam reſtituit, pluraque bona illi dono dedit Rodulphus Vicentinus Epiſcopus, eique vicinum monaſterium SS. Viti, & Modeſti attribuit, & eapropter in ſua donatione tanquam de unico loquitur, his verbis: Cœnobi m Beatorum Felicis, & Fortunati, Viti, atque Modeſti; vide Ughellum to. 5. pag. 1100. & 1112. ubi anno 1091. illi Henricus Imperator amplum privilegium concedit, & Guillelmo ejus Abbati; fuit unita Congregationi S. Juſtinæ de Padua à Pio II. Papa anno 1462.

IV. Abbatia, ſive Monaſterium titulo SS. Viti, & Modeſti, prope Vicentiam, quod Rodulphus Vicentinus Epiſcopus proximæ Abbatiæ SS. Felicis, & Fortunati attribuit anno 975. & poſtea de his tanquam de unico loquitur apud Ughell. tom. 5. pag. 1101. & pag. 1108. vocatur Abbatia S. Viti Epiſcopatui Vicentino data, prælaudatus Rodulphus unitis Abbatiis hoc eodem anno 975. Joannem conſtituit Abbatem; vide Bullarium Caſinenſe tomo 2. pag. 50.

V. Prope Vicentiam Abbatia tit. S. Auguſtini, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. diſtat quinque paſſuum millib. Vicentiâ, Occidentem versùs hyemalem, in loco ab hominum frequentia longè remoto, quem aquæ ex vicinibus collibus inundaverunt, Ord. Cano-

Canonicorum Regularium, quos ab initio ſeculi XIII. habuit uſque ad annum 1407. quo Gabrielis Condulmerii Prioris Commendatarii dono, fratres excepit Congregationis S.Georgii in Alga; vide Hiſt. Epiſcopatûs Daventrienſis pag. 139.

VI. Prope Vicentiam in ſuburbiis Abbatia titulo S. Bartholomæi, Ord. S. Auguſtini, & unitą Congreg. Lateranenſi, ſic aſſeritur in Codice Taxarum Cameræ Apoſtol. Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ libro 2. cap. 25. vocat Abbatiale Cœnobium, dicitque fuiſſe priùs Congregationis S. Marci, & cap. 50. unitum fuiſſe per Eugenium IV. anno 1443. & lib. 3. pag. 640. ubi de eo fuſiſſimè tractat, per Pium V. Papam anno 1566. fuiſſe in Abbatiam erectum.

VII. Abbatia titulo SS. Firmi, & Ruſtici, Ordin. S. Auguſtini, Diœc. Vicentinæ, unita Congreg. S. Georgii in Alga, ſic Codex Taxarum Cameræ Apoſt. In Hiſtoria Epiſcopatûs Daventrienſis pag. 140. aſſeritur priùs fuiſſe Benedictorum Cœnobium, & anno 1407. à Gabriele Condulmerio Commendatario præfatæ Congregationi attributum; ſitumque in vertice collis imminentis Caſtello Leonico, de quo vide ſuprà. Donationem ratam habuit Gregorius XII. eodem anno.

VIII. Abbatia titulo S.Salvatoris, Diœceſis Vicentinæ, quam jam huic Epiſcopatui datam aſſerit Conrad. II. Imperator in privilegio dato Theobaldo Vicentino Epiſcopo; quod vide apud Ughellum tomo 5. pag. 1108.

IX. Abbatia titulo S. Joannis de Abbatis, Ordinis S. Auguſtini, Diœc. Vicentinæ; ut refertur in veteri Cod. Taxæ Cameralis.

Abbatia titulo S. Mariæ de Vicliliano, Diœc. Neapolitanæ, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ. In Campania Felici, ſive Terra Laboris.

Abbatia titulo SS. Victoris, & Conſtantii, Ord. S. Benedicti, Diœc. Salutiarum in Pedemontio, de qua Codex Taxarum D. Paſſionæi; vide infrà verbo Villarii.

In terra, ſive vico S. Victoria dicto Abbatia ſub titulo S. Catharinæ, monialium, Ord. S. Benedicti, ab unitis Abbatiis Farfæ, & S. Salvatoris Majoris dependens, & ſubdita, in partibus ſita Præſidatûs Montis Alti, civitatis Piceni, ſive Marchiæ Anconitanæ, debent eſſe viginti moniales, & duæ famulæ, ut aſſeritur in Synodo Farfæ habitâ anno 1685. pag. 270. & 272. diſtat à Montis Alti civitate duodecim paſſuum mill. versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Mariæ de Victoria, aliàs de Vetermia, Diœc. Salernitanæ, de qua lib. 1. Comm. Sixti IV. qui ſedebat anno 1471. folio 147. ut refert Codex Taxarum D. Paſſionæi; ſita eſt, ut Salernum, in Principatu citeriori.

Abbatia tit. S. Mariæ de Victoria, Ordinis Ciſtercienſis, Diœc. Marſorum, ſive Marſicanæ, in Aprutio, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. illam anno 1579. Commendatam habebat Matthæus Colles Neapolitanus Marſorum Epiſcopus; vide Ughell. tomo 1. pag. 986. Ipſamet eſt, quam ann. 1277. Carolus I. utriuſque Siciliæ Rex conſtruxit, & dotavit, inter lacum Fucinum *di Celano*, & altiſſimos Mar-

Marſorum montes in campis Palentinis, juxta Scuculam oppidum (Cuculum vocat Strabo) ubi de Corradino Victoriam retulerat. Debebat eſſe filia Abbatiæ Oratorii dictæ, fundatæ in Andegavenſi Comitatu; poſt plurimos annos fortiſſimo terræ motu corruit, nunc jacet inter vepres, & rudera; ut aſſerit Ughellus, & ipſe Ciſtercienſis tomo 7. pag. 810.

Abbatia titulo S. Franciſcæ, Ord. ſeu Congregat. Montis Oliveti, apud Vicum civitatem; vide ſuprà verbo Æqua pag. 2. col. 2.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri in loco Vico Caſſiana dicto; cujus Eccleſiæ, & monaſt. conſtructioni an. 714. conſentiunt Talerperianus Lucæ Epiſcopus, & Walpertus civitatis Lucenſis Dux, ut obſervat Franciſcus Maria Fiorentini in lib. *Memorie di Matilda Conteſſa* lib. 3. pag. 9. hinc conſtat fuiſſe in Ducatu, & Diœceſi Lucenſi; forſan locus nunc *Cruſciano* dictus, quatuordecim paſſuum millib. Lucâ diſtans, versùs Boream.

In loco Vicus Varronis dicto, prope Sublacum, Abbatia, ſive monaſter. an. circit. 512. ante tempora S. Benedicti, quem monachi rogavere, ut eorum Abbas eſſet, ſed ejus regiminis pertæſi veneno illum extinguere tentàrunt, re autem cognitâ, ad ſuam reverſus eſt ſolitudinem, ut narratur in ejus vita; hoc monaſterium fuiſſe ſub titulo SS. Coſmæ, & Damiani, & ibi Regulam S. Benedicti quondam obſervatam aſſerit Cajetanus lib. 1. de Monachatu S. Gregorii capit. 7. ejus adhuc ſuperſunt, & viſuntur veſtigia, in Latio, vocaturque Vicovaria, vulgò *Vicovaro*, inter Sublacum *Subiaco*, & Tibur *Tivoli* civitatem, apud ſiniſtram Anienis, vulgò *il Teverone* ripam; hæc confirmant Collectanea Eminentiſs. Cardin. Colloredi.

Abbatia, ſive Monaſterium de Vidolbono, aliàs de Viboldono, Ordin. Ciſtercien. Diœc. Mediolanen. fundatum ann. 1278. ut aſſerit Ughell. to. 6. pag. 1002. cujus tunc monachus erat Stephanus de Orinigo Compſanus Archiepiſcopus. Abbatiam reor S. Petri de Viboldone, quam Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 194. dicit fuiſſe Præpoſituram extinctæ Congregationis Humiliatorum, per diploma Clem. VIII. Papæ datum anno 1592. Congregationi Montis Oliveti conceſſam; octo paſſuum mill. Mediolano diſtat, Orientem æſtivum versùs, ibi ſepultus eſt Joannes Galeazius Dux Mediolanenſis anno 1402.

Abbatia titulo S. Bonæ de Vidorio, aliàs de Viridorio, necnon de Vicidorio, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Cenetenſis; unita eſt Epiſcopali menſæ Feltrenſi, ut aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Codex Taxar. D. Paſſionæi dicit unitam monaſter. S. Antonii Venetiarum, Congregat. S. Salvatoris de Bononia Canonicorum Regularium S. Auguſtini anno 1489. hodie tamen conferri ſolitam; de ea Ughellus tom. 5. pag. 203. ejus Commendatarius. Abbas fuit anno circiter 1577. Franciſcus Cornelius Venetus Cardinalis; vide Ciaconium to. 4. pag. 293. *Vidor* vicus in Marchia Tarviſina, duodecim paſſuum millibus Cenetâ diſtans, versùs Meridiem, paulò ad Occaſum, cui Abbatia vicina eſt ferè milliario, versùs Auſtrum. In veteri Codice Taxæ Cameralis legitur

gitur Sanctæ Bonæ de Bidorio.

Abbatia tit. S. Bonæ de Vidrio, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Senenſis; ſic aſſerit Codex Taxar. Cam. Apoſtol. ubi errorem ſuſpicor, & irrepſiſſe *Senenſis*, pro *Cenetenſis*, nec diverſam à præcedenti.

Abbatia titulo S. Vigilii, Ordinis, ſeu Congregationis Camaldulenſis, Diœc. Senenſis, cujus an. 1458. monachus, & Abbas erat Antonius Picolominæus primus Senenſis Archiepiſc. vide Ughellum tomo 2. pag. 653. data fuit in Commendam.

Abbatia ...... Bobonis de Vigueria, aliàs de Viqueria, Ord. S. Benedicti, Diœc. Derthonenſis, ſeu Terdonenſis. Sic Codex Taxarum Cameræ Apoſt. Ejus Eccleſia conceſſa fuit fratribus Capuccinis anno 1583. ut aſſeritur in Codice Taxar. D. Paſſionæi. *Voghera* oppidum duodecim paſſuum millib. Derthonâ diſtans, Orientem æſtivum versùs; ſuper *Staffora* fluv. In Inſubriæ Statu Mediolanenſi.

Abbatia S. Benedicti de Vilalta; vide ſuprà verbo Vallis Altæ.

Abbatia de Villa Folina, ſeu Follina; vide ſuprà litterâ S. verbo Sanævallis.

Abbatia, ſive Monaſter. de Villa Nova, Ordin. ſive Congreg. Montis Oliveti, Diœceſis Laudenſis, quod Angelus Cardinalis de Anna, ex voluntaria Nicolai Summaripæ fratris teſtamentaria inſtitutione, condidit tempore Gerardi Laudenſis Epiſcopi, qui ſedit anno 1419. ut refert Ughel. to. 4. pag. 929. Teſtamentum executionem ſortitum eſt anno 1427. ex ejus verbis debebat conſtrui in honorem SS. Angeli, & Nicolai in caſtello de Villa Nova, unde clarum eſt ipſammet Abbatiam fuiſſe, de qua ſuprà litt. L. verbo Lauda num. VII. *Villa Nuova* ſex paſſum mill. à Laudenſi civitate diſtat, versùs Meridiem, in Statu Mediolanenſi.

Abbatia tit. S. Petri de Villa Nova, Ord. S. Benedicti, Diœc. Vicentinæ, cujus Abbas erat anno 1140. quidam Ubertus, ut refert Ughellus tomo 5. pag. 712. & 1096. fuit per Pium IV. Papam aggregata Abbatiæ Veronenſi S. Mariæ de Organo, Congregationis Montis Oliveti. Ibi Patres Olivetani Veronenſes Abbatem, & monachos poſuere; de ea loquitur Bonaventura Tondi in Oliveto dilucidato pag. 200.

Abbatia tit. S. Euphemiæ de Villa Nova, quam, privilegio dato an. 1177. Valrico Aquilejenſi Patriarchæ, confirmat Alex. III. Papa; vide Ughellum tomo 4. pag. 59. Ordinis eſt S. Benedicti, & Diœc. Tarviſinæ, unitum illi eſt monaſterium. S. Floriani de Maroſtica, Paduanæ Diœceſis. Ipſa verò unita eſt Congregationi S. Juſtinæ de Padua, ita Codex Taxar. Cam. Apoſt. eadem ſanè eſt, de qua ſub tit. S. Euphemię de campo S. Petri, Ord. S. Benedicti, quæ an. 1579. tenebatur in Commendam. Duas recenſet vetus Codex Taxæ Cameralis, unam tit. S. Euphemiæ, Ord. S. Benedicti, Diœc. Tervixinæ, alteram S. Euphemiæ de Villa Nova, Diœceſis Brixienſis; quæ in Codice Taxar. collocatur prope Brixiam, de qua ſuprà verbo Brixia numero VII.

Abbatia Villarii tit. SS. Conſtantii, & Victoris; Diœc. Salutienſis, mille ferè paſſus à nobili caſtello Draconerio remota, & ad radices Alpium, per

quas

quas in vallem Marchæ deſcenditur, ſita, cui, ut Abbas, præfuit Stephanus Nardinus Cardinalis circa ann. 1470. Vide Ciaconium tomo 3. pag. 48. qui ab Ariperto Rege fundatam aſſerit tomo 4. pag. 291. In Codice Taxarum Cameræ Apoſt. dicitur Ord. S. Benedicti, & Diœceſis Taurinenſis, & Villarium in Marchionatu Salutiarum, hujus Abbatiæ Commendatarius Abbas erat anno 1548. Bartholomæus de Piperis Montis Regalis Epiſcopus; vide Ughellum tomo 4. *Vilar* decem paſſuum mill. Salutio diſtat, versùs Meridiem, & *Dragomero* duob. paſs. millib. versùs Solis Ortum; in Pedemontio.

Abbatia S. Vincentii in Ducatu Urbini; vide ſuperiùs verbo Petra Pertuſa.

Abbatia titulo S. Fortunati de Vindertio, quam an. 1157. Adrianus IV. Papa, Bullâ ſuâ declarat ad Eccleſiam pertinere Derthonenſem, eamque ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipit; ut refert Ughellus tomo 4. pag. 861.

Abbatia in loco, qui nominatur ad Duas Virgines, ſub tit. SS. Trinitatis, ſita in Comitatu Teatino, juxta fines Caſtri Sancti Boni, cui monaſterio, & Griſono ejus Abbati anno 1020. quidam Petrus Dodocto, & Doho germani fratres, Leonis filii, donant, & confirmant aliqua bona, & anno 1028. monaſterio iſti, & Joanni tunc Abbati Æto Comes, Traſamundi Comitis filius, pretium dat cujuſdam terræ; vide Ughellum tom. 6. pag. 844. & 845. In Principatu citeriori.

Abbatia titulo S. Joannis de Viridário, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſt. initium habuit anno 1221. fuitque primò Prioratus Ord. S. Benedicti, in Diœc. Patavina, dicitur vulgò *de Verdara*, ſive S. Joannis Baptiſtæ *de Verda*, de ea loquitur Angelus Portenari lib. 9. cap. 23. locus Mons Veneris dictus in montibus Euganeis, vulgò *de Verda*, cujus monaſterii fratres albis utebantur veſtibus anno circiter 1240. Illam poſtmodum an. 1380. Raymundus Patavinus Epiſcopus dedit monachis Ordin. Montis Oliveti è Tuſcia evocatis; vide Ughellum to. 5. paginâ 420. & ſequentibus. Gabriel Pennottus Hiſtoriæ Tripartitæ lib. 3. cap. 18. pag. 529. dicit Sanctum Joannem de Viridario, olim Ord. S. Benedicti, Patavii datum Secularibus in Commendam anno 1436. datum poſtea Canonicis Frigdionariis, deinde per Eugenium IV. Lateranenſibus, tandem anno 1566. Pius V. Papa Abbatiali dignitate decoravit, diſtat novem paſſuum millibus Patavio, versùs Meridiem.

Abbatia tit. S. Joannis de Viride, aliàs *in Verda*, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Triventinæ, unita Abbatiæ S. Magni prope Fundanam civitatem, per Bullam Leonis X. Papæ, Pontific. anno 7. Salutis 1519. de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtol. dives, ac vetus Abbatia, quæ nunc vocatur Sancti Joannis *del Roſello*; ut obſervat Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pagin. 136. *Roſiello* vicus Aprutii citerioris, prope fines Comitatûs Moliſii, decem paſſuum millib. Trivento diſtans, Occidentem æſtivum versùs.

Abbatia S. Mariæ de Viſtella; vide ſuprà litt. S. S. Mariæ de Stella.

Abbatia de Viſacia; vide infrà de Urſaria.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Vitalis, quod Traſamundus Bernardi dedit Abbatiæ S. Bartholomæi de Carpineto, ut ferunt Chronica hujus monaſt. lib. 2. apud Ughellum to. 6. pag. 1239. ubi fines præſcribuntur Petra Scripta, guardor, Scorribium Servorum, caput montis, Aquæpendens, quod dividit tenimentum ejus à tenimento Carpineti, & Miratoria, Bozza de Acera, fluvius Sclaonis, & via, quæ revertitur ad Petram Scriptam; vide Ughellum tomo 6. pag. 1239.

Viterbium civitas, vulgò *Viterbo*, ad Cimini olim montis (nunc Monte di Viterbo) radices, in parte Hetruriæ, quæ appellatur Patrimonium S. Petri.

I. Abbatia titulo S. Laurentii extra muros Viterbienſis civitatis, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

II. Viterbii Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Paradiſo, monialium Ordin. Ciſtercienſis, quod ann. circiter 1260. conſtruxit Joannes de Toleto Anglus, & ipſe Ciſtercienſis Ordinis, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis; ut refert Ughellus tom. 1. paginâ * 317. ſublatis monialibus, introducti ſunt fratres Minores Strictioris Obſervantiæ, qui etiam ibi hodie manent; vide Ciaconium tomo 2. paginâ 119.

III. Viterbii S. Martini de Monte; vide ſuprà litt. C. Abbatia in Ciminis montibus.

Abbatia tit. S. Viti, Ord. S. Baſilii, cujus Abbas fuerat Raymundus de Strungulo Calaber, qui anno 1423. S. Agathæ Gothorum Epiſcopus, poſt Bojanenſis, tandem anno 1439. Compſanus Epiſcopus, vide Ughell. to. 6. pag. 1005. forte eadem, de qua ſuprà verbo Tarentum num. II.

Abbatia, ſive Prioratus Eremitar. tit. S. Joannis Baptiſtæ in capite, ſive promontorio Sancti Viti montis S. Juliani in Sicilia, Ordinis S. Benedicti, cujus Abbas erat anno 1500. Jacobus de Averſa Siculus, ut teſtatur Rocchus Pirrus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ paginâ 129. *Capo S. Viti* olim *Egitarſo* promontorium inſulæ Siciliæ, ad Occidentem.

Abbatia S. Viti, Ord. Ciſtercienſis, in Sicilia; vide ſuprà litterâ M. verbo Meſſanenſis, num. XIV.

Abbatia S. Mariæ in Vitulano; vide ſuprà verbo S. Maria de Crypta, Diœc. Beneventanæ.

Abbatia, ſive Monaſterium Vivarienſe, à Caſſiodoro ann. circiter 539. conditum, prope Squillacium, ſive Scyllatium in Calabria ulteriori; vide Caſſiodori opera. Regebatur hoc Cœnobium à duplici Abbate; creditur idem cum monaſterio Caſtelli, Diœc. Squillacenſis, de quo S. Gregorius Papa lib. 7. indict. 1. epiſt. 31. ſitum erat juxta mare, ad oſtia fluvii *Pellena*, prope montes Caſtellenſes dictos. Ordinis erat S. Benedicti, & prope terram, ſive vicum, nunc *Stallati* nuncupatum; ſic fuit à Piſcium Vivario dicta, quod ſtruxerat idem Caſſiodorus, quodque deſcribit Epiſt. lib. 12. epiſt. ad Maximum.

Oppidi in Vizvenſtro, Abbatia Ordinis S. Auguſtini, Diœc. Polenſis; ut teſtatur Codex Taxarum Cam. Apoſtolicæ, ſitum eſt, ſicut Pola in Iſtria.

Apud Umbriaticum citerioris Calabriæ civitatem, Abbatia, ſeu Monaſterium titulo S. Stephani, Ordinis

S. Ba-

S. Baſilii, conſtructum à Rogerio, & Guillelmo Regibus, & dotatum, atque conceſſum regimini monachorum Sanctæ Mariæ de Patirio, anno Domini 1167. ut refert Ughellus tomo 9. pag. 742.

Prope caſtrum Unciola Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini, juxta ſtratam Petroſam, in Caſali Marciano; de quo ad annum 1096. Chronicon Caſinen. lib. 4. cap. 18.

Ad Undula aquam Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Martini, cujus quartam partem anno circiter 1080. Deſiderius Caſinenſis Abbas concedit Landoni Comiti Trajectenſi; ut aſſeritur in Chronico Caſinenſi libro 3. cap. 60.

Abbatia titulo S. Venantii de Volano de Zapperona, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Lunenſis, ut refertur in veteri Codice Taxæ Cameralis; *Volano*, ſive *Bolano* vicus Liguriæ, ſive Statûs Januenſis ſuper *Magra* fluvium, octo millib. paſs. ab exciſa civitate Luna, versùs Aquilonem.

Volaterra, quæ, & Vulterra, vulgò *Volterra*, civitas Etruriæ in Statu Florentino, ſuper collem poſita, ad cujus radices decurrit *Era* fluvius.

I. Abbatia titulo S. Quirici, & S. Joannis Baptiſtæ, apud Volaterram, in qua anno 945. erat Abbas cum ſeptem Canonicis, ut aſſeverat Ughellus, tomo 1. pag. * 336. hinc collige Ord. fuiſſe S. Auguſtini.

II. Volaterræ extra muros Abbatia tit. S. Juſti, Ord. ſeu Congreg. Camaldulenſis, quam magnificènter fundâſſe dicitur Gaufridus Volaterranus Epiſcopus, ann. 1030. ut obſervat Ughellus tom. 1. pag. 342. data fuerat in Commendam, uſque ad an. 1230. de ea Codex Taxarum Cam. Apoſtol. de ejus Abbate ad ann. 1431. loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ſuo Hodœporico; in Hiſtor. Camaldulenſi libro 2. capit. 55. vocatur Abbatia Sanctorum Juſti, & Clementis, unico diſtat à civitate milliario, in collis declivi, ubi Abbatem conſtituerat prælaudatus Gaufridus quemdam nomine Rambertum; anno circiter 1106. fuere Camaldulenſes introducti. Abbas jus habet utendi Pontificalibus ornamentis; plurima ibi aſſervantur SS. corpora; vide eandem Hiſtor. Camaldulen. parte 2. libro 2. cap. 5. & ſequentibus.

III. Volaterræ extra muros Abbatia tit. S. Andreæ, cognomine *della Poſtierla*, in Codice Taxar. Cameræ Apoſt. dicitur S. Andreæ de Vulterra, Ordinis S. Benedicti; initium habuit anno 1339. illam monachis Congreg. Montis Oliveti dedit Raynuccius Volaterranus Epiſcopus, vide Ughellum tomo 1. pag. * 331. & pag. * 370. huic Abbatiæ unitum eſt monaſterium, ſive potiùs bona monaſt. Montis Catini, ejuſdem Ordinis; vide Bonav. Tondi in Oliveto dilucidato paginâ 17. & ſequentibus.

IV. Abbatia titulo S. Vincentii, Ord. S. Benedicti, Diœc. Volaterranæ, ſic Codex Taxarum Cam. Apoſt. vocatur etiam S. Vincentii de Vulturno, forſan ut ab Abbatia cognomine dependens.

V. Abbatia Volaterræ, ſive Monaſterium, vulgò S. Joannis de Uticaſſo dictum, monialium Ordinis S. Benedicti, quod anno 1474. annuente Sixto IV. Papâ, ad Clariſſas moniales

tranſiit; ut refert Lucas Wadinghus in Annalibus Minorum ad hunc ann. numero 41.

Abbatia titulo S. Petri *della Volta*, Ord. S. Auguſtini, unita monaſterio S. Georgii Majoris Venetiarum Congregationis Canonicorum S. Georgii in Alga per Nicol. V. Papam, Pontificatûs anno 2. Salutis 1448. ut refert Codex Taxarum D. Paſſionæi.

Abbatia *Voltore* dicta, in Mappa Romandiolæ Anton. Magini ad fontes fluvii cognominis, decem paſs. mill. Bertinorio diſtans, & duodecim Saſſenâ, ſive Sarzinâ, versùs Occaſum; forſan eadem, quæ S. Salvatoris Diœc. Saſſinenſis, de qua vide ſuprà hoc verbo.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ de Urano, Gregorius IX. Papa Bullâ datâ anno 1220. confirmat omne jus, quod in illam habebat Ravennatenſis Archiepiſcopus; apud Ughellum to. 3. pag. 379. idem haud dubiè cum monaſt. S. Mariæ de Uſano, Diœc. Foropopilienſis, quod Gregorius ejuſdem Sedis Epiſcopus dedit Eremo Camaldulenſi anno 1197. vide ibidem pag. 647. perperam in Cod. Taxarum Cameræ Apoſtolicæ vocatur S. Mariæ de Aurano; de ea, ut de ſua, non ſemel loquitur Ambroſius Camaldulenſium Generalis in ea electus, anno 1431. in ſuo Hodœporico; ſita eſt prope Britonorum, & Ordin. Camaldulen. Hieronymus Fabri pag. 441. ab Eugenio IV. Papa an. 1445. data fuerat in Commendam Canonicis Congregationis S. Marci, dignitate Abbatiali ſuppreſsâ, paulò poſt rediit ad Camaldulenſes, & data in Commendam; ita Hiſt. Camaldulen. lib. 2. cap. 19.

Urbs vetus, Urbiventus, Urbe vetanum, & Urbsvetana civitas, nunc *Orvieto*, Orvetani territorii caput, in Etruria, & in Statu Eccleſiaſtico, ad Clanis *Chiane*, & Palliæ *Paglia* fluviorum confluentem, ſuper montem poſita. Ibi.

I. Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Petri de Aqua Sparta, ſive Orta, vel Horta dictum, Ord. Ciſtercienſis, apud civitatem fundata anno 1238. ut aſſerit Carolus de Viſch in Indice Abbatiarum ejuſdem Ordin. quam anno 1247. Raynerius Epiſcopus Urbevetanus junxit monaſt. Sancti Salvatoris de Monte Amiato, illam ab omni poteſtate exemptam declarans, ut refert Ughellus tomo 1. pag.* 387. Hanc donationem an. 1254. ratam habuit ſucceſſor Conſtantinus Epiſcopus; de ea Codex Taxar. Cam. Apoſtol. fuit per litteras Leonis X. Papæ, datas Pontificatûs anno 5. Salutis 1517. unita monaſter. S. Joannis Evangeliſtæ Canonicor. Regularium S. Auguſtini, Congregationis S. Salvatoris de Bononia, cum cura animarum, ut fert Syllabus MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

II. In Urbe veteri Abbatia titulo S. Joannis Evangeliſtæ, Ordin. Canonicorum Regular. S. Auguſtini Congregationis S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, cui data fuit cum cura animarum ſub Alexandro IV. Papa anno 1498. ut aſſeritur in Syllabo MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis ipſi unita eſt Abbatia S. Petri de Aqua Sparta, de qua ſuprà per Leonem X. Papam, Pontificatûs an. 5. Sal. 1517. de ea Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

Ab-

III. Abbatia titulo S. Salvatoris, cujus Cœnobii quædam caſtella populus Urbevetanus ſatis tyrannicè ſui fecerat juris, ut conſtat ex Bulla Gregorii IX. Papæ datâ ann. 1233. unde colligitur non longè fuiſſe ſitam ab Urbe veteri; vide Ughellum to. 1. pag. 637.

IV. Abbatia titulo S. Georgii in territorio civitatis Urbevetanæ, cujus Epiſcopum Joannem monet S. Gregorius Magnus Papa ann. 590. ut ceſſet à moleſtiis, quas intulerat Abbati S. Georgii; vide in Regiſtro lib. 1. indictione 9. epiſt. 12.

V. Abbatia titulo SS. Severi, & Martyrii, extra muros Urbis veteris, Ordin. Præmonſtratenſis, ſub Regula S. Auguſtini, unita Congreg. Montis Oliveti per litteras Martini V. Papæ, Pontificatûs anno 7. hoc eſt an. 1423. ſic aſſeritur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. Erat primitùs Ordinis S. Benedicti, ſed anno 1221. monachis Nigris excluſis, data eſt Præmonſtratenſibus ab Honorio III. Papa, vide Ughellum to. 5. pag. 1550. Data eſt in Commendam, & Abbas Commendatarius fuit Antonius Cardinalis Barberinus; de ea Bibliotheca Præmonſtratenſis, in Circaria Italiæ, ubi perperam aſſeritur eſſe prope Montem Flaſconis; diſtat à civitate mille, & quingentis paſſibus, versùs Meridiem; hanc Abbatiam anno 1103. ampliavit, & bonis auxit Mathilda Comitiſſa, ut aſſerit Franciſcus Maria Florentini libro 2. pag. 285.

VI. Abbatia Urbevetana titulo S. Nicolai de Monte, Ord. S. Benedicti, unita Abbatiæ præfatæ SS. Severi, & Martyrii per Bullam Sixti IV. Papæ, datam Pontific. anno 1. hoc eſt Salutis 1471. ut refertur in Codice Taxarum Cam. Apoſt. de ea etiam vetus Codex Taxæ Cameralis; forſan eadem titulo S. Michaëlis de Monte.

VII. In Urbe veteri Abbatia, ſeu Monaſterium titulo S. Pauli, monialium, quod cum Eccleſia ædificari cœptum eſt anno 1221. ut refert Ughellus tomo 5. pag. 1550.

VIII. Abbatia titulo S. Laurentii, monialium, inter vineas extra muros civitatis Urbevetanæ, quam Gregorius Papa IX. de monialium, & aliorum fidelium bonis, circa ann. 1230. conſtrui fecit, quamque anno 1232. Raynerius Urbevetanus Epiſcopus ab omni ſua juriſdictione exemit. Prima Abbatiſſa vocabatur Orabilis; vide Ughellum tomo 1. pag. * 386.

Urbinum *Urbino*, civitas ſui Ducatûs caput in Statu Eccleſiaſtico, ſuper collem poſita, inter Sepim, & Foliam fluvios, Metropolis facta anno 1563. Ibi.

I. In Urbini civitate Abbatia tit. Sanctæ Agathæ, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. erat antiquitùs monaſter. Canonicorum, poſtea verò Canoniſſarum, tandem, inſtante Duce Urbini, repoſiti ſunt Canonici, ut refert Gabriel Pennottus Hiſtor. Tripartitæ lib. 2. cap. 52. unita eſt Congregationi Canonicor. Regularium S. Salvatoris de Bononia nuncupatæ, cum cura animarum per Sixt. IV. Papam anno 1481. unionem firmavit Alexander VI. Papa anno 1492. de ea in Indice MS. Abbatiarum ejuſdem Congregationis.

II. Urbini extra muros Abbatia titulo S. Benedicti, Ord. ejuſd. Sancti; uni-

unita fuit Congregationi S. Georgii in Alga per litteras Sixti IV. Papæ, datas Pontific. anno 6. hoc eſt 1476. ut aſſeritur in Codice Taxar. Cameræ Apoſtolicæ.

III. Abbatia titulo S. Lazari, aliàs S. Nazarii, Ordinis S. Benedicti, de qua Codex Taxarum Cam. Apoſtol. extra muros civitatis Urbini, de ea ad annum 1480. tanquam de Hoſpitio, ſive Hoſpitali S. Lazari per Sixt. IV. Papam monachis Congregat. Montis Oliveti conceſſo, loquitur Bonavent. Tondi in Oliveto dilucidato pag. 105. nec hactenus novimus factam eſſe Abbatiam, tamen, ut talis recenſetur in Codice Taxarum D. Paſſionæi.

IV. Prope Urbinum Abbatia tit. S. Mariæ Magdalenæ in loco *Schiavonia* dicto., monialium Ordin. S. Benedicti, Congreg. Servarum B. Mariæ Virginis, quam anno 1266. fundavit B. Santuccia Eugubina, ibique Franciſcam diſcipulam ſuam conſtituit Abbatiſſam; ut refert Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 2. pag. 228.

V. Urbini Abbatia tit. S. Claræ, monialium, cujus ad inſtantiam Federici de Monte Feltrio Ducis Urbini, Abbatiſſa facta eſt anno 1475. B. Cæcilia Coppoli, ut narrat in ejus vita Ludovic. Jacobilli de SS. Umbriæ tomo 1. pag. 15.

Abbatia titulo S. Joannis Baptiſtæ, de Uria, Congregat. Cœleſtinorum, ſub Regula S. Benedicti, à Gualterio Athenarum Duce, & Lytii Comite fundata anno 1358. ſed à morte prævento non dotata; ut aſſerit D. Guicciardinus in Relatione MS. *Uria*, aliàs *Oria* civitas olim Salentinorum, mediterranea, nunc in Regni Neapolitani provincia Terrâ Hydruntinâ, *d'Otranto* dictâ.

Abbatia Urſariæ, aliàs Viſaciæ, cujus Abbatis mentio fit in diplomate Henrici IV. Imperat. dato ann. 1196. & in altero ejuſdem Imp. diplomate, dato anno 1198. vide apud Ughellum tomo 9. pag. 180. & 183.

Abbatia titulo S. Hermetis mart. de Urticaria, aliàs de *Orticaria*, Ord. Ciſtercienſis, Diœc. Piſanæ, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ; fundata eſt anno 1249. ut aſſeritur in Indice Caroli de Viſch Abbatiarum ejuſdem Ordinis; juncta erat cum Abbatia S. Michaëlis de Verruca; ſic in eodem Codice, ſita eſt in Etruria; In veteri Codice Taxæ Cameralis dicitur unita Canonicæ.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Mariæ in Uſtica inſula, olim Diœc. Panormitanæ an. 1313. ut refert Rocchus Pirrus in Notitiis Eccleſiarum Siciliæ. Uſtica inſula maris Mediterranei, à Sicilia, ſeu Panhormo ſexaginta milliariis diſtans, versùs Aquilonem, & ferè totidem ab Eoliis inſulis versùs Occaſum.

Utinum, ſive Udinum, vulgò *Udine*, oppidum provinciæ Forojulienſis *del Friuli*, cujus eſt caput in Statu Venetorum, quod fuit aliquando Aquilejenſis Patriarchæ ſedes, in cujus eſt Diœceſi. Viginti duobus paſs. mill. Aquilejâ diſtans, versùs Septentrionem, ſed paulò ad Occaſum. Ibi.

I. Abbatia ſub titulo SS. Gervaſii, & Prothaſii, Ordinis S. Benedicti, cui unita fuit altera quædam Abbatia Aquilejæ titulo S. Martini, ejuſdem Ordinis S. Benedicti per Gregor. IX. Papam, qui ſedebat anno 1227. quæ unio

unio ab aliis Summis Pontificibus fuit confirmata; vide Ughellum tomo 5. pag. 43.

II. Utini Abbatia, ſeu Monaſter. monialium titulo S. Nicolai ubi Bertrandus Aquilejenſis Patriarcha, qui obiit anno 1350. quia in ſua Diœceſi erat, viginti poſuit moniales, & illis redditus competentes dedit; vide Ughellum tomo 5. pag. 106.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Andreæ, prope Vulcanum, de quo mentionem facit S. Gregorius Papa lib. 11. epiſt. 59. fortè Vulcani inſula, quæ Vulcania, Siciliæ ad Aquilonem, à qua vicinæ inſulæ Vulcaniæ dictæ.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Willermi, Ordinis ejuſd. S. Willermi, Diœc. Groſſetanæ, de qua Cod. Taxarum Cam. Apoſtol. & Pax Jordanus in ſuo Abbatiarum Catalogo.

Abbatia celebris tit. S. Joannis de Vultu, aliàs S. Angeli de Vultu, de Altella, ſive S. Angeli Vultirenſis, ſive etiam S. Angeli in Vultu, Ord. S. Benedicti, Diœceſis Rapollanæ, de qua Ughellus tom. 1. pag. 993. & tomo 7. pag. 1188. dari ſolita eſt in Commendam, attribuitur etiam Diœceſi Melphiæ, propter Rapollam ei unitam; in Codice Taxarum D. Paſſionæi recenſetur inter Abbatias nullius Diœceſis. *Monte Vulto*, à quo nomen Abbatia deſumpſit, vicus, & mons in Baſilicata, tribus paſs. mill. Rapollâ diſtans, versùs Occidentem.

Abbatia tit. S. Angeli de Vulterno, Ordin. ſive Congreg. Camaldulenſis, Diœc. Volaterranæ; ita Codex Taxar. Cam. Apoſtol. de qua ſic legitur in veteri Codice Taxæ Cameralis Sancti Angeli de Vulterris, Ordinis Camaldulenſis, Diœc. Vulterrinæ, ſita eſt, ut Volaterra in Etruriæ Statu Florentino.

Abbatia olim celebris titulo S. Vincentii de Vulturno, Ord. S. Benedicti; Diœceſis Æſernienſis, ab hac civitate octo paſſuum millib. diſtans ad fontes fluminis Vulturni; à Sancto Paldo, & duobus ejus conſanguineis fundata, Taſo, & Tato fratribus; locum illis dante Giſulpho I. Beneventi Duce, qui obiit anno 694. Primus Abbas S. Paldus, initio octavi ſeculi, videlicet anno 707. ut conſtat ex hujus monaſterii Chronico. Crevit ad ampliſſimam opulentiam, & ſanctitatem. Nunc undique ſolitudinem ſpirat, & horrorem, omni monachorum cultu deſtituta. Abbati tantùm, ut vocant Commendatario commiſſa; ſic teſtatur Angelus de Nuce in Notis ad caput 4, Chronici Caſinen. diſtat Caſino plùs minùs duodecim paſſuum millib. fuit olim à Saracenis penitùs devaſtata anno 880. quo Abbas Majo, & nongenti monachi decollati ſunt; fundationis Hiſtoriam, Abbatum, monaſteriorum. ac Cellarum ab illa dependentium indicem habes in Ughello tomo 6. paginâ 458. & deinceps.

X

ABBATIA, ſive Monaſterium Xillæ in Calabria ulteriori, ſuprà Pharum, cujus mentio fit in Anonymo de rebus Frederici Imperatoris apud Ughellum tomo 9. paginâ 818. videtur fuiſſe in Diœceſi Rheginenſi, & ſcribendum *Scyllæ*, extabat anno circiter 1230. monaſterium Xiglium Ordinis S. Baſilii, ſic vocat Rocchus Pirrus libro 4. de Abbatiis Siciliæ paginâ 113.

Y

ABBATIA, ſive Monaſt. titulo S. Petri in Yſcleta, cujus Eccleſia, ut refert Chron. Caſinen.li.2.c.32. quæ nuncupatur *ab Iſcieta in Campaniæ territorio Ciccanenſe*, cum maximis circa ſe poſſeſſionibus, ab Huberto, & Amato Comitibus Ciccani, & Segniæ oblata fuerat anno circiter...... in Regeſto in *Eſcleta*, aliàs *ad Eſcleta* illud, quod à Cœnobii Caſinenſis ditione ſubduxerat Gotifredus Cyccanenſis Comes per Calixtum II. Papam reſtituere compellitur, circa annum 1122. ita refert idem Chronicon Caſinen. lib. 4. cap. 80.

Abbatia, ſeu Monaſterium titulo Sanctæ Crucis in Yſernia; vide ſuprà paginâ ſecundâ, verbo Æſernia numero I.

Z

ABBATIA titulo Sanctæ Mariæ Zacconiæ, Diœceſis Imolenſis, quam Honorius II. Papa dat Epiſcopo Imolenſi anno 1126. ut conſtat ex Chronico Vaticani, & illam ei confirmat Eugenius III. per Bullam datam an. 1151. ubi vocatur Abbatia S. Mariæ in Diacoma; vide Ughell. tomo 3. pag. 676. S. Mariæ in Diaconia, quam anno 1215. Innocentius III. Papa confirmat Imolenſi Epiſcopo; idem Author tomo 7. paginâ 1387.

Abbatia S. Venantii de Zapperona; vide ſuprà de Volano.

Ab-

. Abbatia, ſeu Monaſterium titulo S. Joannis Baptiſtæ monialium, Zemolæ, in Diœceſi Patavina; de quo Ughellus ad annum 1309.

. Abbatia titulo S. Michaëlis de Zena, Diœceſis Mutinenſis *di Modena*, de qua Codex Taxarum Cameræ Apoſtolicæ.

APPENDIX.

A

ABBATIA tit. S. Andreæ de Adurga, Ordinis, ſive Congregat. Vallis Umbroſæ, Diœc. Beneventanæ; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; ſita erat, ut eſt Beneventum in Regni Neapolitani provincia, Principatus ulterior dicta.

Abbatia Agerenſis dicta, Ordinis S. Auguſtini, Diœc. Vercellenſis, de qua mentio fit in veteri Codice Taxæ Cameralis. In Dominio Vercellenſi, in Pedemontio.

Abbatia tit. Sancti Angeli Sard. ſic ſcribitur in Cod. veteri Taxæ Cameralis, Diœc. Squillacenſis, unde clarum eſt fuiſſe in Calabria ulteriori.

Abbatia titulo S. Michaëlis de Apuniano, cujus anno 728. fundator, & Abbas fuit Ratchis, qui ſuum ſucceſſorem nominat Walprandum, filium Walperti Ducis Lucenſis; vide Franciſcum Maria *Fiorentini Memorie di Matilda la gran Conteſſa* lib. 3. pag. 30.

Abbatia, ſive Monaſter. Arenario dictum, cujus, circa annum 930. Abbatiſſa erat Beata. Soror Theodora de Roſſano; ut afferit Paulus Gualtieri de SS. Calabriæ lib. 1. pag. 179. videtur fuiſſe Ordinis S. Baſilii, in citeriori Calabria, ſive inferiori; vide ſuprà verbo Roſſano.

Abbatia titulo S. Mariæ de Arilianico, Ord. S. Benedicti, Diœc. Alatrinæ; de qua vetus Codex Taxæ Cameralis; eapropter erat in Latio, ſive *Campagna di Roma*; forſan ad *Garigliano* fluvium.

Abbatia tit. S. Petri de Aro, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Theatinæ, ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameral. forſan *Ari* vicus, ſive terra ſeptem paſſuum mill. à civitate Theatina *Chieti*, Orientem hyemalem versùs, in Aprutio citeriori.

Abbatia tit. S. Bartholomæi de Arzavo, Ordin. S. Benedicti, Diœceſis Aſtenſis, ſic recenſetur in veteri Codice Taxæ Cameralis; ſita erat, ut Aſta, in Ducatu Montisferrati.

B

BAlnearia, vulgò *la Bagnara*, ubi olim Abbatia Ord. Ciſtercienſis, quam fundavit Rogerius Guiſcardus Calabriæ, & Siciliæ Dominus, pluriſque bonis dotavit, ut apparet in ſcripturis Eccleſiæ Lateranenſis urbis

Romæ, ſicut refert Hieronym. Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 1. pag. 60. Abbatia, confluentibus populis, & incolis, initium dedit oppido, ſive Caſtro, quod ſitum eſt in Calabria ulteriori, ad mare Tyrrhenum, tredecim mill. paſſuum à civitate Oppido, versùs Occaſum hyemalem, decem verò paſſuum mill. à *Flumara di Muro* civitate, versùs Boream.

Abbatia *di Barzento*, monachorum Ord. S. Equitii, quam ann. circic. 591. conſtruxit Dux Tullianus, S. Gregorio Magno Papæ chariſſimus, in montibus Apenninis Caſtelli *delle Noci*; ut refert Pompejus Sarnelli in Chronologia Epiſcoporum Sipontinorum paginâ 75.

Abbatia tit. S. Angeli de Bloro, Ord. S. Baſili, Diœc. Meſſanenſis, ut refertur in veteri Codice Taxæ Cameralis; in Siciliæ regione, ſive valle *di Demona*.

C

CAnianum, vulgò *Cagnano*, vicus, ſive terra Sipontinæ Diœceſis in Capitanata, ſexdecim mill. paſſuum à civitate Manfredonia diſtans, versùs Aquilonem, vicina eſt lacui *di Varano*, à quo duobus paſſuum millibus ſita eſt versùs Meridiem. Ibi:

I. Abbatia olim ſub tit. S. Donati, nunc ſimplex beneficium, & Rectoria Abbatia nuncupata, liberæ collationis; ut refert Pompejus Sarnelli in Deſcriptione Sipontinæ Diœceſis pag. 441.

II. Abbatia tit. S. Nicolai, quæ nunc eſt ſimplex beneficium, collationis liberæ; ſic aſſerit idem Pompejus Sarnelli in Deſcript. Diœc. Sipontinæ pag. 440.

Abbatia titulo S. Mariæ de Capannoſtrari, legendum arbitror Capannoſtrati, Ordin. S. Benedicti, Diœc. Januenſis; ſic legitur in veteri Codice Taxæ Cameralis in Liguria, ſive Riparia Januenſi.

Abbatia titulo S. Mariæ de Carca, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Squillacenſis, ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis; fortè *lo Carra* ſeptem millibus paſs. Squillace diſtans, versùs Aquilonem in Calabria ulteriori.

Abbatia titulo S. Mariæ de Ceretis, aliàs de Charitate, aut de Foratis, Ord. S. Baſilii, Diœc. Licienſis; ſic aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis; in Regni Neapolitani provincia, Terrâ Hydruntinâ, vulgò *d'Otranto* nominatâ.

Abbatia vulgò *di Chieſa* dicta, in territorio Lucenſi, quam anno 1025. fundavit illuſtris Domina Willa Marchioniſſa uxor Arduini, vocati Ardiccionis, filia Hugonis Marchionis; ut aſſerit Franciſcus Maria *Fiorentini*, *Memorie di Matilda* lib. 3. pagin. 45. *Chieſa* vicus, ſive terra novem paſs. mill. à civitate Luca diſtans, versùs Occidentem, ad fontes rivuli *Chieſa* dicti.

Abbatia titulo S. Branchatii de Colempti, Ordinis S. Benedicti, Diœc. Tudertinæ, verba ſunt veteris Codicis Taxæ Cameralis; hic nominum corruptionem ſuſpicor; ſita erat, ut Tudertum *Todi* in Umbria.

Abbatia titulo S. Salvatoris de Colomani, Ordin. S. Baſilii, Diœc. Reginenſis, ut aſſeritur in veteri Codice Taxæ Cameralis; poſita, ſicut Regium in Calabria ulteriori.

Abbatia tit. S. Michaëlis in Corſica, Ordin.

Ordin. Vallis Umbroſæ, Diœceſis ...... ſic exprimitur in Codice Taxæ Cameralis; nec dubio caret, an hoc verbo Corſica inſulam, aut locum ſpeciali hoc nomine datum, debeamus intelligere.

Abbatia de Cumulo dicta, de cujus Abbate ad annum 1100. mentio fit in quodam inſtrumento, quod refert Franciſcus Maria *Fiorentini Memorie di Matilda* lib. 3. pag. 166. unde conjici poteſt hunc locum fuiſſe, aut in Lucenſi territorio, aut in Piſano.

E

VErbo S. Euphemia, Diœc. Neocaſtrenſis pag. 125. adde Hieronymus Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 3. fol. 220. aſſerit fuiſſe monaſter. Ordin. S. Benedicti, ſub tit. S. Joannis Baptiſtæ, poſtmodum ſub tit. S. Euphemiæ, & ibi aſſervari brachium S. Joannis Baptiſtæ, & caput S. Euphemiæ, partemque brachii S. Stephani. *S. Euphemia* oppidum nobile primitùs Lametia dictum, maritimum ad Tyrrhenum mare in Hipponiatu ſinu, qui nunc vulgò *Golfo di Santa Euſemia*.

F

VErbo Fanani pag. 127. adde.

II. Ibidem Abbatia, ſive Monaſt. nunc etiam extans, monial. de cujus Abbatiſſæ electione vide Synodum Nonantulanam, celebratam anno 1688. Bononiæ editam an. 1691. cap. 37. de monialibus pag. 85. *Fanano* terra Status Mutinenſis, ſub juriſdictione, ſive Diœceſi Abbatiæ de Nonantula; viginti tribus paſs. millibus Mutina diſtans verſus Meridiem.

G

VErbo Sancti Petri de Glaſiate, pag. 162. adde alias de Gliſſate, cujus Monachi in civitatem Mediolanenſem ſe ſe receperunt, ubi prope Navilium habitant, advecto ſecum ſuæ Abbatiæ titulo; de hac Abbatia meminit P. Joan. Mabillon in ſuo itinere Italico.

I

ABbatia tit. S. Jejunii, in ulteriori Calabria; ut refert Hieronym. Marafioti *Croniche di Calabria* lib. 1. cap. ultimo fol. 74. Sanctus hic Jejunius monachus fuerat Ordin. S. Baſilii, ut idem Author teſtatur lib. 2. cap. 12. fol. 108.

Abbatia titulo S. Mariæ de Inſula, Ordin....... Diœc. Spoletanæ, ſic exprimitur in veteri Codice Taxę Cameralis, ſita erat, ſicut Spoletum in Umbria.

Apud Iſchitellam, ſuprà litterâ I. pag. 179. adde.

II. Abbatia tit. S. Petri in Cuppis, quæ ſimplex evaſit beneficium, collationis liberæ, ut aſſerit Pompejus Sarnelli in Deſcriptione Sipontinæ Diœc. pag. 435. & 438. ubi dicit unitum illi ſimplex beneficium, Grangia S. Cyrilli dictum.

L

VErbo Luca pag. 192. num. I. adde. De Abbate *S. Frediani*

di Lucca circa ann. 685. mentionem facit Franciſcus Maria *Fiorentini Memorie di Matilda* lib. 3. cap. 9.

Eodem verbo pag. 194. adde.

XIII. Abbatia, ſive Conventus ſub tit. SS. Benedicti, & Scholaſticæ, monialium Ordinis; ut veroſimile eſt ejuſdem S. Benedicti, de cujus Abbatiſſa Richilda circa ann. 822. mentionem facit citatus Franciſcus Maria *Fiorentini*, ejuſd. operis lib. 3. pag. 14.

Abbatia, ſive Monaſterium titulo S. Luciæ, quod cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis Ildeprando Nonantulæ Abbati, & Abbatiæ confirmat Innocentius II. Summ. Pontifex Bullâ datâ anno 1133. & Bonifacio ejuſdem Nonantulæ Abbati Cœleſtinus III. Bullâ datâ anno 1191. vide Synodum Nonantulanam. Appendice V. pagin. 8. & 10.

M

VErbo Garganus Mons pag. 231. adde

IV. Abbatia tit. S. Mariæ *della Luce*, nunc ſimplex beneficium, ut aſſerit Pompejus Sarnelli, in Deſcriptione Sipontinæ Diœceſis pag. 433. prope hunc montem.

V. Prope eundem montem Abbatia tit. S. Mariæ Majoris, nunc ſimplex beneficium, ſicut refert idem Pompejus Sarnelli in Deſcriptione Diœc. Sipontinæ pag. 433.

N

VErbo Nurſia pag. 262. num. 11. adde hæc Abbatia, ſive Monaſterium fuit primitus à S. Spe Abbate fundatum, ſitum eſt ſex paſs. millibus à civitate Nurſia versùs Boream. Hinc conſtat non eſſe diverſum ab Abbatia de Cample, de qua ſuprà pag. 74.

S

ABbatia tit. S. Mariæ Sichador, ord. Ciſtercienſis Diœc. Aquilegenſis, ità legitur in veteri codice taxæ Cameralis. In Forojulienſi territorio; Si legendum non ſit, *Villador* Terra, ſive vicus quatuor paſs. millibus à *Sacile* diſtans, Orientem æſtivum versùs in *Campagna d'Aviano*.

FINIS.

A U-

AUTHORIS PROTESTATIO.

DEcretis Urbani VIII. Sum. Pont. inhærens datis Sal. anno 1625. die Martii 13. & 5. Julii 1631. atque 5. Julii 1634. proteſtor, ea quæ à me in præſenti libro dicta ſunt, nullam habere debere fidem niſi humanam penes authores à me citatos, quæ communiter hiſtoricis datur narrationibus, nec ullam iſtis propterea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ accedere authoritatem.

ERRATA

ERRATA CORRIGE.

Pag. 4. col. 1. lin. 3. Abbas	lege Abbatia
Ibidem col. 2. in fin. lin. 39. ſervandi	lege Servandi
Pag. 10. col. 1. lin. 33. Nghell.	lege Vghell.
Pag. 27. col. 1. lin. 40. Alexander V.	lege VI.
Pag. 41. col. 1. lin. 21. Acherontinas	lege Acheruntinæ
Pag. 50. col. 2. lin. 25. Abbatiæ	lege Abbatia.
Pag. 155. col. 2. lin. 20. verſùs	lege veriùs
Pag. 156. col. 1. lin. 3. Camerali	lege Cameralis
Ibidem col. 2. lin. 35. S. Hilarii	lege Hilari
Pag. 158. col. 1. lin. 3. millituuz	lege militum
Pag. 166. col. 2. lin. 11. milibl.	lege millib.
Pag. 174. col. 1. lin. 39. in fin. ab	lege ad
Pag. 196. col. 2. lin. 30. In	lege Ita
Pag. 209. col. 2. lin. 22. Tricarenſi	lege Tricaricenſi
Pag. 220. col. 2. lin. 23. dele	& pag. 643.
Pag. 253. col. 1. lin. 39. & Abbatia	lege & ab Abbatia
Pag. 258. col. 1. lin. 22. *Nerto*	lege *Neeto*
Pag. 319. col. 1. lin. 34. Ravenna	lege Ravennæ
Pag. 323. col. 1. lin. 30. ſuni	lege ſunt
Pag. 324. col. 1. lin. 12. quo	lege qui
Pag. 326. col. 1. lin. 29. quilonem	lege Aquilonem
Pag. 370. col. 2. lin. 29. Sanctorum	lege Sanctorium
Pag. 405. col. 2. lin. 14. recenſetur	lege recenſentur
Pag. 408. col. 2. lin. 27. per	lege Dele
Pag. 417. col. 1. lin. 10. Cenomarum	lege Cenomanorum
Pag. 419. col. 1. lin. 34 atributis	lege à tributis
Pag. 421. col. 2. lin. ult. vicinibus	lege vicinis
Pag. 424. col. 2. lin. 33. Tervixinæ	lege Tarviſinæ.

AO1 1470014